



Sold by  
C. J. STEWART,  
11 KING WILLIAM ST.  
W. Strand, London.



*Rev. C. B. Pearson.*



S.

I N

E

Ex P

Acc

Olim

Apud C

S. FRANCISCI  
XAVERII

E SOC. J.

INDIARUM APOSTOLI

EPISTOLARUM OMNIUM

LIBRI QUATUOR

Ex Petro Maffejo, Horatio Tursellino,  
Petro Possino,  
& Francisco Cutillas.

*Accedit denuò earundem Chronotaxis; tum  
Index multiplex, & Appendix.*

OPERA R. M.

Olim Soc. J. Sacerdotis in Castellana Provincia.



BONONIÆ

Apud Gasparem de Franciscis ad Columbæ Signum.

SUPERIORIBUS ANNUENTIBUS.



東京外国語大学  
図書館蔵書

601142

平成 18 年度



FR  
Q  
I  
C  
PRV  
CA  
IN  
GR  
11.  
C8

D. O. M.

FRANCISCO . XAVERIO . IDIAQVEZ

LOJOLAE . AC . XAVERII . DOMVS

DVCIS . GRANATAE . AD . EGAM

HAEREDI . NATO

QVI . SANCTI . COGNOMINIS . VITAM

SVB . IGNATII . VEXILLO . IMITATVS

INDOS . PARITER . ADIRE . CONTENDIT

DEVM . INTEREA . ITA . COMPELLANS

DOMINE . SI . TV . ES . JVBE

ME . VENIRE . SVPER . AQVAS

HVNC . EA . DEJECTVM . SPE

CENTENIS . ILLO . PRO . SE . MISSIS

HISPANIA . ET . ITALIA

CEV . ALTERVM . BORGIAM . SVSPEXIT

MVNDI . SVI . QVE . CONTEMPTOREM

PRVDENTIA . ET . PROBITATE . CONSPICVVM

LITERIS . SACRIS . PRAESERTIM . ET

HVMANIORIBVS . EXIMIVM

CARITATE . CVM . IN . OMNES . TVM . MAXIME

IN . AERVMNARVM . SOCIOS . PARENTEM

VIXIT . AN . LXXIX . M . VI . D . VII .

OBIIT . KAL . SEPT . AN . MDCCXC .

GRATI . ANIMI . MONVMENTVM . B . M . F .

R . M . MINIMVS . IN . CHRISTO . FILIVS

21.  
CS

1795

## I N D E X

Eorum, quæ in utroque Volumine continentur.

## V O L U M I N E 1.

*P*rolegomena in S. Xaverii Epistolas.

1. De præcipuis earum editionibus, de novæ necessitate, ac de præsentis ratione.

## EPISTOLA

2. Horatii Tursellini ad Franciscum Toletum S. R. E. Cardinalem.

## EPISTOLA

3. Petri Possini ad Sfortiam Pallavicinium S. R. E. Cardinalem.

## PRÆFATIO

4. Ejusdem ad Patres, & Fratres Societatis Jesu.

5. Ex Viennensi earundem epistolarum editionis Præfatione.

6. Ipsarum ordo vetus, & novus: novus vicissim, ac vetus ordo in Chronotaxi.

7. Petri Possini Indiculus exegeticus, notationibus illustratus, & emendatus.

8. Epistolarum omnium Chronotaxis, qua & singillatim tempora firmantur, & graviora cum menda, tum variantes etiam lectiones discutuntur.

9. Index eorum, quibus Epistolæ missæ sunt.

10. In-

VI

10. *Index Epistolarum secundum præcipua earundem argumenta.*

EPISTOLARUM S. FRANCISCI XAVERII  
LIBER PRIMUS, ET SECUNDUS.

V O L U M I N E II.

EPISTOLARUM S. FRANCISCI XAVERII  
LIBER TERTIUS, ET QUARTUS.

APPENDIX.

*Horatii Tursellini Epistolæ novem, et una Petri Maffei, ex integris excerptæ.*

*S. Xaverii suffragium, ac duplex declaratio; necnon fidei contestandæ formula.*

*Index alphabeticus eorum, quæ utroque Volumine comprehenduntur.*



ERRA-

Ra

pag. vi.  
p. x. l.  
p. xix. l.  
p. xxv.  
p. lv. l.  
Fe  
ib. l. 7.  
p. lxii.  
p. lxvi.  
p. lxxii.  
p. lxxx.  
ib. l. 2.  
p. cxxi.  
p. cxxv.  
p. 6. l.  
p. 8. l. 2.  
p. 9. l. 2.  
p. 16. l.  
p. 25.  
p. 43. l.  
p. 49. l.  
p. 56. l.  
p. 64. l.  
p. 84. l.  
p. 92. l.  
p. 100.  
p. 125.



## ERRATA

## CORRIGE

*Romanis numeris prolegomena, reliquæ  
notantur Arabicis.*

pag. vii. lin. 15. nostro	- - - -	nuestro
p. x. l. 30. societare	- - - -	Societate
p. xix. l. 29. Novarrete	- - - -	Navarrete
p. xxv. l. 3. de docendo	- - - -	dedocendo
p. lv. l. 6. post vulgò de Yurea, adde	& Bonifacius	
	Ferrerus, tunc Bononiæ Legatus,	& Philibertus..
ib. l. 7. de quo	- - - -	de quibus
p. lxii. l. 17. depræbendi	- - - -	deprebendi
p. lxvi. l. 25. penè	- - - -	ponè
p. lxxiii. l. 10. 11. 12. 13. Eidem,	adde	Indidem.
p. lxxxv. l. 23. cœperim	- - - -	ceperim
ib. l. 28. cœpi	- - - -	cepi
p. cxxiv. l. 20. Sep.	- - - -	Sept.
p. cxxvii. l. 12. contracta	- - - -	contractæ,
p. 6. l. 17. meâ interest	- - - -	mea
p. 8. l. 24. erga eundum	- - - -	eundem
p. 9. l. 20. Inurea	- - - -	Jurea V. p. LV.
p. 16. l. 23. predicandæ	- - - -	prædicandæ
p. 25.	- - - -	V. p. LVii. LViii.
p. 43. l. 19. auspiciamur	- - - -	auspicamur
p. 49. l. 20. opus fuerint	- - - -	fuerit
p. 56. l. 21. quærentes	- - - -	querentes
p. 64. l. 15. ab posteritatis	- - - -	ad
p. 84. l. 5. idolis;	- - - -	idolis,
p. 92. l. 13. fieret?	- - - -	fieret,
p. 100. l. 11. solent,	- - - -	solent
p. 120. l. 5. quâ cum	- - - -	eum

VIII

ERRATA

CORRIGE

pag. 135. lin. 15.	quoque modo, conti-	quoque modo
	gerint - - - - -	- contigerit ;
p. 148. l. 21.	considerere - - - -	confidere
p. 160. l. 15.	commitetur - - - -	comitetur,
p. 163. l. 15.	<i>Ferandez</i> - - - -	<i>Fernandez</i>
p. 172. l. 28.	exaltandis - - - -	exantlandis
p. 174. l. 24.	Dei benefico - - - -	beneficio
p. 187. l. 2.	Micahël - - - - -	Michael
p. 200. l. 13.	rescipientis - - - -	resipientis
p. 248. l. 22.	idolatrarum - - - -	idololatrarum
p. 270. l. 30.	Chrisriani - - - -	Christiani
p. 306. l. ult.	<i>ibi</i> - - - - -	<i>sibi</i>
p. 307. l. 1.	videtur - - - - -	dele
p. 324. l. 28.	resquc - - - - -	resque ,
p. 331. l. 13.	<i>operit</i> - - - - -	<i>aperit</i>
p. 332. l. 20.	animorun - - - - -	animorum
p. 333. l. 20.	Martino - - - - -	Martinio
p. 335. l. 15.	<i>Inureæ</i> - - - - -	<i>Jureæ</i>
p. 338. l. 27.	<i>præstantissima</i> - - - -	<i>præstantissimo</i>
p. 346. l. 21.	<i>Manaparos</i> - - - -	<i>Manapares</i>
p. 348. l. 22.	<i>suppellectili</i> - - - -	<i>supellectili</i>
p. 351. l. 6.	Martino - - - - -	Martinio



PROLE-

De  
S.

I. C  
tiones  
permix  
que Fl  
pis an  
Micha  
et ann  
verian  
in Ino  
dieran  
lium  
mezz  
rum v  
anno  
tum.  
tum e  
Tom.



PROLEGOMENA  
IN S. XAVERIUM.

*De primis, atque præcipuis Epistolarum  
S. Francisci Xaverii editionibus, de  
novæ necessitate, ac de præsentis  
ratione.*

*Accedunt Vindiciæ Xaverianæ.*

1. **C**UM novæ adornandæ, primas omnium, et accuratissimas epistolarum S. Xaverii editiones conquirerem, in quibus seu solæ sive aliis permixtæ prodierint, in locupletissimis Bononiæ atque Florentiæ bibliothecis nullam plane inveni, typis ante ann. 1565. mandatam. Ab hoc autem anno Michael Tramezzinus Italice Venetiis inter indicas et annuas Soc. J. literas, nonnullas edidit Xaverianas, quas animadverti ac dolui a Maffejo in Indicis et Japonicis fuisse prætermittas. Prodierant jam Venetiis, ait Lagomarsinius in Julium Pogianum tomo 4. p. 75., Michaelis Tramezzini opera ac typis, tria ejusmodi Epistolarum volumina, primum quidem atque alterum anno 1559. tertium vero anno 1562. quibus quartum... anno 1565. ab eodem typographo additum est. Ego vero tria illa priora videre nondum Tom. I. a potui.

potui. *Sequenti anno 1566. prodiere Lovanii binis formis varioque ordine distributæ: Epistolæ Indicæ de stupendis et præclaris rebus, quas divina bonitas in India et variis insulis per societatem nominis Jesu operari dignata est, dicatæ amplissimo D. D. Othoni S. K. E. Episcopo Cardinali Albanensi et Augustano a Joanne Rutilio Sombergio earundem interprete; qui in præfatione volumen aliud se parare ajebat in quinque vel sex libros distributum, in quorum primo, inquit, tibi sumus daturi beati P. Francisci Xaverii, si fieri potest, omnes epistolas. Quibus satis significat, sibi jam magnam illarum copiam in promptu fuisse, quamvis in duplici illa editione unam integram, et breviora tantum aliarum excerpta vulgaverit. Incompertum mihi, an aliquam Xaverii epistolam ediderit Antonius Bladius, qui Romæ anno 1556. sub titulo Avvisi particolare delle Indie egregiam edidit P. Melchioris Nuñez epistolam ad S. Ignatium de morte S. Xaverii, ejusdemque Goam incorrupti corporis translatione. Ex decima quinta Pogiani Epistola die 23. Julii 1565. quinto Mario Corrado missa cognoscimus, inquit Lagomarsin. ib. p. 73. fuisse nimirum numero viginti illos viros, quibus a Romano Pontifice atque aliis etiam Principibus negotium datum fuerat latine convertendi eas litteras, quas Societatis Jesu homines, in Indiam, Christianae Religionis introducendae propagandæque causa, Francisco Xaverio duce, profecti, plurimas, sive italice, sive hispanice, sive lusitanice scriptas, de sua opera diligenti atque*

atque  
cessibus  
Pontifici  
pora n  
dem in  
demanc  
cet, et  
ta test  
Pogiani  
tilium S  
admodu  
se non  
tempus  
no scilicet  
versas  
cis reb  
Acosta  
rum ip  
thecæ S  
simi bo  
mss. a  
paravi  
refert  
et tra  
bon,  
præcon  
dæ vic  
quas a  
se com  
sentes  
tantum  
2. N

atque fidei, deque rerum, Deo adjuvante, successibus in Europam, jam inde a Paulli III. Pontificatu ad hæc usque Pii IV. Pontificis tempora mittere non desistebant: Corradum quidem inter eos fuisse, quibus ejusmodi provincia demandata fuerit, et Pogiani hæc Epistola docet, et Antonius Amantius in ipsius Corradi vita testificatur. *Videsis ibidem plura, quæ clarus Pogiani illustrator accurate congescit. Si quis Kutilium Sombergium inter illos viginti censuerit, non admodum repugnabo: quos inter ego quidem fuisse non arbitror Petrum Maffejum, qui sub idem tempus Societatem ingressus, quinquennio post, anno scilicet 1570., Romæ primum edidit latinè conversas, quas ante biennium de Indicis ac Japonicis rebus literas lusitanicè prodiderat Emmanuel Acosta, ut est in Maffeji vita, Bergomensis operum ipsius editioni præfixa. Supplementum Bibliothecæ Scriptorum Soc. Jesu, quod cum aliis clarissimi bonæ mem. viri Francisci Antonii Zaccariæ mss. amicus meus Faustinus Arevalo sibi comparavit, Indicarum literarum editionem primam refert his verbis: Lettres envoyées des Indes, et traduites de l' Italien. Parisiis, Joan. Corbon, 1545. in 8. Harum editionum usum cum præconcepta mea opinione utiliore novæ conficiendæ viderem, aliarum majus incessit desiderium, quas apud Hispanos ante Tursellinum vulgatas fuisse compereram. Verùm cum eas Romæ per absentes etiam amicos frustrà quæsierim, ipsas hic tantum indicabo.*

2. Nicolaus Antonius in Bibliotheca nova Script.

*Hisp. definitè prodit: Scripsit Xaverius vernacula Castellæ lingua epistolas 41. verè Apostolicas. Has Joannes Suarez Conimbricensis Episcopus in lucem protulit, excudique fecit Compluti apud Joannem Iniguez de Lequerica 1575. 4. Hac editione certo rarissimà, rarior etiam videtur alia Hispanica indicarum et aliarum gentium literarum, quas ante annum 1557. a se typis vulgatas memorat illustrissimus Ecclesiæ Cordubensis Decanus D. Joannes de Cordova Epistolà cedro dignà, duci Sessano ac Terranovano, Sobrino suo, cum illis a se missà. Longior illa quidem, et hoc etiam loco aliena videretur, nisi et Xaverii literarum Hispanicam editionem primam indicaret, et singularem viri amplissimi laudem contineret: his autem fiet, ut eximia hæc Epistola, quam nondum editam existimo, cum omnibus Xaverii studiosis, primariisque Hispaniarum domibus futura sit gratissima, tum etiam aliis, in quibus Catholicæ Religionis ardor incalescat, non injucunda. Hanc ipse Florentiæ exscripsi ex cod. 23. Magliavechiano classis 35., cujus exterior titulus est: S. Ignatii Loyolæ, et aliorum opuscula. Codex autem ipse videtur sub tempus Pii PP. IV. descriptus, cujus constitutionem ad calcem recenset. Et quoniam epistola ipsa Hispanos maximè spectat, en Hispanum ejusdem exemplum.*

Carta del muy Illustre Señor Don Juan de Cordova, Abad y Señor de la Villa nueva, de Rute, y de Sambra, Dean y Canonigo de Cordova, &c. al Illustre Señor el Duque de Sessa y Terranova, &c. Conde de Cabra, y Señor de la ca-

la casa  
ñaia qu

3. D  
mientor  
mi ca  
la San  
no cor  
ha sid  
exemp  
seo qu  
to ma  
gacion  
bien p  
el am  
cion,  
ciendo  
tengo  
ha po  
pesado  
tratar  
tual b  
table  
ve gu  
V. S.  
buenc  
biene  
to a  
estos  
comu  
doctr  
conci  
dos.

la casa de Baena sobre las cartas de la Compañia que hizo estampar, y dedicò a esse Señor.

3. Despues que Dios N. S. me diò conocimiento del beneficio, que me hizo en traer a mi casa a estos sus servidores verdaderos de la Sancta Compañia de Jesus, por medios que no considerè, ni pudieron caer en meritos mios, ha sido tanto lo que me ha movido su buen exemplo, y Christiana conversacion, que desseo que todo el mundo les comunicasse, quanto mas V. S. Illña, a quien tengo tantas obligaciones: para servir y encaminar qualquiera bien por el mayor Tio en los dias, y aun en el amor, y que mas desseo a V. S. su salvacion, quise emprehender este negocio, conociendo por la experiencia, que de mi mismo tengo, quanto fruto se espera del, pues quien ha podido tanto, que ha movido un plomo tan pesado y tan duro, como soy yo, no podrá tratar con persona tan olvidada de su espiritual bien, que no la haga bolver en si con notable sentimiento de su propria miseria, y suave gusto de las cosas del Cielo; quanto mas a V. S., que tan de veras dessea salvarse, y tan buenos aparejos tiene para exercitarse en los bienes comunicados de la mano de Dios. Harto ayuno estaba yo desto antes de tratar con estos siervos de Dios, y despues que les he comunicado con el buen olor de su sancta doctrina han despertado el sueño, con que mi conciencia dormia en muchas culpas, y descuidos. Los quales me daban prognostico de ruin

paradero ; porque qual es el camino , que en este mundo llevamos , tal nos ha de suceder en el otro . Y lo que mas me persuadio a creer que esta era del vando de Dios , fue que estando yo muy sospechoso de la novedad , que oia tener sus institutos y manera de bivar , antes que les comunicasse ni viesse , no solo no les era aficionado , mas antes contrario , aunque siempre dessee acertar en la verdad deste negocio , como cosa que no solo tocaba a mi , mas a la honra de Jesu Christo , al qual ha muchos años que he deseado ofrecer alguna obra , en que fuesse muy servido , y las almas aprovechadas . Y para por mi mismo poderme satisfacer mediante su divino favor , cuyo zelo he tenido en esto , acogi en mi casa a dos desotos religiosos , que venian llamados por parte de mi Señora la Marquesa de Pliego , y desta ciudad de Cordova , para dar orden como en ella se fundasse un Colegio desta Santa Compañia de Jesus ; y en estos dos Religiosos , y en otros que despues vinieron y estubieron algunas semanas en mi casa , que para mi fueron un momento , conoci tantas virtudes con una profunda humildad , y zelo de la honra de Dios y provecho de los proximos , que estando ya muy satisfecho de sus personas , quise informarne muy por menudo de todo su instituto : y vistas sus Bulas y confirmaciones Apostolicas , constituciones , reglas , y manera de proceder en el servicio de Dios con un maravilloso fin de emplearse enteramente en el aprovecha-

cham  
honra  
su di  
Iglesia  
que l  
que s  
zelo  
les ti  
yo c  
yo ,  
que h  
y de  
estos  
mas  
nostr  
a lo  
medi  
confu  
teng  
de si  
y de  
regri  
entre  
tes y  
las c  
por  
en la  
mo ,  
segu  
vimo  
mos  
V. S



chamiento espiritual de las animas, y gloria y honra de Dios, entendi ser gente enviada de su divina mano para gran bien de su universal Iglesia, y estoy cierto, que qualquiera persona que les tratare, entenderà dellos lo que yo, y que serà aprovechado en las cosas de Dios y zelo de su servicio. Y pues V. S. Illña no les tiene tan a la mano para gozar deste bien, yo como padre a hijo en amor, y siervo suyo, *he procurado que se impriman ciertas cartas que han venido por diversas vezes de las Indias y de otras partes*, por donde andan repartidos estos varones de Dios, para convertir las animas redemidas por la sangre de Jesu Christo nostro Dios y Señor, en las quales se muestra a lo claro lo que el Señor Celestial obra por medio dellos. Cosa es que mueve mucho a confundirnos, ver que hombres como nos otros tengan tanto esfuerzo y aliento, que olvidados de si mismos, de todos sus intereses humanos, y de sus mismas patrias y quietud, hechos peregrinos vayan por el mundo, y passen por entre los infieles y barbaros, y de tan diferentes y estrañas naciones, y hagan vida entre ellas con gran trabajo y peligro de sus personas por servicio de su criador: y que nosotros en la Iglesia Christiana con profession de bautismo, estandonos en nuestras casas descuidados, seguros, y tan servidos, no solamente no servimos a Dios, ni le amamos, sino que queremos ir a la mano a los que le sirven. *Lea pues V. S. estas cartas*, que bastan por testimonio

de la buena vida destes servidores de Jesu Christo; y por ellas; entanto que V. S. no les comunica, *conocerá quan a lo vivo nos representan el estado Eclesiástico de la primitiva Iglesia*, que por nuestros pecados tanto se avia apartado de su primera institucion. Pareceme que ofendiera mucho a V. S. sino repartiéra con el deste tesoro; y no será pequeña la autoridad que se le diere, reteniéndole V. S. Ill<sup>ma</sup> en su poder, para que puedan hallar y andar en las manos de todos con este favor; ni será menor el provecho espiritual que ganará V. S. en atentamente leerle: aunque de como ello passa a como aqui se escribe, ay grande distancia. Porque nadie ay segun se vee, que pueda capacilmente representar lo que el espíritu del Señor obra el dia de oy por estos medios, como se sabe por los que tratan en la navegacion del Serenissimo Rey de Portugal, cuya gran aficion y devocion a esta compañía de Jesus es muy notoria en toda España: pues no solamente en su reyno, mas aun en la misma India, y en los senos del mar, que por su mandamiento se navegan, ha mandado hacer muchos Colegios y casas desta Santa compañía de Jesus en gran aumento de la fe Catholica y Religion Christiana: y en todas las partes, assi de los infieles como de España, Francia, Italia, Flandes, Alemania, en tan breve tiempo como ha que se ordenò esta Santa Religion, tiene ya casas y colegios fundados. Y de mas desto por la autoridad de la Sede Apostolica,

lica,  
cula,  
la de  
ne a  
lia re  
el m  
esper  
rà m  
solan  
divin  
cada  
a ne  
por t  
peque  
tanto  
lo, y  
estos  
gran  
pues  
de su  
ficad  
Ill<sup>ma</sup>  
ticula  
prim  
las a  
perso  
De

Ill

lica, de quien tiene tantos privilegios y particulares concessiones muy favorables, como por la devocion que el Emperador nuestro Señor tiene a esta compañía, a la qual ha dado en Sicilia renta para dotarse dos Colegios, debe todo el mundo tenerla en gran veneracion, como espero en Dios se ternà. Y para esto ayudará mucho saber que hay en ella personas no solamente Ilustres, mas aun señaladas en letras divinas y humanas, como parece por los que cada dia envia de su mano el Sumo Pontifice a negocios espirituales de grande importancia por todas partes. Son pues estas cartas como un pequeño retrato de lo que al vivo passa, que es tanto, que no bastara mi pluma para escribirlo, y debense muchas gracias a Dios, que en estos tiempos tan trabajosos ha hecho un tan gran bien a su Iglesia, y no menor a V. S.: pues del que a mi hizo en traer estos operarios de su viña a esta casa de V. S. y haberse edificado para ellos, siendo ya de la de V. S. Illña, le cabe la mejor parte; y ha sido particular, que en la Andaluzia ha sido esta la primera, de donde se derive este gran fruto a las animas en toda ella. Nuestro Señor la Illña persona de V. S. guarde, y estado a creciente. De Cordova.

Illño Señor.

Besa las manos de V. S. Illña  
D. Joan de Cordova.

4. Quam-

4. *Quamquam subscriptionis tempus in apographo desideratur, est tamen ex ipsis literis manifestum, Carolo V. Imperatore Hispanias moderante fuisse conscriptas: quem abs dubio spectant ea verba: propter amorem, quo Imperator dominus noster societatem hanc prosequitur, cui reditus in Sicilia concessit, quibus Collegia duo sanciantur. Atqui Carolus ante finem Sept. 1556. et hispaniarum regnum in filium, et Imperium transtulerat in fratrem: ipse autem Joannes de Cordova labente anno 1553. societatis hominibus uti coepit, teste Orlandino l. 13. n. 40. Interea igitur, absoluto jam ab ipso Joanne Cordubensi collegio, excussæ sunt illæ literæ, ac prope eximio thesauro Duci Sessano missæ. Egregia quidem est laus et commendatio, qua Joannes, jam Deo plenus, easdem prosequitur, quamque libens latinè quoque redderem, nisi me nimia præfationis prolixitas absterret. Profecto nemo negaverit, effusam istam viri amplissimi laudationem quam optime in Xaverii literas convenire; atque has in primis fuisse, quæ ante illud tempus sæpius ex Indis allatæ Hispanorum manibus terebantur. Illustræ hujusce rei argumentum suppeditat Orlandinus lib. 5. n. 6., ubi singularem Hieronymi Natalis vocationem narrans; Acerrimus, inquit, omnium stimulus fuit Xaverianæ exemplar epistolæ ab amico missum: ubi post commemoratam ingentem inter indos animorum messem, de confirmata societate ab Apostolica sede Franciscus Deo gratias agebat. Eodem lib. 5. n. 65.: Recentissimæ, inquit, Xaverii literæ a Lusitano Re-*

ge

ge (C  
stibu  
in ho  
hæc  
nusc  
idem  
dam  
India  
press  
sere  
Deca  
plute  
a nu  
produ  
Philip  
editio  
hanc  
rùm  
tionib

5.  
edidit  
stolas  
& in  
Antu  
verò  
scitis  
tur  
tam  
ca M  
Roma  
stolas  
sellin

ge (ad Curiam Castellæ) missæ, et de suggestibus in concione perlectæ, mirum est quantum in hominum pectoribus ardoris injecerint. *Atque hæc anno 1545. Xaverii agebant literæ quæ manuscriptæ circumferebantur. De eisdem jam editis idem Orlandinus anno 1556. lib. 16. n. 46. quædam, ait, literæ de rebus, quæ a Societate in India gerebantur, ex Lusitania, ubi typis impressæ fuerant, allatæ multorum animos demulserunt. Cum æque potuerit hanc Lusitanam editionem Decanus Cordubensis procurare, atque deinceps Complutensem Antistes Conimbricensis, de quo superius a numero secundo; sitque præterea manifestum ex producta Decani epistola, ab eodem ante concessa Philippo II. Hispaniarum regna sub finem 1555., editionem suam Sessano Duci fuisse mandatam, hanc equidem opinor ab Orlandino indicatam. Verum hæc, fateor, ex conjectura; quæ de aliis editionibus sequuntur, eisdem perlectis judicamus.*

5. P. Horatius Tursellinus S. J. anno 1596. edidit Romæ cum vita S. Francisci Xaverii epistolas ejusdem 52. ex hispanico latine redditas, & in libros 4. distributas; quæ tum alibi, tum Antuerpiæ an. 1657. summaris auctæ; Lugduni verò an. 1670. paucis e Maffejo, seu aliunde adscitis prodierunt. Ex hac editione sumpsisse videtur Patrignanius, quam in versione italica sextam fecit libri tertii Tursellini, ex qua nos pauca Maffejanæ adjecimus. Ab anno 1661. ediderat Romæ P. Petrus Possinus S. J. novæ Xaverii epistolas 18. libro quinto: hæc autem omnes 70. Tursellini ac Possini literæ libris quinque recussæ sunt

Pra-

Pragæ an. 1667: eodem nimirum, quo Possinus priores illas 18. simul cum aliis 72, quas undique collegerat, ordine temporum tributas libris septem sub Novarum Epistolarum nuncupatione eisdem quibus antea librum quintum Varesianis typis Romæ vulgavit. Prodiit ibidem an. 1681. secunda eorumdem librorum septem editio ex nova cum archetypis collatione in Indiis factâ, emendata. Hac quidem emendata Possini editione usus est editor Coloniensis, qui anno 1692. post libros Tursellini quatuor, illos etiam Possini septem recusit; sed ita inconcinnè, ut post 4. Tursellini libros & Possini quintum ex editione Pragensi, septem ejusdem Possini libros exhibeat. Quibus fit, ut hæc editio, quæ una est omnium, quas noverim, amplissima, & duplicatas 18. libri quinti epistolas contineat, & omnes trino temporum ordine distribuat, non sine magno legentium tædio & incommodo.

6. Ut autem lector per se certiolem de hac amplissima editione sententiam ferre possit, brevem ejus præfationem exscribam, ex hactenus dictis a quovis facilè emendandam. Habes, inquit, benevole lector, epistolas a S. Francisco Xaverio Indiarum Apostolo conscriptas, veteres et novas; ita appellatas, quòd priores citiùs collectæ, citiùs ad proelum et lucem venerint, posteriores verò tardius coacervatæ, recentius fuerint vulgatæ, quamvis aliàs harum complures ordine temporis veteribus quibusdam sint antiquiores. Epistolæ veteres libris quinque continentur, et cum alibi, tum etiam Pragæ typis  
uni-

unive  
J. im  
divisa  
pexer  
quide  
in p  
cumf  
næ,  
aquæ  
dico  
Xave  
no b  
ribus  
ginæ  
tur n  
ræ p  
tæ:  
ter s

7.  
septen  
que  
blioth  
quide  
bus a  
ciscus  
hispa  
gustis  
quæ  
usus  
tensi  
glecti  
stolas

universitatis Carolo-Ferdinandæ in collegio Soc. J. impressæ fuerunt. Novæ per septem libros divisæ, non ita pridem Romæ lucem primò aspexerunt. Ego omnes simul in unum et parvum quidem volumen digessi, ut ab omnibus atque in primis a Missionariis facilè conferri ac circumferri possint. Sunt illæ succo Spirituali plenæ, quem si liberaliter hauseris, fiet in te fons aquæ salientis in vitam æternam. Plura non dico; quia tacente me satis loquitur magnum Xaverii nomen, et opus suum commendat. Vino bono hederà opus non est. Vale: *Fraudi lectoribus esse non debet in eadem editione primæ paginae conspectus, in qua epistolæ universim dicuntur novâ cum archetypis in Indiis, aliisque terræ partibus facta collatione accuratius emendatæ: cum in ea vix ulla appareat emendatio præter superius dictam Possinianam.*

7. *Miror equidem post tres illas Possini librorum septem editiones, an. 1747. Viennæ Austriæ quinque dumtaxat libros ex editione Pragensi a Bibliotheca Mariana Soc. Jesu fuisse recussos, satis quidem eleganter binisque non contemnendis iconibus adornatos. Miror etiam profecto, quòd P. Franciscus Cutillas Soc. J., qui S. Xaverii epistolas hispano idiomate reddendas susceperat, ut piis Augustissimæ Hispaniarum Reginæ votis satisfaceret, quæ se illarum teneri desiderio significarat, eisdem usus sit libris quinque in editione hispanica Matritensi an. 1752, aliis turpiter seu ignoratis sive neglectis. Noverat certè latinas omnes Xaverii epistolas P. Josephus Antonius Patrignanius, qui Venetiis*

vetiis an. 1716. italicè vulgavit libros Turselli. 4., duabus literis ex auctiore Possini editione ad calcem adjunctis; quare autem reliquas prætermiserit, incompertum. Porro duas prodiisse Gallicas earumdem versiones, primam 1598, alteram, operâ Ludovici Abelly Parisiis an. 1660, didici ex laudato ms. Supplemento Bibliothecæ Scriptorum Soc. Jesu.

8. Sed ad Cutillatem nostrum redeamus, cujus editio novæ huic perficiendæ usui mihi fuit non inutili. Is etenim ex editis 70, quas præ manibus habebat, tres omnino expunxit, nimirum Tursellini decimamquartam libri primi, & duodecimam libri 2; Possini autem decimamtertiam editione prima, quæ in posterioribus decima est libri 4: his autem tribus, e codicibus hispanis quatuor alias suffecit, numerumque 71. complevit, collatis nonnullarum autographis, atque apographis aliarum. Præmonuit ille quidem, tam integras epistolas quàm fragmenta e codicibus hispanicis deprompta appositis uncinulis a se distinctum iri ab aliis e latino conversis; verùm id ab eodem neglectum non in fragmentis modò & plerisque variantibus, sed in integra etiam epistola, ut ex perpetua collatione mihi innotuit, & in Chronotaxi commodius declarabitur. Huic maximè, quam dixi, Chronotaxi conficiendæ optaram equidem, ut Cutillas noster, quem inter & Tursellinum Possinumque tanta est in epistolarum subscriptionibus temporum varietas, fontes indicasset, ex quibus varias illas temporum notas in epistolas suas derivavit. Ille enim quatuor universim recensuit autographas literas, quatuor  
rum

rum d  
gio,  
lentiss.  
Excell  
nullum  
Comm  
codex  
verii  
fontibu  
tus.  
verii  
tur, cu  
pe Cut  
derat,  
Possini  
larejen  
sunt il

9. F  
cimam  
Archio  
apud C  
num,  
esse ut  
dem pl  
lum; i  
in fine  
lum ex  
sunt un  
guendit  
dubio,  
larum  
numqu



rum duas acceptas refert Regio Salmantino Collegio, aliarum unam adseruari in Sacrario Excellentissimæ D. Ducissæ del Infantado, alteram in Excellentissimi D. Ducis Bejarensis Sacrario; sed nullum præterea verbum, quo eas dignoscamus. Commemoratur item fragmenta complura, quæ sibi codex præstantissimus suppeditavit a quodam S. Xaverii Socio conscriptus, & in Collegio Villareji a fontibus, vulgò Villarejo de Fuentes, adservatus. In hoc ms., inquit, viginti quatuor S. Xaverii ad Franciscum Mansillam epistolæ memorantur, cum nobis quatuor tantummodò supersint. Nempe Cutillas, qui non nisi quatuor in Tursellino viderat, alias 24. ad Mansillam ignorabat, quas Possinus libris septem inseruerat. Id quod ms. Villarejensis cum Goano germanitatem prodit, ex quo sunt illæ epistolæ Possino subministratæ.

9. Præterea conferenti mihi Possini epistolam decimam libri 5: P. Paulo Herediæ Cocinum, ex Archio Goano depromptam, cum septima anni 1552. apud Cutillatem: Cuidam Patri e Soc. J. Cocinum, Goà 2. Apr., manifestè apparuit idemmet esse utriusque epistolæ argumentum, uberius quidem plerumque apud Possinum, sed in fine mutilum; in altero contra, initio & medio contractius, in fine verò perfectum. Cutillas, qui hanc epistolam ex aliquo ms. nobis donavit, nullos ei apposuit uncinulos, quibus in id genus literas distinguendas usurum se promiserat. Ut igitur istam abs dubio, sic etiam facilè crediderim aliarum epistolarum subscriptiones e probatis fontibus fuisse nonnumquam ab ipso in editarum locum substitutas.

Ne-

Neque enim est vero simile, tam annorum & mensium numeros, quàm ipsa mensium nomina solo arbitrato vel oscitantia fuisse a viro prudente sæpius commutata. Contra equidem opinor, subscriptionum formulas, quæ apud Tursellinum solis quatuor prioribus literis, apud Possinum omnibus adjunguntur, a Cutillate, forsam plerumque ad aliarum formam fuisse confectas; cum eas, ubi etiam merus Tursellini apparet interpres, nunquam prætermittat.

10. His ita a me constitutis, peropportune accidit, ut a viro egregio D. Antonio Burriel, editis & hispanicè & italicè operibus claro, de Cutillatis editione quærerem, quocum olim in Toletana provincia fuerat commoratus. Is etenim affirmavit, se Superiorum jussu Complutenses Codices discussisse, ex eisque nonnullas S. Xaverii literas excerpisse, aliquas etiam in Castellanam linguam convertisse, quæ in Cutillatis editione circumferuntur. Quamvis autem a tam diuturno tempore certius aliquid de singulis non meminerit, tamen hispanicæ editioni novum hinc accedit auctoritatis pondus & commendatio a præstantissimis mss. Complutensibus. Quare quæcumque in ea occurrerint nova, huic nostræ suis quæque locis inseremus: Chronologiam verò & graviora quædam alia in Chronotaxi perpendemus. Atque hæc de præcipuis editionibus, quæ usui nobis fuerunt, dicta sufficiant. In laudato supplemento ms. hæc præterea, si quæris, recensentur: Rhedonis, 1596. in 12: Parisiis, Sebastian. Gramoisy 1661. in 12: Cadomi, 1668. in 12: Lugduni, 1682. in 12: selectæ S. Francisci Xaverii epistolæ, Varsoviæ 1739. in 8.

11. Jam

II.  
aliis i  
facile  
nes o  
Bollan  
cetero  
hemie  
nerali  
S. Xa  
politic  
gnà  
gulari  
omnes  
studio  
est pl  
porum  
to usu  
di rer  
tiplici  
Hinc  
verii  
tuerin  
pserun  
nec H  
rium o  
scripta  
cum,  
ptam,  
sit fa  
reat,  
eodem  
Japoni  
Tom.

II. Jam verò novæ necessitas cùm ex dictis de aliis imperfectis, tum etiam ex earumdem raritate facile constat. Accedit, quòd editiones latinæ omnes oculis, id est indice carent, ut verbis utar Bollandianorum t. 2. Maji p. 132, quibus egregium cæteroquin opus P. Georgii Crugerii de Sacris Bohemiæ cineribus sugillant. Namque deficiente generali rerum indice, argumenta plurima quæ a S. Xaverio de rebus seu morum et fidei, sive politicis, historicis, geographicis, et naturalibus magnâ doctrinarum copiâ, ingenio et sapientia singulari, parique diligentia tractantur, eos fere omnes latent, qui otio non abundant et discendi studio, ut ea deditâ operâ pervolvant. Nec opus est pluribus, ut qui quavis studiorum ratione temporum angustiis premuntur, facile intelligant quanto usui ac temporis compendio esse soleant ejusmodi rerum indices, præsentim in opere vario et multiplici, ac magno epistolarum numero constante. Hinc non adeo mirum accidit, quòd nonnulla Xaverii scripta, quorum ipse meminit, eos etiam latuerint, qui de ipsius operibus diligentissimè scripserunt. Certe nec Bibliotheca Scriptorum Soc. Jesu, nec Hispanica Nicolai Antonii recens Matriti plurimum operâ magnifice recussa, ulla Xaverio tribuit scripta præter epistolas, catechismum Malabaricum, ac brevem doctrinæ epitomem Lusitanicè scriptam, quæ totam orientem pervagata magni semper sit facta; cum ex ejusdem Xaverii literis appareat, catechismos etiam Malacensem et Japonicum ab eodem fuisse elaboratos; quin et librum Sinicum et Japonicum de origine mundi, et vitæ Christi myste-

steriis. De Japonico meminerat etiam Orlandinus lib. 14. n. 133. his verbis: S. Xaverius librum ad informandos Japones Cangoximæ composuerat: ubi inter cetera Christi vitam et septem psalmos de pœnitentia, litaniasque descripserat... Sacros etiam Ecclesiæ festos, rationemque perfacilem, qua præcipuam quamque feriam in eis cognoscerent, invenirentque, apud eos reliquit. Atque hæc omnia Japonico sermone conscripta. His adde conciones, quas idem memorat Orlandinus l. 14. n. 147.: Nec, inquit, intermittebantur Amangucii conciones. Eæ erant Xaverii elucubrationes hispanicæ in unum redactæ volumen, et a Paulo sanctæ Fidei in Japonicum translatae sermonem. Quæ omnia videbantur in Bibliothecis illis, ut et alia id genus, recensenda; nisi auctorum diligentiam effugissent.

12. Itaque ut aliarum editionum incommodis, quibus sæpius indolui, pro meis mederer viribus, novamque adornarem, cujus usus et utilitas latius pateret, constitui primum Epistolas omnes suo temporum ordine collocare, rejectis in appendicem earum compendiis, quarum integra suppetunt exemplaria: deinde Chronotaxim seu temporis ordinem, quo perturbatæ Xaverii Epistolarum et gestorum Chronologiæ lucem aliquam afferre conarer, corruptosque textus emendare. Præterea ut commodius lector novam hanc possit veteresque editiones invicem conferre, visum est duplicem earundem seriem apponere, qua et vetus novæ et nova veteri respondeat. Accedunt tres indices alphabetici; primus eorum, quibus scriptæ sunt Epistolæ; secundus

us Episto  
gumenta;  
tem erudit  
editionum  
cum præm  
lus, quibu  
primis Ep  
qui fere  
termisi. A  
ci, cum i  
plura con  
Chronotax  
hic quidq  
editionibu  
ctitur dec  
vem, et  
fragium  
tii in Pr  
plex ejus  
de quibu  
tandæ fi  
suppedita

13. Qu  
lum acc  
Hispanic  
nondum  
Sacris m  
tam qua  
cl. Joan  
adornav  
stolarum  
mero 21

*Orlandinus* primum librum composuit, et septem descripsit, rationemque feriam, apud eos sermone idem mecum, inquit, s. Eæ erant unum redacti in Japoniam, omnia vide- id genus, effugissent. incommodis, rer viribus, utilitas latiùs, es suo tem- endicem ea- etunt exem- is ordinem, et gestorum rer, corrup- commodius editiones in- arumdem se- nova veteri abetici; pri- tola; secun- dus

*Orlandinus* Epistolarum secundum præcipua earumdem argumenta; tertius denique rerum generalis. Ut autem eruditiorum indulgerem ingenio, primariarum editionum prologos, et indiculum Possini Exegeticum præmisi, cui etiam paucas adjeci notatiunculas, quibus emendantur nonnulla et illustrantur, in primis Epistola 2. lib. 1. Primum Possini prologum qui fere totus in secundo continetur consulto prætermisi. Appendicem denique ad calcem operis adjeci, cum in eorumdem gratiam, tum etiam ut inde plura confirmentur, quæ in eodem indiculo et in Chronotaxi discutiuntur; tum denique ne lectores hîc quidquam eorum desiderent, quæ in prædictis editionibus dilaudantur. Appendix autem completitur decem Epistolarum compendia; Tursellini novem, et Petri Maffeji unum: quibus accedit Suffragium S. Francisci Xaverii pro electione S. Ignatii in Præpositum Generalem; item declaratio duplex ejusdem circa Societatis Jesu Constitutiones: de quibus ibidem plura. Denique formula contestandæ fidei a B. Xaverio edita, quam Orlandinus suppeditat lib. 8. n. 141.

13. Quin et ipsum literarum corpus aliquantum accrevit duarum accessione, quarum unam Hispanicè Cutillas in lucem protulerat, alteram nondum editam D. Ignatius Guerra, conquirendis Sacris monumentis Romæ occupatus, ibidem inventam quam diligentissimè transmisit: utramque vir cl. Joannes Andreas Novarrete prisca latinitate adornavit. Longiorem aliam ex Maffejo l. 1. Epistolarum de Japonicis rebus in librum tertium numero 21. transtulimus: quæ distincta visa est ab

alia ejusdem argumenti, sub idem tempus in eadem Goam scripta, tum quod est alio die subscripta, tum quia in hac mandata multa et ad virtutem incitamenta desunt, quæ in alia Xaverius inculcat Goanis Socijs, suæ curæ commissis: quare vel ex ipso argumento vix dubitabam, quin illam Socijs in Europam scripserit de rebus quidem eisdem, resecatis tamen omnibus, quæ personam saperent superioris, cum inter Indicas Societatis J. literas, Venetijs editas, eandem offendi inscriptam Conimbricensi Collegio Scholasticorum Soc. Jesu: Maffejanæ et italicæ planè congruit initio et sine edita in appendice Tursellini ed. Lugduni; ex qua pauca decerpimus. Atque ita Epistolas omnino 136. in libros 4., ut suas olim Tursellinus, digressimus, aliis quæ imperfectæ visæ sunt in appendicem conjectis: illis omnibus argumentorum summæ præpositæ; hisce non item: has tamen et illas in numerata segmenta divisimus.

14. Restat ut lectores moneam, Tursellini ac Possini Epistolas a nobis recudi ex præstantissimis ipsarum editionibus Romanis, Tursellini scilicet ann. 1596., et Possini an. 1681.: quæ autem nonnullis Epistolis adjunguntur, ea sunt aut uncinis inclusa, aut imæ paginæ subjecta, et ex auctoribus seu editionibus in earum Chronotaxi nominatis deprompta. Sed ut textus quam paucissimis ejusmodi uncinulis impediretur, nitoris etiam habita ratione, pleraque sunt in eadem Chronotaxi præmissa, ubi Latinas Epistolas et inter se et cum vernaculis contulimus. Ne quis tamen existimet, maximam illam temporum differentiam, qua in  
Lati-

I  
Latinis et H  
tribuendam,  
no et Possin  
tum Hispan  
perpetuò die  
est, notatis  
gendis nume  
tia tam ac  
quanquam  
distat, vari  
notationem a  
est. Et ver  
casionem, s  
breviorem,  
versisque l  
numerandi  
deo, longior  
Iduum vari  
Romanorum  
torem et a  
afferre comp

15. Præter  
Maffejo pic  
sellino, alii  
bendi genus  
num nomina  
ctunt et em  
certè perspi  
dotem præd  
rem satis p  
positione ill  
versa sunt

Latinis et Hispanicis variatur, typographis esse tribuendam, animadverto cum Latinas a Tursellino et Possino continuo temporis ordine distributas, tum Hispanicas a Cutillate adeo sedulò, ut ter perpetuò diem designet, quo quæque Epistola data est, notatis etiam, sicubi erratum est, in corrigendis numerorum mendis: quare de hujus sententia tam accuratè expressa minimè dubitandum; quanquam ubi Latina ab Hispana biduum fere distat, variam Calendarum, Nonarum, aut Iduum notationem aliquando non fuisse perpensam suspicio est. Et vero ad amovendam ejusmodi erroris occasionem, salvis Tursellini, ac Possini textibus, brevior, clarior, sibi perpetuò similem, universisque lectoribus longè notior, dies mensium numerandi rationem sum sequutus: neque enim video, longior illam Calendarum, Nonarum, et Iduum variam et volaticam circuitionem e priscis Romanorum moribus aut ullum Latinæ linguae nitorem et venustatem, aut par ipsarum anfractuū afferre compendium.

15. Præterea nondum mihi probari potuit seu in Maffejo picto atque polito, sive in concinno Tursellino, aliisque cultissimis recentioribus illud scribendi genus, quo barbara, ut ajunt, nova hominum nomina et cognomina Latinis formis ita flectunt et emolliunt, ut demoliri potiùs videantur; certè perspicuitati, quam meritò primam orationis dotem prædicant, plurimùm adversantur. Et ut rem satis per se perspicuam exemplorum etiam a positione illustrem, Hispanis jamdudum planè versa sunt Diego et Santiago, cum in eor

monumentis Didacos et Jacobos, Diegos et Santiagos, ab annis fere nongentis passim inveniam; pariter Perer et Pereira, Fernando et Fernandez, Gonzalo et Gonzalez, Rodrigo et Rodriguez, aliaque id genus plurima, quæ a recentioribus nostris eisdem sæpe vocibus latinè scribuntur: quo fit, ut dum latini esse laborant, obscurissimi fiant; vix ut ab Hispanis ipsis, nedum ab exteris, intelligantur. Nec illi se meliùs tueri poterunt communi diversis illis vocibus primæva origine, quàm qui vellet S. Aloysium Gonzagam non Ludovicum modò, sed Clodovæum etiam nuncupare, eò scilicet quòd eruditis eadem est horum trium nominum origo. Jam verò cum literam Z aureæ latinitatis auctores non sint aversati, cur eandem illorum cultores in Hispanis vocibus abhorreant, atque in aliam perpetuò convertant, ipsi viderint. Utut est, Latinas equidem aliorum interpretationes retinui, quæ autem lectoribus errandi periculum creare possent, ea obiter in Chronotaxi, in Epistolarum argumentis, vel in Indice generali declarantur. Atque his præfationis meæ partes omnes absolveram, cum prudens amici consilium intercessit, qui e re natas S. Xaverii vindicias persuadebat.

16. Itaque paucis eos perstringam, qui morosè Xaverianis literis abutentes, eundem negant diversarum gentium linguas divinitus edoctum. Nautici nimirum hi faciunt testes illos omnes locupletissimos, in judicialibus actis de Xaverii canonizatione productos, & cùm Indiæ Episcopis, tum etiam Romano, qui cæteros Episcopos, nedum morosos criticos, auctoritate vincit omnes ac frangit, ita quidem

dem probato  
zationis eju  
digia, quib  
monem in  
vit... In m  
verat. Sub  
gnitarum g  
edoctus, c  
catus esset  
ut eum, a  
cionem ha  
linguà suà  
quentem c  
miraculo r  
verbum De  
aut flocci p  
Romæ apud  
ret, quàm  
torum Cam  
Brevibus I  
pauca. At  
teris aperte  
guis summo  
secum qua  
Episcopos h  
graphæ Xa  
manos Fide  
Tursellino  
dem narra  
Xaverio no  
Xaverius e  
Actis & I



dem probatos, ut supremo iudicio (Bulla Canonizationis ejusd. §. 3.) hæc protulerit: Signa & prodigia, quibus Dominus Apostolorum suorum sermonem in nascentis Ecclesiæ exordiis confirmavit... In manu etiam servi sui Francisci renovaverat. Subito enim a Deo diversarum, ac incognitarum gentium linguas, quas non noverat, edoctus, disertissimè quasi in iisdem terris educatus esset, loquebatur: & acciderat quandoque, ut eum, ad diversarum nationum populos concionem habentem, unusquisque eodem tempore linguà suà, in qua natus erat, magnalia Dei loquentem cum stupore & extasi audiret: eoque miraculo multitudo magna commota reciperet verbum Dei. Eos enimvero, qui iudicatum hocce aut flocci pendunt, aut silentio premunt editis vel Romæ apud Palearinos operibus, meminisse oporteret, quàm accuratè a Romanis Apostolicæ de Beatorum Canonizatione Bullæ perpendantur: certè Brevibus Pontificiis longè præstant. Intelligenti pauca. At, inquiunt, Xaverius ipse pluribus literis apertè profitetur, addiscendis orientalium linguis summo se studio incubuisse, atque interpretes secum quaquaversus duxisse. Verùm nec Indiæ Episcopos hæc latebant, quibus ipsæ etiam autographæ Xaverii literæ in promptu erant; nec Romanos Fidei Promotores, qui Romæ jamdudum a Tursellino vulgatas norant epistolas, in quibus eadem narrantur. Quid ergo? Eisne dicemus cum Xaverio non convenire? Minimè verò. Neque enim Xaverius ea uspiam negavit, quæ in judicialibus Actis & Pontificio diplomate ipsi tribuuntur; nec

ex his ea in Xaverium non convenire constat, quæ ipse sibi adscripsit: alia quidem alii, minime tamen contraria. Nempe aliud est discendis barbarorum linguis incumbere, quod fecit Xaverius; aliud verò illas etiam, quas nondum noverat, disertissimè nonnumquam loqui, ubi rationes Apostolici muneris id exigebant, summaque Religionis Christianæ, cui propagandæ Legatione pro Christo fungebatur: Deus etenim ut in superfluis non abundat, sic non deficit in necessariis: Videsis Joannem Lucenam, Danielem Bartolum, et Franciscum Garziam.

17. Jam verò in alios, qui nostro luminum, ut ajunt, sæculo garrere pergunt, S. Xaverium vel nulla unquam ovovisse Religiosa vota, vel certè non nisi cuculatæ cujusdam Religicnis; præter laudatam Bullam, qua nihil aut gravius aut illustrius, omnes propemodum ejusdem Xaverii literas appello, in quibus Religiosæ vitæ suæ formam tam graphicè, frequenter, ac manifestè declarat, ut eas legentibus aperta veritas tanquam sol in oculos incurrat. In eisdem spectant ipsius Xaverii manu subscriptæ declarationes, quas ex Bollandianorum tom. 7. Jul. in appendicem conjecimus. Quæ quidem profectò verum scire volentibus sufficiunt; nec utendum in re perspicuà testibus non necessariis:

18. Accedit inepta fabella, quam mihi seriò vir ceteroqui gravis & amicus ante paucos menses enarrabat; Tursellinum scilicet rhetoricà licentiâ Xaverii literas amplificasse, cum Xaverio, tot alijs tantisque rebus occupato, prolixis adeo literis con-

conscribendi  
rabar equa  
cium; nec  
tione, cum  
sinianis co  
manifestè p  
tum sit atq  
innumeris  
occupatissim  
num genus  
quidem ter  
mibi facile  
tribus ann  
ptas cum  
rum catalo  
cis genera  
Epistolis c  
aut occulte  
te, nullo  
minutissim  
tillas in p  
verii Epi  
minis form  
men inter  
præstitisse  
præceptis  
Didacus  
animi rel  
idem comp  
gisse, n  
Hyacinth  
amore S.

*conscribendis vacuum esse tempus non posset. Mirabar equidem tale tanti viri de Tursellino iudicium; nec ei de docendo longà opus erat disputatione, cum vel sola Tursellini epistolarum cum Possonianis collatio vanissimi figmenti absurditatem manifestè prodat; quin & easdem legentibus apertum sit atque perspicuum, S. Xaverium, tametsi innumeris Orientis gentibus ad fidem adducendis occupatissimum, tot illo decennio ad quodvis hominum genus scripsisse epistolas, ut vix aut ne vix quidem tertiam ipsarum partem habeamus. Id quod mihi facile concedet, qui quas habemus ab ipso tribus annis, nimirum 1544. 1549. 1552., conscriptas cum reliquis paucis contulerit, ac deperditarum catalogum observarit, quem sub finem indicis generalis describam, quas in residuis Xaverii Epistolis commemoratas, aut deperditas dolemus, aut occultas, vel etiam incautà quorundam pietate, nullo exscripto apographo, dilaceratas seu in minutissima frustula comminutas. Qua de re Cutillas in præfatione tradit, nonnullos e sectis Xaverii Epistolis, literisque ad Sancti ejusdem nominis formam distributis, descriptum Francisci nomen inter sacra lipsana venerari. Quasi verò non præstitisset Apostolicà tanti viri Doctrina atque præceptis animos informare; cujus literas V. P. Didacus de S. Vitores, teste Cutillate, ejusdem animi reliquias jure ac merito nuncupabat. Quod idem compluribus S. Teresiæ à Jesu literis contigisse, nuper me docuit accuratissimum opus D. Hyacinthi Hoyoman De mutuo atque perpetuo amore S. Teresiæ ac Societatis Jesu, in quo tum*

*alia.*

alia Seraphicæ Virginis opera, tum Epistolæ in primis, pluribus illustrantur. V. Palafoxii verba, quæ ibi tomo 2. cap. 5. n. 4. Italicè redduntur, in rem meam aptissimè sic convertito: vehementer doleo, cum nonnullas nominis ejus (S. Teresiæ) subscriptiones video ex operum ejusdem characteribus compactas; sic enim et illi ejus literis, et illæ literæ ac lumina Ecclesiæ desunt universæ. Illustre hujusce rei argumentum extat Bononiæ in Teresiano sacrarum virginum cœnobio ad S. Mariæ Magdalenæ parœciam; nempe lipsanotheca, in qua sæpius vidi hæc Hispanica verba: Teresa de Jesus o morir o padecer (Teresia a Jesu aut pati aut mori), e recisis nimirum ejusdem literis composita.

19. Sed quoniam vanissimè calumnià depellendà, me alia ex aliis sensim huc deduxerunt; æquum lectorem rogo, ut hisce Xaverii literis perlectis ingenuè fateatur, utrum sibi mirandum magis videatur, num tot illas, a tanto Apostolo conscriptas, quavis hominum negligentia seu temporum injuria nobis fuisse præreptas; an modò tot superesse, quot a nullo accepimus gentium Apostolo, qui tam brevi tempore tot gentibus in Europa, Africa, & Asia tantum Evangelii lumen accenderit; seu qui tantis terrarum mariumque tractibus tot hominum millia propriis etiam manibus baptizavit. Me etenim utrumque in parem ferme rapit admirationem. Alia etiam me tenet, quòd nulla prorsus e plurimis illis superest, quas certè Xaverius Episcopis, Proepiscopis, ac Proregibus Indiæ conscripsit. Verùm hæc hactenus. Unum liceat hìc præmit-

mittere d  
occurrere  
nus in S.  
xit, in  
aureos a  
sitaniæ c  
næ Lusit  
pensitaba  
nam Reg  
alios fore  
ipsa scar  
nos oræ I  
re orare  
vectigal  
lorum pr  
mutation  
set. Illa  
tam rem  
tum Car  
lens ac l  
Hist. In  
pondus i  
næ soccu  
dem ad  
insigni v  
ptè lusis  
suram in  
quos Ch  
contuliss  
cum et  
te grati  
in confer

mittere deperditæ epistolæ argumentum, cui nullus  
 occurrebat locus accommodatior. De quo Turselli-  
 nus in S. Xaverii vita l. 2. c. 8., postquam di-  
 xit, in Canacapolas Xaverii rogatu quadringenos  
 aureos a Prætorè Indiæ attributos, & ab Rege Lu-  
 sitaniæ confirmatos, subjunxit: Ea pecunia Regi-  
 næ Lusitaniæ, soccorum ac crepidarum nomine  
 pensitabatur. Quocirca Franciscus ad Cathari-  
 nam Reginam tam salsè, quam piè scripsit, non  
 alios fore soccos aut crepidas aptiores, quibus  
 ipsa scanderet in cœlum, quàm pueros Christia-  
 nos oræ Piscariæ, eorumque institutionem. Qua-  
 re orare se, ut soccorum crepidarumque suarum  
 vectigal ad sternendam sibi in cœlum viam il-  
 lorum præceptoribus attribueret, læta tali com-  
 mutatione, qua nullam potiore optare potuis-  
 set. Illa, ut erat fœmina insigni religione, to-  
 tam rem valde probavit, suumque illud tribu-  
 tum Canacapolis Neophytorum magistris, vo-  
 lens ac libens concessit. Eamdem rem Maffejus  
 Hist. Ind. l. 12. tetigerat his verbis: Certi auri  
 pondus impetravit quotannis in Lusitaniæ Regi-  
 næ socculos ab Indis conferri solitum; cum qui-  
 dem ad Catharinam scribens, Joannis uxorem,  
 insigni virtute ac pudicitia fœminam, haud ine-  
 ptè lusisset; nullis eam soccis æque facile scan-  
 suram in cælum, ac precibus neophytorum, in  
 quos Christi causâ id opis ac beneficentiæ  
 contulisset. Superest, ut vel invitum fidum ami-  
 cum et studiorum socium D. Didacum a Fon-  
 te gratitudinis causâ nominem, a quo in primis  
 in conferendis editionibus levatum me gratus com-  
 memo-

xxviii PROLEGOMENA

*memoro; quin et multa uberrimæ alicorum eruditioni accepta refero, quibus proinde quæ proba erunt et recta secundum Deum tribuantur, ipsi autem Deo ac Domino nostro omnis honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.*



HORA-

IN EPIS

AD

**P**ertex  
dina  
rimæque  
toræ ha  
nimis sp  
identiden  
corum X  
bus vide  
etiam d  
extarent  
net Sanc  
Xaverius  
tavi, ut  
lutaribus  
interiren  
expetenc  
tas, et s  
in ipso t  
Itaque q  
las, co  
quatuor

IN S. XAVERIUM.      xxix

I I.

HORATII TURSELLINI

IN EPISTOLAS SANCTI FRANCISCI XAVERII

*Latinè conversas*

AD FRANCISCUM TOLETUM

S. R. E. Cardinalem

P R A E F A T I O.

**P**ertextenti mihi Francisci Xaverii vitam, Cardinalis Amplissime, plurimæ ejus, pulcherrimæque Epistolæ se obrulerunt: quas Ego historix haud quaquam intexendas existimavi, nè nimis spissum facerent opus, si rerum seriem identidem interromperent. Verumtamen et decorum Xaverio, et frugiferum nostris hominibus videbatur, talis viri non facta solùm, sed etiam dicta, scriptaque omnia, quæcumque extarent, posteris tradi: adeò ubique illius eminet Sanctitas: adeò Xaverius est usquequaque Xaverius. Proinde commitendum mihi non putavi, ut Sanctissimi viri monumenta, eaque salutaribus referta præceptis, injuria temporum interirent. Et sane optandum, ac magnopere expetendum erat, ut mirifica illa morum suavitas, et sermonis sapor quasi vernaculus, posset in ipso tanquam in Augustissimo Fonte gustari. Itaque quascumque Xaverii nactus sum Epistolas, collegi: in latinum sermonem converti: quatuor in libros contuli: in lucem proferre con-

rum erudi-  
que proba  
antur, ipsi  
nor et glo-

HORA-

constitui. In his porrò latinè vertendis, etsi non hoc suscepi, ut interpretis more tanquam annumerarem verba lectori, sed potius ut appenderem; tamen sententiis, earumque formis sedulò persequendis, exprimere, atque effingere conatus sum, quantum in me fuit, ipsum quoque Xaverianæ orationis genus. Volui videlicet efficere, si quomodo possem, ut in hisce Epistolis conversis ex Hispano, similiter ut in illis ab ipso scriptis, eximia animi ejus effigies extare, ac mens quodammodò spirare videretur. Ac mihi quidem in animo fuit, hasce Epistolas pariter cum Xaverii vita vulgare, vel testes narrationis meæ, vel indices auctoritatis suæ. Cæterum secus evenit. Vita Xaverii me absente edita: consilium meum fractum: tota ratio mutata. Prodiit Xaverius in publicum sine Epistolis, quas identidem Testes citabat. Enimverò diù Ego differre non potui. Ergo cum ille quodammodo renatus, aut potius jam adultus denuò exiret præsentem me, promissum Epistolarum munus debere eum diutiùs nolui. Equidem non dubito, quin aliæ præterea multæ supersint Xaverii Epistolæ, quæ meas effugerunt manus. Extant quippè in ejus Vita hujusce rei indicia nec pauca, nec obscura. Illas Ego si quando nancisci potero, Deo approbante, diù desiderari non patiar. Nunc quidem his contenti erimus, quas habemus; has edemus; has vulgabimus. Nec vero diù Patronus quærendus fuit. Quoniam Xaverii Vita in Clementis VIII. Pontif. Max. Clientelam sese contule-

tulerat; Patronum autem illi potissimum cum Pontificis conjunctione prode-


Accipe Francisci dices tuos obsides nuntiantis. famam, Parentem lumen Patris, Xaverii tantoperè tum existit. Vale.



tulerat; Epistolæ Te, Cardinalis Tolete; sibi Patronum adoptarunt. Et sanè æquum erat, eas illi potissimùm dicari, cujus non minor esset cum Pontifice, quam ipsarum cum Xaverii vita conjunctio. Cum præsertim ejus maximè beneficio prodeant, cujus nomine dedicantur.

Accipe igitur, Francisce Cardinalis, hosce Francisci Xaverii Epistolarum Libros, simul Indices tuorum in Societatem meritorum, simul obsides nostræ erga tuum nomen gratissimæ voluntatis. Præclarum quidem Xaverio erit ad famam, Pontificem Max. Christianæ Reipublicæ Parentem, et Cardinalem nostræ Societatis columnen Patronos habere; longè tamen præclarior, Xaverii res Cardinali Toletto probari, qui tantoperè a Christi Vicario, ac perinde (quantum existimare licet) ipsi Christo probetur.

Vale.



*Eminen-*

*Eminentissimo, & Reverendissimo Domino*

**SFORTIÆ PALLAVICINO**

S. R. E. Cardinali

PETRUS POSSINUS E SOCIET. JESU *Felicitatem,*

**Q**UOD aliquid Eminentia Tua dignum in meas bono casu manus venerit, rara nec mihi negligenda occasio visa est adeundi continuò Tui; meamque in Te præcipuam observantiam, ac summam venerationem, pretioso & Tibi haud dubiè placituro munere testandi. Equidem alias expertus benignissimam Humanitatem Tuam, scio confidere potuisse me, haudquaquam aspernaturam Eminentiam Tuam vel tenues exilis ingenioli fœtus, si offerrem: Sed novum ab eo beneficium captare cui vetera conarer rependere, nunc quidem nolui; consultiusque ac liberalius putavi, tale quiddam, cum possem, dare, quod gratiam apud omnes sui pretio, non aliena benignitate solùm veniam haberet. In omni quidem Virorum præstantium memoria curiosa Posteritas esse solet: sed Apostolorum præsertim & Apostolicorum Hominum (quo in Ordine quem gradum teneat Xaverius, Orbi notum est) vestigiis relegendis inexplebili semper Christiana Pietas inhiavit diligentia. Quod si de talibus, ut ait S. Chrysostomus, interpres in hoc publici sensus, scire juvaret, si qua exquiri posset industria; quâ transierint, ubi habitave-

taverint, o  
ne sint us  
ille summu  
bilis, Her  
lubriora, d  
xerint? qu  
sensus, qu  
ta, Vota,  
sime Dom  
tem incre  
ore suavia  
cies center  
cui Deus  
ut mortua  
tò, ut par  
extantia Vi  
Viro tantu  
Homines g  
licet adhuc  
Fortitudo  
stantia in  
manarum,  
salutis Hor  
Gloriæ; C  
Eminentiss  
proinde his  
cilem ad T  
Patrociniu  
dum editæ p  
mo Laudat

*Hanc prim  
anno MDCL  
Tom. I.*

taverint, quo genere vestitus, qua victus ratione sint usi; & quæ minuta in hunc modum vir ille summus percenset cætera; quantò erit optabilius, Heroum istorum illa jam majora, usu salubriora, dictu speciosiora cognoscere: quid dixerint? quid scripserint? quas mente curas ac sensus, quæ animo ac corde Consilia, Proposita, Vota, versaverint? Me quidem, Eminentissime Domine; has modò Epistolas interpretantem incredibiliter delectabat, usurpare oculis, ore suaviari, apices illa manu exaratos quæ vicies centenis hominum millibus cœlum aperuit, cui Deus tantum suæ potentiæ communicavit, ut mortua etiam corpora vitæ redderet: at multò, ut par fuit, plus movebant specimina in his extantia Virtutum Heroicarum, quæ Sancto huic Viro tantum apud Deum gratiæ, tantum apud Homines gloriæ pararunt. Spirant in hisce videlicet adhuc Chartis illa modestissima Demissio, Fortitudo & Patientia invictæ, Perseverans Constantia in rectè cœptis, Despicientia rerum Humanarum, Libertas & Candor animi, studium salutis Hominum, Zelus flagrantissimus Divinæ Gloriæ; Caræ omnes ac commendatissimæ Tibi, Eminentissime Domine, Laudes: quæque Novis proinde hisce Epistolis spondeant non minus facilem ad Te admissionem, nec minus efficax à Te Patrocinium, quam simili merito Xaverianæ dudum editæ priores, in Francisco Toletò Sapientissimo Laudatissimoque Cardinali repererunt. Vale.

*Hanc primùm dedit Possinus Romæ xv. Kal. Majas anno MDCLXI., ac deinde MDCLXVII.*

Tom. I.

c

REVE-

REVERENDIS PATRIBUS  
ET CARISSIMIS FRATRIBUS  
SOCIETATIS JESU

*Petrus Possinus ex eadem Societate  
Salutem in Christo veram.*

**H**istoriæ nostræ continuationem expectanti-  
bus Vobis, & debente me; utrimque op-  
portuna en se facultas offert, ut vestri deside-  
rii consolandi, ita meæ quoque moræ purgan-  
dæ. Ac dilatæ quidem Editionis, quam simplex  
tam efficax excusatio est: quod in eam neces-  
sariò incurrebant aliqua, quæ publicare nondum  
licet, aut expedit. Tarditatis verò solutionum,  
quæ vel approbandæ, vel molliendæ apud im-  
patientes Creditores, duplex vulgò ratio est,  
Pignoris videlicet pretiosi oppositio, & locu-  
pletis Fidejussio Sponsoris, utraque in vestrum  
delinimentum meæ cunctationi nunc subvenit:  
quando & in arrham non expeditæ ad diem  
dictam Pensionis, Archetypa quantivis pretii  
Cimelia traduntur: & certitudini repræsentan-  
dæ solutionis, quamprimum productionis tem-  
pestivitas maturuerit, securissimè cavetur inter-  
posito Vadis exceptione majoris. Xaverianarum  
igitur hactenus non visarum Epistolarum Colle-  
ctionem novam, pro narrationibus substituimus  
nondum prodire ausis posteriorum anno Socie-  
tatis conditæ quinquagesimo nostri Ordinis  
Even-

eventuum  
simul eden  
les Nostro  
vehant, f  
idoneum,  
dis obstac  
tolum. En  
ximum Sa  
gravatè p  
ut Græcon  
vam pro  
Numini,  
sentaneè f  
cisci Xav  
rois! inge  
dè interim  
memoriæ  
ti consen  
hominum  
indicantes  
riæ: &  
tariorum  
ritum ex  
muneris,  
tarum fa  
est, rec  
quæ resta  
quos utiq  
lio: Scri  
pariter &  
convenit  
Historiæ

eventuum; & has ipsas suo tempore secuturas, simul edendis Voluminibus duobus, quæ Annales Nostros ad sæcularis usque Anni metam provehant, fidem qui faciat damus, non solum idoneum, sed & valentem in idipsum amolendis obstaculis juvare, Magnum Indiarum Apostolum. Enimvero si Deum ipsum Optimum Maximum Sacris Oraculis docemur, arietem haud gravatè pro Isaaco succidaneum satis accepisse, ut Græcorum fabulas mentione non digner, Cervam pro Iphigenia non invito etiam obrusam Numini, ad verisimilitudinem vulgaris usûs consentaneè fingentes; quidni & Vos literis S. Francisci Xaverii, quanti, ac quam venerandi Herois! ingenio compositis, manu exaratis, abundè interim compensari censeatis descriptionem memoriæ ceterioris rerum Societatis; cum Periti consentiant, literas familiares magnorum hominum, acta ipsorum sensaque quotidiana indicantes, præstantissimum esse genus Historiæ: &, vel summâ elimatorum arte Commentariorum non instar solum obtinere, sed & meritum excedere. Nec vero est nostri tantum muneris, quibus rerum à nostrâ Societate gestarum famæ transmittendarum demandata cura est, recentia docere: originum quoque, si quæ restat perscrutatio incumbit iisdem nobis: quos utique non minus quam illum ex Evangelio: *Scribam doctum in regno Cælorum, nova pariter & vetera de thesauro memoriæ proferre* convenit. Quis autem neget, vel potissimam Historiæ Societatis Jesu partem, post Ignatii

Fundatoris vitam, gesta esse Xaverii, alterius in Cœlo nostro luminaris magni? Atqui horum Xaverii gestorum notitias omissas hæ literæ suggerunt pulcherrimas & plurimas: eademque vulgata jam cætera ejus generis, sigillo velut quodam autoritatis irrefragabilis obsignant; ut duplici ex dote commendabiles haberi debeant: injuriamque facturus videatur æquitati vestræ qui dubitaverit, quin vobis utroque nomine gratæ ac jucundæ sint futuræ. Restat ut has quâ fortunâ sim nactus, quâ diligentiam curaverim, quantum Vos libenter cognituros creditu pronum est, breviter exponam. Alexander Philippucius noster Anno 1658. die 12. Martii, Maceratæ pertinacissimo & dirissimo languore, spe omni humanâ recuperandæ valetudinis exclusus, invocato S. Francisco Xaverio ita mirabiliter convaluit, ut cujus diei primo manè solitis angoribus morbi jam sequianni cruciatus immanissimè fuerat, ejus ante meridiem planè robustus ac vegetus Sacro Solemni, cœncursu ejus civitatis ingenti in gratiarum actionem celebrato, ministraverit. Is deinde Sancti Sospitatoris sui nomen adscivit; & ut vitam imitaretur, exoratâ Majorum veniâ, navigavit in Indiam. Sed prius inter alia omnis generis grati animi specimina, me adiens, magnoperè oravit, ut in hoc nostro Archivio Romano conquirere ne gravarer, ecquæ adhuc ineditæ S. Francisci Xaverii epistolæ laterent; tum si quæ reperirentur, Latinitate ac luce donare. Obsequens tam piis votis, Indiarum Apostoli

toli quinq  
las reper  
Philippuci  
lumine m  
ne revoca  
sit exemp  
ibi, ut f  
transmissu  
mensibus  
appulso,  
rum epist  
pta. Unde  
que Nova  
editiuncul  
est partib  
mè; pat  
fermè dec  
rius Phil  
rat, repe  
rarum Ch  
versas des  
misit ad  
interclusa  
libus ea n  
sa cautio  
Macaensi  
tre illuc p  
septemve  
nimbricâ,  
vantur, c  
illis in urb  
sincerissim

toli quinque nondum publicè visas illic Epistolas reperi, manu ipsius scriptas; verùm cum Philippucio excusarem, paucitate me justo volumine minore ab editionis tentandæ cogitatione revocari; ille in Lusitaniam solvens, promissit exempla quarumdam aliarum ejusdem manûs ibi, ut fama erat, servatarum, sese ad me transmissurum. Nec fides abfuit. Nam paucis mensibus pervenerunt ad me ab eo Ulyssiponem appulso, duodecim exempla totidem Xaverianarum epistolarum isthic ex Autographis exscripta. Unde est prior nostra ante hos annos quinque Novarum S. Francisci Xaverii epistolarum editiuncula formatâ: quæ cum, ut ex cunctis est partibus nunciatum, placuerit ubique maximè; patet quam benè augurari de hac liceat fermè decuplo auctiore. Porrò idem P. Xaverius Philippucius Goæ, quò deinde transmiserat, repertis longè plurium Xaverianarum literarum Chartis Archetypis, eas diligenter universas descripsit tribus exemplis, totidemque viis misit ad me; quarum duæ pervenerunt; tertia interclusa infesto casu, quàm non frustrâ in talibus ea multiplicandorum exemplarium laboriosa cautio adhibeatur, ostendit. Accepi & ex Macaensi Collegio duas alias, ab eodem Patre illuc posterius advecto. Universis hisce sex septemve alias adjunxi Compluto, Toletò, Conimbricâ, Mussiponto, ubi Autographa asservantur, communicatas, humanitate nostrorum illis in urbibus degentium. Omnium porrò quàm sincerissimam, quàmque perspicuissimam Lati-

## xxxviii PROLEGOMENA

nam Interpretationem accurandam toto animo amplexus, & spatio & contentione majoribus quam quis facilè autumat, in id studium incubui. Singulas quippe non sententias solum, sed & voces, & penè apices, nusquam festinans, expendi; præter vocabularia & libros, vivos etiam Magistros adhibens, qualium hic benigna est copia, linguæ Lusitanicæ peritissimorum. Recordantur illi quoties meas ipsis dubitationes obtruserim, quot importunis quotidie consultationibus, graves ipsorum occupationes haud verè recundè interpellarim. Sunt in dialecto Lusitanicâ per Indicas Colonias vigente, quidam Idiotismi cis-mare ignoti. Eorum glossas utilissimas providâ nostri superius memorati, mihi nunquam satis pro suo merito, & pro meo affectu, memorandi P. Francisci Xaverii Philippucii, elaboratas, ut opportunissimè accepi, sic assiduisimè consului. Denique nihil prætermisisse mihi sum conscius eorum quæ ad nitidissimam translationem in latinum sermonem, Lusitanico expressorum Sancti Xaverii sensuum hisce Chartis inditorum, conferre posse quidquam arbitrarer. Res Ecclesiasticas, usitatis potius & notis formulis, quàm circuitionibus ad veterem elegantiam exquisitè affectatis, efferre plerumque malui. Magis interesse ratus, talis utique tractatorem argumenti, Christianè, quam Ciceronianè loqui. Scribens Hispanicè aut Lusitanicè S. Xaverius aliquas interdum inspergit latinas voces, immo sententias nonnusquam. Has omnes studiosè retinui, & Lectori ad peculiarem ani-

mi

mi fructum  
racterum f  
si quæ fier  
ratores rog  
exemplum  
las, quatu  
paris ferme  
tolarum, in  
tolas, No  
quot ipsaru  
bra mutila  
mum, ac  
re, vulgen  
calcem ad  
que benign  
pus conflan  
ibidem pro  
Indiculum  
rium, quod  
tiuncule a  
locis intel  
in limine  
verendi Pa  
sequendi  
etiam ubi  
debilitas su  
Nonis De



mi fructum designandas putavi, aliâ eas characterum formâ curans excudi, quod ut in aliis, si quæ fient, observetur Editionibus, earum Curatores rogatos velim. Tursellini nostri secutus exemplum, qui quas edidit Xaverianas epistolas, quatuor distinxit libris, septem & ego, paris fermè Tursellinianis molis & numeri epistolarum, in libros discrevi has quas emitto epistolas, *Novas* omnes meritò vocatas, etsi aliquot ipsarum quædam alibi excerpta, aut membra mutila prodierint, quod integræ nunc primum, ac planè quales è Sancti calamo exiere, vulgentur, quænam hæ sint Indiculus ad calcem additus designat, uti & unde quorumque benignâ gratiâ, unaquæque totum hoc corpus conflantium ad me pervenerit, ad singulas ibidem profiteor. Appello autem eundem illum Indiculum *Exegeticum*, quasi diceret *Enarratorium*, quòd in eo ad quasdam Epistolas enarratiunculæ aut notulæ necessariæ certis ipsarum locis intelligendis, subjunguntur. Tantum quod in limine præfarer habui. Boni consulite, Reverendi Patres Fratresque Carissimi, meum obsequendi & gratificandi vobis fidele studium, etiam ubi forte infeliciter conantis infra votum debilitas subsederit. Valete. Scribebam Romæ Nonis Decembris Anni MDCLXVI.

*Ex Praefatione Editionis Viennensis*

pag. 4.

**Q**Uàm divino autem spiritu omnes hæ Epistolæ  
 exaratae sint, placuit DEO etiam prodigio-  
 sis sæpius eventibus, in altero Viro, ejus-  
 dem Sancti operã miraculosè persanato, & in Ja-  
 ponem evocato, declarare, Marcellus is est Mas-  
 trillus, qui cum assiduè eas manibus tereret, quo-  
 ties dubius pendebat, aut periculosi alicujus even-  
 tûs metu percelleretur, consulto per fortuitam Epis-  
 tolarum apertionem XAVERIO, consilium & reme-  
 dium semper inveniebat. Rem hanc exemplis se-  
 quentibus Vitæ Marcelli scriptor P. Philippus Ale-  
 gambe confirmat. Inciderat navis, quã Marcellus  
 in Indiam vehebatur, per Navarchi errorem inter  
 scopulos, syrtésque, certo omnium, quia periculi  
 prorsus ignari velut in tuto securi pergebant,  
 naufragio. Quibus ope XAVERII tandem elucta-  
 ti; novo quodam sortitu XAVERIUM de toto  
 futuræ navigationis eventu consulunt. Epistolarum  
 ergo ejus liber uni Nobilium in manus datus, qui  
 fortuitò jussus est eum aperire, & quod obvium  
 primò fuisset, palam prælegere. Prima sortitio ea  
 libri 2. Epistolæ 6. verba reddidit: Cocini homi-  
 nem expecto. Altera ex libro 4. Epistola 1. hæc  
 alia: Aprili mense proximo aliquis ex nostris  
 Patribus in Japoniam mittetur. Lætum omnibus  
 fuit augurium, certum sibi & Cocinum & Goam  
 hoc adhuc anno adventum spondentium, cum in  
 Japo-

Japoniam  
 appulissen  
 sæpius à  
 & quidem  
 & vox un  
 tum ipsi  
 cæca peric  
 rium: cog  
 ingens al  
 Goæ demu  
 parones s  
 tium tama  
 fracti, cui  
 aliò sua  
 tenenda h  
 rursum X  
 currit: Pr  
 autem, qu  
 bant: Te  
 coram qu  
 annum su  
 dis Septen  
 DEO pro  
 ut parati  
 vidiã Dæ  
 B. Virgin  
 prorsus,  
 existens l  
 hostem v  
 Duces on  
 rent, ipse  
 sentiret,

Japoniam Aprili mitti non posset, nisi prius Goam  
 appulissent. Appulere enim verò licet per immania,  
 sapius à cæpto itinere desistere jam certi pericula,  
 & quidem Cocinum prius. Ubi sensus omnium  
 & vox una fuit, non posse tanto in errore, quan-  
 tum ipsi subiissent, tanta prosperitate tot inter  
 cæca pericula non aliquod grande latere myster-  
 rium: cognituros se aliquando quod nunc lateat  
 ingens aliquod XAVERII præsidium. Nimirum  
 Goæ demum rescivère, quinque Hollandicos myo-  
 parones subsedisse in insidiis, qui morâ, erran-  
 tium tamdiu syrtes inter & scopulos Lusitanorum  
 fracti, cum ob anni senium prædam desperassent,  
 aliò sua studia deflexère. Die 31. Aug. cum de  
 tenenda hoc anno Goa jam diffiderent, consulto  
 rursum XAVERIO, illud ex lib. 2. Epist. 7. oc-  
 currit: Prætor hibernare me voluit Goæ: illud  
 autem, quod mox sequitur, Marcello omnes apta-  
 bant: Tecum tanquam cum amico fidelissimo  
 coram quædam de itinere Japonico, quod post  
 annum suscipere cogito, communicabo. Calen-  
 dis Septembris simili sortitione jubebantur gratiam  
 DEO pro beneficio habere. Postridie monebantur,  
 ut parati starent & cauti ad futura pericula, in-  
 vidiâ Dæmonis concitanda: nam peculiari auxilio  
 B. Virginis, ex omnibus feliciter emersuros. Omnia  
 prorsus, ut erant prædicta, evenere. Manilæ jam  
 existens Mastrillus, & cum Governatore contra  
 hostem viribus multò valentiorum profectus, cum  
 Duces omnes auxilia Indorum expectanda cense-  
 rent, ipsèque humano iudicio rem ponderando idem  
 sentiret, intervenire tamen Governoris cæptis  
 prius

prius noluit, donec vaticinum hunc XAVERII libellum consuleret, in quo mox hæc verba sortitus est: Sæpè credimus nostram sententiam potiorrem esse, verùm permittendæ sunt res iis, qui eas administrant, si errare nolumus. Quibus ille admonitus, nunquam eò deinceps potuit induci, ut obniteretur Gubernatoris inceptis: & postmodum patuit ad victoriam permultum habuisse momenti, adeò festinatam profectionem. Utere igitur & tu pie Lector S. Viri Apostolicis his scriptis, & fructum ex iis non pœnitendum expecta.



EPIS.

S. FI

Ordo vetu  
Tursellini

Lib. I

Ep. 1 S

2 R

3 E

4 E

5 S

6 F

7 E

8 S

9 F

10 R

11 P

12 P

13 S

14 S

15 S

Lib. 2

Ep. 1 P

2 S

3 S

4 P

5 M

6 S

EPISTOLARUM  
S. FRANCISCI XAVERII

*Ordo vetus*

*Ordo novus*

*Tursellini*

*Lib. I*

<i>Ep. 1</i>	Societati Romam - -	<i>Lib. 1</i>	<i>Ep. 10</i>
2	R. P. Ignatio Lojolæ - -	<i>Lib. 1</i>	- 12
3	Eidem - - - - -	<i>Lib. 1</i>	- 13
4	Eidem - - - - -	<i>Lib. 1</i>	- 11
5	Societati Romam - - -	<i>Lib. 1</i>	- 14
6	Francisco Mansillæ - -	<i>Lib. 1</i>	- 25
7	Eidem - - - - -	<i>Lib. 1</i>	- 39
8	Societati Romam - - -	<i>Lib. 2</i>	- 4
9	Francisco Mansillæ - -	<i>Lib. 1</i>	- 40
10	R. P. Ignatio Lojolæ - -	<i>Lib. 2</i>	- 2
11	P. Francisco Mansillæ - -	<i>Lib. 2</i>	- 5
12	PP. Jacobo Borbano, & Paulo Camerti - -	<i>Lib. 2</i>	- 6
13	Societati in Lusitaniam -	<i>Lib. 2</i>	- 7
14	Societati in Lusitaniam -	<i>Lib. 2</i>	- 8
15	Societati Goam - - -	<i>Lib. 2</i>	- 14

*Lib. 2*

<i>Ep. 1</i>	P. Paulo Camerti - -	<i>Lib. 2</i>	- 15
2	Sociis Comorinensibus -	<i>Lib. 2</i>	- 16
3	Societati Romam - -	<i>Lib. 2</i>	- 17
4	P. Ignatio Lojolæ - -	<i>Lib. 2</i>	- 19
5	M. Simoni Roderico - -	<i>Lib. 2</i>	- 20
6	Societati Romam - -	<i>Lib. 2</i>	- 21

Jaco-

<i>Ordo vetus</i>		<i>Ordo novus</i>
<i>Tursellini</i>		
<i>Lib. 2</i>		
<i>Ep. 7</i>	Jacobo Pereriæ - - -	<i>Lib. 2 Ep. 23</i>
8	Francisco Henrico - - -	<i>Lib. 2 - 24</i>
9	P. Ignatio Lojolæ - - -	<i>Lib. 3 - - 1</i>
10	Eidem - - - - -	<i>Lib. 3 - - 2</i>
11	Simoni Roderico - - -	<i>Lib. 3 - - 4</i>
12	Eidem - * * * - -	<i>Lib. 3 - - 6</i>
<i>Lib. 3</i>		
<i>Ep. 1</i>	Societati Goam - - -	<i>Lib. 3 - 10</i>
2	Joanni Beiræ - - -	<i>Lib. 3 - 11</i>
3	P. Simoni Roderico - - -	<i>Lib. 2 - - 9</i>
4	Societati Romam - - -	<i>Lib. 3 - 12</i>
5	Societati Goam - - -	<i>Lib. 3 - 18</i>
6	Societati Goam - - -	<i>Lib. 3 - 20</i>
7	Societati Goam - - -	<i>Lib. 3 - 24</i>
8	Sociis Malacam - - -	<i>Lib. 3 - 26</i>
<i>Lib. 4</i>		
<i>Ep. 1</i>	Societati in Europam -	<i>Lib. 4 - - 2</i>
2	P. Simoni Roderico - - -	<i>Lib. 4 - - 3</i>
3	Joanni Roderico - - -	<i>Lib. 4 - - 6</i>
4	P. Gaspari Rectori - - -	<i>Lib. 4 - 26</i>
5	Balthasari Gago - - -	<i>Lib. 4 - - 9</i>
6	P. Ignatio Præp. Gener. -	<i>Lib. 4 - 17</i>
7	P. Simoni Roderico - - -	<i>Lib. 4 - 18</i>
8	Joanni III. Regi Lusit. -	<i>Lib. 4 - 19</i>
9	P. Simoni Roderico - - -	<i>Lib. 4 - 16</i>
10	P. Cypriano - - - - -	<i>Lib. 4 - 20</i>
11	Jacobo Pereriæ - - -	<i>Lib. 4 - 27</i>
12	Jacobo Pereriæ - - -	<i>Lib. 4 - 34</i>
13	P. Gaspari Rectori - - -	<i>Lib. 4 - 30</i>

P. Gas-

<i>Ordo vetus</i>	
<i>Tursellini</i>	
<i>Lib. 4</i>	
<i>Ep. 14</i>	P.
15	Fra
16	Ja
17	P.

<i>Ordo vetus</i>	
<i>Possini</i>	
<i>Lib. 1</i>	
<i>Ep. 1</i>	D.
2	S.
3	Eid
4	Eid
5	Do
6	Pet
7	PP.
8	PP.
9	Fra
10	Eid
11	Eid
12	Eid
<i>Lib. 2</i>	
<i>Ep. 1</i>	Ca
2	An
3	Fra
4	Eid
5	Eid
6	Eid

IN S. XAVERIUM. xlv

Ordo novus

2 Ep. 23  
2 - 24  
3 - - 1  
3 - - 2  
3 - - 4  
3 - - 6

3 - 10  
3 - 11  
2 - - 9  
3 - 12  
3 - 18  
3 - 20  
3 - 24  
3 - 26  
4 - - 2  
4 - - 3  
4 - - 6  
4 - 26  
4 - - 9  
4 - 17  
4 - 18  
4 - 19  
4 - 16  
4 - 20  
4 - 27  
4 - 34  
4 - 30

Ordo vetus

Tursellini

Lib. 4

Ep. 14 P. Gaspari Rectori - -  
15 Francisco Peræ - - -  
16 Jacobo Pereriae - - -  
17 P. Gaspari Rectori - -

Ordo novus

Lib. 4 Ep. 39  
Lib. 4 - 38  
Lib. 4 - 36, & 42  
Lib. 4 - 43



Ordo vetus

Possini

Lib. 1

Ep. 1 D. Capit. Aspilcuetae - -  
2 S. Ignatio - - - -  
3 Eidem - - - -  
4 Eidem - - - -  
5 Doctori Martino Navarro -  
6 Petro Codacio - - -  
7 PP. Ignatio, & Codurio -  
8 PP. Jajo, & Lainez - -  
9 Francisco Mansillae - -  
10 Eidem - - - -  
11 Eidem - - - -  
12 Eidem - - - -

Lib. 2

Ep. 1 Catechistis e Soc. J. - -  
2 Animab. salut. æter. cupid. -  
3 Francisco Mansillae - -  
4 Eidem - - - -  
5 Eidem - - - -  
6 Eidem - - - -

Ordo novus

Lib. 1 Ep. 1  
Lib. 1 - - 2  
Lib. 1 - - 3  
Lib. 1 - - 4  
Lib. 1 - - 5  
Lib. 1 - - 6  
Lib. 1 - - 8  
Lib. 1 - - 9  
Lib. 1 - 15  
Lib. 1 - 16  
Lib. 1 - 17  
Lib. 1 - 18  
Lib. 2 - 12  
Lib. 2 - 11  
Lib. 1 - 19  
Lib. 1 - 20  
Lib. 1 - 21  
Lib. 1 - 22

Fran-

Gas-

Ordo vetus

Ordo novus

Possini

Ordo vetus

Possini

Lib. 2

Lib. 4

Ep. 7	Francisco Mansillæ - -	Lib. 1	Ep. 23
8	Eidem - - - - -	Lib. 1	- 24
9	Eidem - - - - -	Lib. 1	- 26
10	Eidem - - - - -	Lib. 1	- 27
11	Eidem - - - - -	Lib. 1	- 28
12	Eidem - - - - -	Lib. 1	- 29
13	Eidem - - - - -	Lib. 1	- 30
14	Eidem - - - - -	Lib. 1	- 31

Ep. 5	Sin
6	Jo
7	P.
8	P.
9	Jo
10	Eid
11	PP

Lib. 3

Ep. 1	P. Francisco Mansillæ -	Lib. 1	- 32
2	Eidem - - - - -	Lib. 1	- 33
3	Eidem - - - - -	Lib. 1	- 35
4	Eidem - - - - -	Lib. 1	- 34
5	Eidem - - - - -	Lib. 1	- 36
6	Eidem - - - - -	Lib. 1	- 37
7	Eidem - - - - -	Lib. 1	- 38
8	Eidem - - - - -	Lib. 1	- 40
9	Cuidam e Soc. Jesu - -	Lib. 1	- 41
10	Joanni III. Regi Lusit. -	Lib. 2	- - 1
11	Simoni Roderico - -	Lib. 2	- - 3
12	Francisco Mansillæ - -	Lib. 2	- - 5
13	PP. Paulo Camerti, Joanni Beiræ, Ant. Criminali -	Lib. 2	- 10

Lib. 5

Ep. 1	P.
2	PP
3	PP
4	PP
5	J.
6	D.
7	P.
8	PP
9	P.
10	M
11	S.
12	P.
13	P.
14	Cu
15	Sim
16	P.

Lib. 4

Ep. 1	Catechetica ad Molucens. -	Lib. 2	- 13
2	Joanni III. Regi Lusit. -	Lib. 2	- 18
3	PP. Soc. J. oram Travancor coris excolentibus - -	Lib. 2	- 22
4	P. Gaspari Barzæo - -	Lib. 3	- - 7

Simoni

Lib. 6

Ep. 1 P.



IN S. XAVERIUM.      xlvii

Ordo novus

Ordo vetus

Ordo novus

Possini

b. 1 Ep. 23  
 b. 1 - 24  
 b. 1 - 26  
 b. 1 - 27  
 b. 1 - 28  
 b. 1 - 29  
 b. 1 - 30  
 b. 1 - 31  
  
 b. 1 - 32  
 b. 1 - 33  
 b. 1 - 35  
 b. 1 - 34  
 b. 1 - 36  
 b. 1 - 37  
 b. 1 - 38  
 b. 1 - 40  
 b. 1 - 41  
 b. 2 - - 1  
 b. 2 - - 3  
 b. 2 - - 5  
  
 b. 2 - 10  
  
 b. 2 - 13  
 b. 2 - 18  
  
 b. 2 - 22  
 b. 3 - - 7  
 Simoni

Lib. 4

Ep. 5

Simoni Roderico - - Lib. 3 Ep. 6  
 6 Joanni III. Regi Lusit. - Lib. 3 - - 3  
 7 P. Simoni Roderico - - Lib. 3 - - 5  
 8 P. Paulo Camerti - - Lib. 3 - - 8  
 9 Joanni III. Regi Lusit. - Lib. 3 - - 9  
 10 Eidem - - - - - Lib. 3 - 16  
 11 PP. Paulo Camerti, Anto-  
 nio Gomezio, Balthasari  
 Gago - - - - - Lib. 3 - 10

Lib. 5

Ep. 1

P. Joanni Beiræ - - - Lib. 3 - 11  
 2 PP. Paulo, & Ant. Gomezio - Lib. 3 - 14  
 3 PP. Conimoricensibus - Lib. 3 - 13  
 4 PP. Paulo, & Ant. Gomezio - Lib. 3 - 15  
 5 Joanni Bravio - - - Lib. 3 - 17  
 6 D. Petro de Sylva - - Lib. 3 - 23  
 7 P. Antonio Gomezio - Lib. 3 - 22  
 8 PP. Gaspari Barzæo, Balth.  
 Gago, & Jac. Carvallio - Lib. 3 - 19  
 9 P. Paulo Herediæ - - Lib. 4 - - 8  
 10 Mercatoribus Lusitaniæ - Lib. 3 - 25  
 11 S. Ignatio - - - - - Lib. 4 - - 1  
 12 P. Paulo Soc. J. - - - Lib. 4 - - 4  
 13 P. Melchiori Nunnezio - Lib. 4 - - 5  
 14 Cuidam e Soc. J. - - Lib. 4 - - 6  
 15 Simoni Roderico - - Lib. 4 - - 7  
 16 P. Melchiori Gonzalez - Lib. 4 - 16

Lib. 6

Ep. 1

P. Gaspari Barzæo - - Lib. 4 - 14  
 P. Gas-

*Ordo vetus*

*Ordo novus*

*Possini*

*Lib. 6*

<i>Ep. 2</i>	P. Gaspari Barzæo . . .	<i>Lib. 4</i>	<i>Ep. 11</i>
3	Eidem - - - - -	<i>Lib. 4</i>	- 12
4	Eidem - - - - -	<i>Lib. 4</i>	- 13
5	Eidem - - - - -	<i>Lib. 4</i>	- 22
6	Eidem - - - - -	<i>Lib. 4</i>	- 23
7	PP. Collegii Goani - -	<i>Lib. 4</i>	- 15
8	P. Gaspari Barzæo - -	<i>Lib. 4</i>	- 21
9	Eidem - - - - -	<i>Lib. 4</i>	- 24
10	Eidem - - - - -	<i>Lib. 4</i>	- 25
11	Eidem - - - - -	<i>Lib. 4</i>	- 26

*Lib. 7*

<i>Ep. 1</i>	P. Cypriano Soc. J. - -	<i>Lib. 4</i>	- 20
2	P. Gaspari Barzæo - -	<i>Lib. 4</i>	- 28
3	Eidem - - - - -	<i>Lib. 4</i>	- 29
4	P. Joanni de Beira - -	<i>Lib. 4</i>	- 31
5	P. Gaspari Barzæo - -	<i>Lib. 4</i>	- 32
6	Joanni Japoni - - - -	<i>Lib. 4</i>	- 33
7	Jacobo Pereriæ - - -	<i>Lib. 4</i>	- 35
8	P. Perezio Soc. J. - -	<i>Lib. 4</i>	- 37
9	Jacobo Pereriæ - - -	<i>Lib. 4</i>	- 35
10	PP. Francisco Perezio, & Antonio Herediæ - -	<i>Lib. 4</i>	- 41
11	Jacobo Pereriæ - r -	<i>Lib. 4</i>	- 42
12	P. Francisco Perezio - -	<i>Lib. 4</i>	- 40
13	PP. Francisco Perezio, & Gaspari - - - - -	<i>Lib. 4</i>	- 44

AD

A  
S. FR  
IND  
LIBE

HUjus  
ruin  
te Hispan  
Compluter  
ejus Colie  
Alterum  
Præposito  
ex cujus li  
Romam da  
nenda hoc  
ta, cui S.  
lam, cujus  
Possino, &  
pilcueta, &  
laudat in  
bat ille t  
Sotes, Sor  
in AEdibu  
ille R. P.  
Ad calo  
plari comp  
terius a R  
Tom. I.

AD EPISTOLAS NOVAS

S. FRANCISCI XAVERII  
INDICULUS EXEGETICUS.

*Additiones asterisco \* notantur.*

LIBER PRIMUS. EPIST. I.

**H**Ujus Epistolæ duo exempla accepi. Alterum à R. P. Sebastiano Isquierdo Assistente Hispaniæ, descriptum ex Archivio Collegii Complutensis, curâ R. P. Laurentii de Colomes ejus Collegii Rectoris, Kalend. Julii Anni 1665. Alterum missum à R. P. Michaële de Arbizù Præposito Provinciæ Castellæ Societatis Jesu, ex cujus literis ad R. P. Martinum de Esparza Romam datis 6. Martii An. 1666. hæc apponenda hoc loco visa sunt: *Capitaneus Aspilcueta, cui S. Franciscus Xaverius inscripsit Epistolam, cujus exemplum cum hac mitto, dandam P. Possino, vocabatur, Capitaneus Joannes de Aspilcueta, & est idem ipse quem Doctor Navarrus laudat in suo Manuali cap. xv. num. 18. Habebat ille tunc in Matrimonio Filiam Domini de Sotes, Sororem Nostri Prouvi; & diversabatur in AEdibus nostræ Familiæ, Obani. Hactenus ille R. P.*

Ad calcem hujus Epistolæ in neutro exemplari comparebat anni nota. Sed in fronte alterius a R. P. Michaële de Arbizù missi, hæc  
Tom. I. d le-

Ordo novus

b. 4 Ep. 11  
p. 4 - 12  
p. 4 - 13  
b. 4 - 22  
p. 4 - 23  
b. 4 - 15  
b. 4 - 21  
p. 4 - 24  
p. 4 - 25  
p. 4 - 26  
p. 4 - 20  
p. 4 - 28  
p. 4 - 29  
p. 4 - 31  
p. 4 - 32  
p. 4 - 33  
p. 4 - 35  
p. 4 - 37  
p. 4 - 36  
p. 4 - 41  
p. 4 - 42  
p. 4 - 40  
b. 4 - 44

leguntur: *Exemplum Epistolæ S. Francisci Xaverii scriptæ ad Capitaneum Aspilcueta[m] ejus fratrem, diversantem Obani, qui locus tribus leucis Pampelona distat. Scripta autem est an. Chr. 1535.* Ita ibi: rectissimè. Non enim est dubium in nostrâ Historiâ, Sanctum Ignatium, cui Lutetiâ in Hispaniam proficiscenti hæc Epistola tradita est ferenda, memorato anno 1535. istud iter suscepisse. Verum de Anni tempore cui potissimum ista Sancti Patris profectio assignanda sit, controversia est inter antiquiores Rerum nostrarum Scriptores, & recentem accuratissimum Daniele[m] Bartolum. Nam Joannes Polancus in Historiâ Societatis Manuscriptâ, quæ asservatur in Nostro Archio Romano, disertè tradit: sub finem anni 1535. profectum esse Sanctum Patrem Lutetiâ in Hispaniam: at Joannes Petrus Maffejus Vitæ Ignatii Lib. 2. cap. 1. discessisse illum inde *Anno 1535. per autumni tempus*, affirmat. Postremò Nicolaus Orlandinus Lib. 1. Hist. Soc. num. 99. *vergente ad exitum hujus sæculi anno quinto ac trigesimo*, relictis Lutetiæ sociis S. Ignatium se in Hispaniam contulisse memorat. Hæc invicto argumento evidentissimè Bartolus refellit, lib. 2. de Vitâ S. Ignatii num. 23. demonstrans ex certâ fide Actorum Sancti Patris in Hispaniâ, fuisse illum Aspetiæ, propè natale Castrum Loyolæ, ante festum Ascensionis Christi illo anno 1535. celebratum; atque adeo decem diebus qui Ascensionem & Pentecostem intersunt, decem legis Dei præcepta, ununquodque ipsorum uni diei assi-

assignand  
currentib  
multò an  
discessisse  
docet nu  
iter Igna  
die, ut in  
sis Marti  
nis ejus.  
quæ Pola  
is scilicet  
Hispaniar  
anni; rev  
numerand  
carnation  
sed ab A  
extremun  
risios rel  
hunc eni  
anni 153  
constat e  
Tabulario  
extat: C  
fuisse pro  
ni 1534.  
à Kal Ja  
tertium,  
D. Ea pu  
diem Ma  
ejusdem  
literâ B.  
Martii d

assignando, ibi Auditoribus magno numero concurrentibus declarasse. Unde manifestum est, multò ante autumnum ejus anni S. Ignatium discessisse, quando autem præcisè discesserit, docet nunc primùm hæc Epistola, procincto ad iter Ignatio à Xaverio data, scriptaque ab ipso, die, ut in eâ notatur, quintâ & vicesimâ mensis Martii, pridè, ut verisimile est, profectio- nis ejus. Atque hinc manasse arbitror famam quæ Polancum in fraudem induxerit. Audiverat is scilicet à primis Patribus: Ignatium Luteriâ Hispaniam versus in viam se dedisse sub finem anni; revera enim, more tunc in Galliâ recepto numerandi annos non à Nativitate, sed ab Incarnatione, & auspicandi eos non à Januario, sed ab Aprili, aut festo Paschæ, Ignatius sub extremum spatium vergentis ad metam anni Parisios reliquit. Anni tamen non 1535. sed 1534. hunc enim annum Mense Martio alibi currentis anni 1535. adhuc numeratum Lutetiæ, certò constat ex veteri Codice hodieque servato in Tabulario Academiæ Parisiensis, in quo scriptum extat: Claudium Jajum ad Magisterium ritè fuisse promotum die Sabbati, sexto Martii Anni 1534. Annus Æræ communis 1534. inchoatus à Kal. Januariis Cycli Solaris numerum habuit tertium, cui respondet litera Dominicæ index D. Ea porrò litera cum in Kalendario Romano diem Martii octavum insigniat, septimus vero ejusdem mensis dies literâ C. notetur & sextus literâ B. manifestum est illo anno 1534. sextum Martii diem Sabbati non fuisse. Id enim com-

petit sequenti anno 1535. qui Cyclum numeravit Solis 4. Dominicalem habuit literam C. quam cum immediatè præcedat B. diei sextæ Martii index, apparet illo anno Sabbatum in sextum Martii diem incurrisse. Itaque qui alibi numerabatur illo Martii Mense Annus Christi 1535, Parisiis 1534. computabatur. Desinebat igitur Lutetiæ, more illic tunc recepto numerandi, annus 1534, cum inde discessit Ignatius. Polancus porrò, quòd Ignatium ivisse Parisiis in Hispaniam sciret eo planè anno quem plerisque in locis Christiani 1535. numerabant, idque comperisset ex Traditione domesticâ. contigisse sub finem anni, & credidit & persuasit Maffejo & Orlandino, discessum illum contigisse anno 1535. in exitum vergente. Atque ego dum perpetuam Xaverii consuetudinem reputo anni notam apponendi suis literis, facilè adducor ut credam, ideo illum hoc facere omisisse in hâc duntaxat Epistolâ, quòd sciret in Hispaniâ, quòd scribebat, annum jam tum 1535. à Kal. Januarii numerari cœptum, unde cum nec Parisiis ubi tunc erat, aliam posset anni notam quam illic usitatam ponere, & si eam poneret, vereretur ne sua Epistola minus recens quam vellet Fratri videretur, facilè opinaturo datam illam Mense Martio superioris anni, abstinuisse indicatione anni, solâ diei expressione contentum. Hæc in hanc primam Epistolam admonitu non inutilia sunt visa; reddamus deinceps cæteras.

\* Hanc P. Cutillas editam a se prodit ex autographo (Copia de la carta original). Ad hujus

*jus calcem exemplari tii 1535. calcem ac D. Joachin fronte ut nus. In fisci Xaverii ractere su repugnant runtur. C pho: quar capite ad in quo tun uti etiam tionis ordo sus, adeo sit præfere jusmodi v tium inve tam operos lectorem, vechiana missam con in qua me torum ante dici poterit initium an nota mensi tur: quan la conjicio 1540.*

*jus calcem est anni nota, quæ in neutro Possini  
 exemplari comparebat; scilicet, Parisiis 25. Mar-  
 tii 1535. Hæc anni 1535. notatio deest pariter ad  
 calcem accuratissimi exempli, quod extat apud  
 D. Joachimum Montoyam; additur autem in ejus  
 fronte ut in altero apographo, de quo hîc Possi-  
 nus. In fronte ejusdem exempli frater S. Fran-  
 cisci Xaverii dicitur Martinus diverso planè cha-  
 ractere supra lineam additus; verum additioni  
 repugnant quæ a Possino e probatissimo teste affe-  
 runtur. Cetera omnino congruit Cutillatis apogra-  
 pho: quare hic videtur notatorem anni 1535. a  
 capite ad calcem epistolæ transtulisse. Oppidum,  
 in quo tunc Azpilcueta versabatur, bis Obanos,  
 uti etiam nunc ab indigenis, nuncupatur. Narra-  
 tionis ordo sub medium est quidem plane diver-  
 sus, adeo tamen utrobique idoneus, ut, quis cui  
 sit præferendus, definire non ausim; nec in hu-  
 jusmodi varietate pluribus describenda operæ pre-  
 tium invenio. In ea vero, quæ de anno 1535.  
 tam operosè disputat Possinus, monendum censui  
 lectorem, extare Florentiæ in Bibliotheca Maglia-  
 vechiana ineditam S. Ignatii Lojolæ Epistolam,  
 missam conterraneis suis Azpeitiensibus anno 1541.,  
 in qua memoriam eis refricat a se apud ipsos ges-  
 torum ante annos quinque. Ut vera sint omnia,  
 dici poterit, hanc Epistolam scriptam fuisse sub  
 initium anni 1541., donec alibi non comparuerit  
 nota mensis, quæ in Florentino apographo desidera-  
 tur: quanquam ex alia ejusdem S. Ignatii episto-  
 la conjicio mendum irrepsisse in annum 1541., pro  
 1540.*

EP. II. S. Ignatio. Exscripta est à me ex Archetypo in Tabulario Domûs Romanæ servato.

\* *Dono deinceps data est Bononiensi S. Lucie Collegio, cujus secretiori S. Xaverii Sacello religiosè nunc adservatur. Hanc P. M. Ignatio Lolojæ inscriptam prodit Cutillas, forsàn ex conjectura. Equidem a Xaverio inscriptam S. Ignatio Romam, ut est apud Possinum, non facilè crediderim. Hæc prælo paraveram, quin et eodem impressa jam fuerat epistola, cum ipsius autographum Hispanum in dicto Sacello morosè perlegi, et accuratè descripsi. Quare lectorem hîc moneo, epistolam exterius Xaverii manu ita inscribi: Meis in Christo Domino nostro fratribus Domino Ignatio et Domino Petro Codacio Romæ in turre Meranguela apud Dominum Antonium Frerepan. Hinc et germanam epistolæ inscriptionem discimus, et secundam Romæ Jesuitarum sedem, in quam e domo vineaque Quirini Garzonii commigrarant. Quam Xaverius turrim Meranguela, eandem vocat Nolarcius in vita S. Ignatii cap. 14. Melangolo, sitamque ait in angulo a S. Catharina de Funariis ad forum Margana. Porrò quæ Possinus primo epistolæ numero de coloniis et metropolibus dicta Ignatio tribuit, in autographo desiderantur; indicantur autem in hunc modum brevissimè: Superest ut hoc exiguo nobis reliquo vitæ tempore, crebris invicem nos epistolis conspiciamus: ego quidem ut mihi mandatis, ita faciam servato filiolarum more frequenter scribendi. Tanta hæc autographi a Possiniana versione differentia inde videtur exorta,*

ta, quòd ille  
etiam ejusd  
hîc admista  
2., ubi inte  
habet Card  
Cardinalis  
libertus Fer  
Ugbellius t  
diensibus ex  
mum ejusde  
autographo  
dem, quæ  
memoriam  
misit confes  
ristiam per  
verius de K  
loquitur, cu  
Quæ cum it  
summorum  
cilè tribuen  
nus dormit  
ineunte ver  
noniæ gesta  
te biennium  
hyemis conse  
dem vitæ s  
nium, quo  
clara urbe  
dianis in co  
la §. XXI  
hæc verba:  
tolicæ Sedis



ta, quòd ille non modò autographum, sed aliquem etiam ejusdem viderit commentarium, qui ab ipso hìc admista claritatis gratià contineret. Numero 2., ubi interpret Cardinali Inurea, autographum habet Card. Yurea: erat autem sub idem tempus Cardinalis Eporediensis, vulgò de Yurea, Philibertus Ferrerius Episcopus Eporediensis, de quo Ughellius t. 4. Italiae Sacrae in Episcopis Eporediensibus ex hac epistola illustrandus. Quartus demum ejusdem epistolae numerus in hunc modum ex autographo corrigendus: Meo quoque nomine eidem, quæso te, D. Petre frater mi carissime, in memoriam revoca, ut quemadmodum mihi promisit confessuram se peccata, et sacram Eucharistiam percepturam, sic faciat: Hic etenim Xaverius de Faustina Ancolina Petrum Codacium alloquitur, cui simul et Ignatio epistolam inscripsit. Quæ cum ita sint, satis apparet, indubiam fidem summorum etiam virorum versionibus non esse facile tribuendam. Nam, ut ajunt, quandoque bonus dormitat Homerus. Et quoniam hæc epistola ineunte vere anni 1540. ex itinere a Xaverio Bononiæ gesta memorat, eorum verò quæ ibidem ante biennium gesserat ab autumno 1537. ad finem hyemis consequentis, perpauca sunt prodita ab ejusdem vitæ scriptoribus, juvat huc afferre testimonium, quo gesta ab ipso tunc temporis in hac præclara urbe illustrantur: editum nempe a Bollandianis in commentario prævio de S. Ignatio Loyola §. XXIX. n. 302. tom. 7. Jul. p. 467., in hæc verba: Augustinus Zanettus, Dei et Apostolicæ Sedis gratià Episcopus Sebastenus, atque

Curia Episcopalis Bononiensis in Spiritualibus et temporalibus Generalis Vicarius et Suffraganeus . . . indubitatam et sinceram facimus fidem, in Dominoque attestamur, quod Franciscus Xabier, et Nicolaus Bovadilla presbyteri, hac nostra civitate Bononiæ de licentia nostra prædicarunt sincere et christianè, nec in aliquo cum Lutheri doctrina convenientes; imò eam summis viribus extirpantes: in quibus concionibus multum utilitatis attulerunt huic nostræ civitati, et eorum vita et moribus, quos omnes probarunt, eam corroborarunt. Unde ab ista civitate fugitivos recessisse, falsum est, sed suis negotiis, et ut alibi seminarent bonum semen, quod nobis reliquerunt. In quorum fidem . . . Datum Bononiæ in episcopali palatio die 26. Junii 1538. *Intercisa rei summam non spectant.*

EP. III. Eidem. Descripta item ex Archivio Romano.

\* *Eidem. Non soli P. Ignatio, sed omnibus Romæ Sociis hanc fuisse a Xaverio missam, vel ipsa Possini subscriptio: Omnibus vobis in Christo Charissimis satis manifestat, sive ut Cutillas edidit: Vester in Christo Frater minimus: Franciscus. Quæ utraque subscriptio multò aptius respondet huic apud Cutillatem inscriptioni: Patribus, Fratribusque Societatis Jesu Romam: Seu brevius, ut vertere consuevit Tursellinus, Societati Jesu Romam. Atque ut hoc semel moneam, Hispanica ejusmodi libenter e Tursellini more latinè reddam. Hanc epistolam 3.º Julii datam col-*  
lau-

*laudat Bononiæ, ubi docuerat Apr. 1541. rium, se, atque Antonio verum Nos hinc die 15. affirmant ses, ab lutum: nem attigitis a factum e*

EP. IV

\* *Eidem*

Julii 15  
Franciscus  
cripserit  
tillatem,  
deerant

EP. V

xemplum  
stente H

\* *Eidem*

laudatum  
grapho a  
cterum f  
Admodu  
cuetæ I

IN S. XAVERIUM: Ivi

laudat Balthasar Tellez lib. 2. cap. 3. Hist. Aethiopiae, ubi multis confutat quod ipse olim cum aliis docuerat de Xaverii Olyssippanem adventu die 17. Apr. 1540.; ostenditque eo tempore non Xaverium, sed Simonem Rodericium eodem pervenisse, atque ab hoc donata fuisse anno 1555. P. Antonio Quadros biblia sacra, quibus olim Xaverium usum fuisse complures falsò crediderant. Nos hîc Xaverium Romæ subscribentem habemus die 15. Mart. 1540.; Ulyssippone 3 Jul. 1540. affirmantem, se toto itinere consumpserit tres menses, ab appulsu autem suo jam mensem evolutum: quibus fit, ut sub initium Jun. Ulyssippone attigerit, tribus fere mensibus in itinere contritis a 16. Mart., quo ipsum Româ fuisse profectum ejusdem historici prodiderunt.

EP. IV. Eidem. Ex Archivio Romano.

\* Eidem. Cutillas, P. M. Ignatio Lojolæ; 24. Julii 1540. Tuus in Christo minimus Filius: Franciscus. Cum diem 25. Julii ex autographo descripserit Possinus, hunc potius sequimur, quàm Cutillatem; cui tamen annum, et subscriptionem, quæ deerant in Possini autographo, accepta referimus.

EP. V. Doctori Martino Navarro. Hujus exemplum accepi à R. P. Dominico Langa Assistente Hispaniæ.

\* Ejusdem epistolæ exemplar nactus sum apud laudatum D. Montoyam, tam accuratè ex autographo descriptum, ut scriptor ipsam etiam characterum formam imitari se profiteatur. Inscribitur: Admodum Reverendo Domino Doctori Azpilcuetae Domino meo in Christo Conimbricam,

Apud

*Apud Possinum data dicitur IV. Kal. Octobris; hęc a XXIV. de Setiembre, 24. Septembris. Apud Possinum sub initium epistolę agebat Xaverius: intelligens quam inutilis ad omnia sim post aliquem mei quoad possem explendi officii conatum studui spem: in nostro apographo latinis Xaverii verbis: quam inutilis ad omnia sim, post habitam de me aliqualem vel cognitionem, vel saltem umbram studui spem: subscribitur in editis Tuus in Christo... in ms. Finis in Christo: ego verò vix dubito, quin sit ex autographo legendum Servus in Christo: video enim cùm in eodem ms., tum etiam in alio, in quo pariter exscriptor Xaverianos characteres imitari studuit, priorem vocis servus syllabam primà ejus contineri litera S, sursum in se ita reflexà, ut ab F et T primà facie parùm differat: Accedit, quod in alia ad eundem epistola servum se subscribit; et hujus etiam inscriptioni, initio, et contextui eadem modestiæ Xaverianę clausula prope necessario respondet.*

EP. VI. Petro Codacio. Ex Archivio Romano.

\* Non soli Codacio, sed PP. Ignatio de Loyola, et Petro Codacio.

EP. VII. PP. Ignatio & Codurio. Hujus exemplum duplex ex Hispaniã accepi, alterum communicavit mihi R. P. Sebastianus Isquierdo successor modò memorati R. P. Dominici Langa in Assistentiã Hispaniæ, alterum misit R. P. Michaël de Arbizù Provincialis Castellæ

\* Hujus apographum nactus est Cutillas, planè ab eis diversum, ex quibus Possinus ipsam edidit. Est autem illud Cutillatis non rarò et

in

in paucior  
ptum. Qu  
sed ex a  
scriptionem  
enim Poss  
no nostro  
ni Coduri  
riano scri  
cutus est,  
Adde, qu  
isthic in I  
sed socios  
hac epistol  
Ignatium n  
stolam fort  
dario, cet  
Domino n  
dentur apu  
epistolę, b  
commutata  
lata ejusde  
tè aliam p  
rum hic  
neutra Xa  
ptionem re  
EP. VII  
graphum p  
legio Mus  
P. Nicolai  
niæ Soc.  
Haraucou  
phum acco

*in pauciora contractum, et accuratius descriptum. Quare Possini versionem, ut auctiorem, sed ex altera emendatam, representamus. In-  
scriptionem Cutillatis Possinianæ prætulimus: hæc enim Possiniana: Carissimis in Christo Domino nostro Fratribus D. Ignatio, et D. Joanni Codurio, tametsi contraria non est Xaveriano scribendi generi, quod in epistola 2. secutus est, dubia tamen ex Cutillate redditur. Adde, quod ipsa Possiniana subscriptio: Cunctis isthic in Domino dilectis, non illos duos tantum, sed socios omnes spectat. Video equidem plura in hac epistola, quæ lector facilè intelligat fuisse ad Ignatium maximè relata itaque suspicabar, epistolam fortassè inscriptam: D. Ignatio, et D. Codurio, ceterisque carissimis nostris in Christo Domino nostro Fratribus Societatis. Quæ videntur apud Cutillatem, ut multa alia ejusdem epistolæ, brevius descripta, apud Possinum autem commutata. Vereor etiam, nè modò ex Possino relata ejusdem Epistolæ subscriptio corrupta sit; certè aliam prorsus edidit Cutillas: Nōmine cunctorum hic in Domino dilectorum. Sed quoniam neutra Xaverii stylo adversatur, Possini subscriptionem retinui.*

EP. VIII. PP. Jajo & Lainez. Hujus Autographum principio mutilum asservatur in Collegio Mussipontano Soc. Jesu, unde gratiâ R. P. Nicolai Rogerii Præpositi Provinciæ Campaniæ Soc. Jesu, & R. P. Caroli Francisci de Haraucour ejusdem Collegii Rectoris, Apographum accepi.

EP. IX.

EP. IX. Francisco Mansillæ. Descripta ex Autographo servato in Tabulario Domus Professæ Goanæ Soc. Jesu operâ P. Alexandri Philippucci nunc Francisci Xaverii vocati. Idem monuit Joannem Artiagam cujus in illa fit mentio, fuisse Sæcularem Laicum, professione Militem, qui S. Francisco Xaverio sponte ministrabat. Nec obstat quod eum alicubi fratrem vocat: sic enim & Epist. 2. Lib. 1. quendam D. Petrum Sæcularem hominem, fratrem carissimum appellat.

EP. X. Eidem. Ex Tabulario Goano. Fana sive Fanoë moneta est Indica æquivalens duobus Regalibus argenti. Orracha vini genus ex palma expressi. Patangates vel Patangatinerant quasi Decuriones, aut Magistri Vicorum, singuli singulis Holdeis, hoc est Mapalibus certo numero familiarum Pauperum in Tuguriis sparsim habitantium constantibus, Præfecti.

EP. XI. Eidem. Ex Tabulario Goano.

EP. XII. Eidem. Ex Tabulario Goano. Iniquitribimus, nomen Regis Travancoris.

## LIBER II.

EP. I. Catechistis e Soc. Jesu. Ex Archivio Goano.

EP. II. Animabus sal. æt. cupidis. Hoc scriptum prout hîc Latinè è Lusitanico Sermone redditum legitur, concinnavit è variis exemplaribus P. Xaverius Philippucci. Solitus erat Sanctus Indiarum Apostolus, prout ipse aliquo-

ties

ties in hi  
ce vitæ  
eduxerat  
vivendi,  
rudibus tr  
multa vu  
gens; au  
facultas d  
ut faciat  
dium, ub  
clarè test  
cinnandâ  
fecit? dic  
runt huj  
auctiora,  
pro cond  
aut singu  
tem acco  
tis Philipp  
cui etiam  
ris in De  
nâ adhuc  
memoriâ  
sitanicæ i  
ut fert tra  
potuimus,  
EP. III.  
Archio G  
EP. IV.  
EP. V.  
EP. VI.  
Coëllius c

ties in his ipsis Epistolis testatur, iis quos è fæ-  
 ce vitæ improbæ, salutari pœnitentiâ instinctos  
 eduxerat, proponere formulam emendatè pieque  
 vivendi, hanc ipsam, partim ore ac voce vivâ  
 rudibus tradens, partim literis expressam & in  
 multa vulgatam exempla, quoquo versum spar-  
 gens; aut etiam in loco publico defigens unde  
 facultas describendi esset, quod Gaspari Barzæo  
 ut faciat suadet Epistola IV. Libri IV. post me-  
 dium, ubi se hanc formulam Christianè vivendi  
 clarè testatur digessisse. Quid igitur in eâ con-  
 cinnandâ ( quod modò indicavi ) Philippucius  
 fecit? dicam. Multa & varia per Indiam fue-  
 runt hujus Paræneseos exemplaria, alia aliis  
 auctiora, quibusdam aut detractis, aut additis,  
 pro conditione locorum in quibus vulgabantur,  
 aut singularium personarum ad quarum præsen-  
 tem accommodabantur usum. Ex his compara-  
 tis Philippucius unum hoc exemplum contexuit;  
 cui etiam inseruit versiculos affectum puri amo-  
 ris in Deum informantés, quos nos ex Cantile-  
 nâ adhuc hodiè per Indias in usu ac hominum  
 memoriâ vigente, rythmicis numeris linguæ Lu-  
 sitanicæ illic vulgaris à Sancto ipso Xaverio,  
 ut fert traditio, compositâ, Latino, ut proximè  
 potuimus, metro expressimus.

EP. III. Francisco Mansillæ Soc. Jesu. Ex  
 Archio Goano.

EP. IV. Eidem. Ex Archio Goano.

EP. V. Eidem. Indidem.

EP. VI. Eidem. Indidem descripta, Franciscus  
 Coëllius cujus in hâc, & aliis quibusdam, Epi-  
 stola

stola fit mentio, fuit Sacerdos sæcularis quo S. Franciscus Xaverius adjutore in multis per ea tempora & loca utebatur. Pulæ vocabulum illis locis sonat Satrapam aut Dynastam alicui Provinciæ jure propè regio imperitantem.

EP. VII. Eidem. Indidem. Toni sive Tonæ hâc & sequentibus memoratæ Epistolis, naviculæ sunt, parvæ, remis actæ, crebri per illam oram usûs.

EP. VIII. Eidem. Careæ hic nominati sunt accolæ littoris per Oram Comorinensem piscatu victitantes.

\* *Quæ in hac epistola refert Xaverius de sua in Comorinum profectione cum 20. Tonis, eadem plane sunt apud Tursellinum ep. 6. libri 1.: cui etiam plures aliarum Possinianarum particulas assutas esse depræhendi. Quare cum nulla prætereà seu loci, sive temporis nota muniatur, putabam illam et ex pluribus Possinianis conflutam, et Epistolarum numero expungendam. Sed quoniam præcipua earum argumenta paucis decerpit eam instar cujusdam ipsarum breviarii placuit usurpare.*

EP. IX. Eidem. Indidem.

EP. X. Eidem. Indidem.

EP. XI. Eidem. Indidem.

EP. XII. Eidem. Indidem. Canacar hîc usurpatum nomen, in illis partibus designat Judicem Majorem, Magistratum autoritatis illic magnæ.

EP. XIII. Eidem. Indidem.

EP. XIV. Eidem. Indidem.

EP. I.  
Mudalia  
quasi Pra  
ritatis in  
untem.

EP. II  
morati s  
subjectar

EP. III

EP. IV

EP. V

EP. VI

EP. VII

EP. VIII

EP. IX

no nunc  
aut exce  
noster E

\* Huj  
ctius, qua  
chum (I  
pide Com  
eodem pro  
duos se i  
colaus n  
Cyprianu  
est, alte  
Contra in  
cios subs  
Antonium



IN S. XAVERIUM. Ixiii  
LIBER III.

EP. I. P. Fr. Mansillæ Soc. Jesu. Indidem. Mudaliar nomen est in illis Partibus, significans quasi Prætorem aut Proconsulem, Regiæ autoritatis in aliquâ Provinciâ vices delegatas obentem.

EP. II. Eidem. Indidem. Adigares hîc memorati sunt Regii Governatores Provinciarum subjectarum Regi Travancoris.

EP. III. Eidem. Indidem.

EP. IV. Eidem. Indidem.

EP. V. Eidem. Indidem.

EP. VI. Eidem. Indidem.

EP. VII. Eidem. Indidem.

EP. VIII. Eidem. Indidem.

EP. IX. Cuidam è Soc. Jesu. Ex Archio Goano nunc primùm integra prodit. Fragmentum aut excerptum ejus breve dederat Tursellinus noster Ep. IX. lib. I.

\* *Hujus fragmentum edidit Cutillas paulò auctius, quam Tursellinus. Ex hoc discimus, Macuchum (Possino Monchurium) situm fuisse a cuspide Comorinensis promontorii Cocinum versus. In eodem proditur, a Rege fuisse Xaverio scriptum, duos se illi socios mittere, unum Italum, cui Nicolaus nomen; Castellatum alterum, nomine Cyprianum. Apud Possinum alter Lusitanus ortu est, alter Italus, sed tacetur utriusque nomen. Contra in Tursellini fragmento: duos nobis socios subsidio venire, Nicolaum Lancellotum, et Antonium Criminalem, italum utrumque. Mira*  
*sane*

sanè concors hæc apographorum omnium de duobus sociis affirmatio, cum tres recenseat Orlandinus l. 5. n. 36., Nicolaum Lancellotum, et Antonium Criminalem Italos, ac Joannem de Beira Hispanicum: qui etiam lib. 6. n. 87. secundum numerat Alfonsum Cyprianum e novem illis, qui sequenti anno 1546. Indiam attigerunt. Porrò perperam a Tursellino excerptum suum in annum 1545. fuisse conjectum, evincit cum Possiniana integra, tum etiam Cutillatis apographum, in quibus idem est annus 1544. Accedit, quod sequentes epistolæ nos docent, hæverium ante Decembr. 1545. Malacam pervenisse.

EP. X. Joanni III. Regi. Ex Archio Regio Ulyssiponensi.

EP. XI. Simoni Roderico Soc. Jesu. Ex antiquo Exemplari apud PP. Soc. Ulyssipone servato.

EP. XII. Francisco Mansillæ Soc. Jesu. Ex Archio Goano integra: particuliam ejus Tursellinus edidit titulo Epistolæ VI. & XI. Libri 1.

EP. XIII. PP. Paulo, &c. Ex antiquo Exemplari apud PP. Soc. in Lusitania servato.

#### LIBER IV.

EP. I. Catechetica ad Molucenses. Ex Archio Goano.

EP. II. Joanni III. Regi. Ex Archio Regio Ulyssiponensi.

\* *Cutillas non videtur hac Possini usus epistola; tum quia hujus non pauca in illo desiderantur;*

tur, tum  
diem 16

EP. III  
&c. Ex

EP. IV

Hanc nun

Goano, r

nesim, p

Epistolas

Cap. XII.

rii. Sed d

videtur h

ex origin

qui comp

factum.

\* *Maff*

*bri sexti*

*rè hujus*

*concinnior*

*Franciscus*

*usus vide*

*secuit, et*

*rationis or*

*jo, aut T*

EP. V.

grapho ap

\* *Post*

*sellinus l.*

*ep. 6.*

EP. VI

Ulyssipon

\* *Aut*

Tom. I.

tur, tum etiam quia Cutillas subscriptioni epistolæ diem 16 Januarii tribuit, Possinus 20.

EP. III. PP. Soc. Jesu in Oram Travancoris, &c. Ex Archio Goano.

EP. IV. P. Gaspari Barzæo Armuziam eunti. Hanc nunc primum integram damus ex Archio Goano, non ignorantes editam alias hanc Parænesim, primum à Joanne Petro Maffejo inter Epistolas Indicas, deinde ab Horatio Tursellino Cap. XII. Libri VI. de vita S. Francisci Xaverii. Sed quia neuter illorum plenum exemplar videtur habuisse, visum est necessarium totam ex originibus denuò interpretari: confidimusque qui comparaverit, judicaturum, non frustra id factum.

\* *Maffejus* de Japonicis rebus *Epistolarum libri sexti initio* ex Parænetica, ut ait, omnia ferè hujus epistolæ capita in alium planè ordinem, concinniorem, ni fallor, et aptiorem, digessit. *Franciscus Garzia lib. 2. c. 15.* integro quidem usus videtur apographo; quod tamen sæpius et resecuit, et in pauciora contraxit. Ejus certè narrationis ordo *Possino* potius accedit, quam *Maffejo*, aut *Tursellino*.

EP. V. Simoni Roderico Soc. Jesu. Ex Autographo apud PP. Soc. Jesu in Lusitaniâ servato.

\* *Postremam dumtaxat hujus partem edidit Tursellinus l. 2. ep. 12., de qua in Chronotaxi lib. 3. ep. 6.*

EP. VI. Joanni III. Regi. Ex Archio Regio Ulyssiponensi.

\* *Autographum servabatur labente hoc sæculo Tom. I.*

*in theca argentea Olyssipone in domo professorum Societatis Jesu S. Rochi, paucis sub initium recisis; cujus apographum lusitanum accepi die 12. Oct. 1795. cum humanissimis literis Urbana missis a viro egregio Emmanuele de Sampaio die 9. ejusdem mensis, fuitque usui Chronologiæ firmandæ: Possini autem versioni omnino congruit.*

EP. VII. Simoni Roderico Soc. Jesu. Transmissa Ulyssipone.

EP. VIII. P. Paulo Rectori Goano. Ex Archivio Goano.

EP. IX. Joanni III. Regi. Ex Archivio Regio Ulyssiponensi. Scripta dicitur die Corporis Christi, hoc est XII. Kal. Julias, nam illo anno 1549. Cyclo Lunæ II. Cyclo Solis 18. Pascha fuit 21. Aprilis, Ascensio 30. Maji, Pentecostes 9. Junii, Dominica Ss. Trinitatis 16. Junii, Festum Corporis Christi 20. Junii, quare tam hæc quam duæ sequentes Epistolæ eodem die scriptæ sunt.

EP. X. Eidem.

EP. XI. PP. Paulo, Antonio Gomezio, &c. Ex Archivio Goano.

*\* Hujus particulas, sanè breves, exhibet Tursellini epistola I. libr. 3., quam penè sequitur Cutillas. Sed tria inter eos non conveniunt, quæ satis manifestant, aliud fuisse Cutillatis exemplum. Principio enim Cutillas: Cocino, inquit, solvimus 21. Aprilis; Tursellinus cum Possino 26.: in fine verò datam refert Cutillas 2. Jun., alii ambo 20. Tertium autem Cutillatis assertum, ut illa duo prava, ita sanè probum; dum ait:*

*P. Al-*

*P. Alfons  
lucum ..  
quàm ita  
sis) est  
ejusdem  
Tursellino  
cap. 17.,*

EP. I.  
Goano.

\* Ne  
Tursellini  
scripta.  
nia: plu  
sellinus p  
quem ist  
habiturus  
vobis op  
ditos, ac  
ut accur  
Tursellini  
lario a  
conscripta  
modò, se

EP. II.  
Jesu. Ex  
ptum po  
III. sem  
perisse s  
Novemb

IN S. XAVERIUM. Ixvii

P. Alfonsus de Castro, qui nobiscum venit in Molucum... ubi non bene Tursellinus tam latinè, quàm italicè ait: cui Malacensis (pro Molucensis) est destinata provincia. Id quod ex aliis ejusdem Xaverii Epistolis, ex Orlandino, quin et Tursellino ipso de S. Franc. Xav. Vita lib. 3. cap. 17., satis est manifestum.

LIBER V.

EP. I. P. Joanni Beiræ Soc. Jesu. Ex Archieo Goano.

\* Ne quartam quidem hujus partem continet Tursellini ep. 2. lib. 3. eidem, eodemque die conscripta. Post illa tamen ipsi cum Possino communitia: plures isthuc operas submittam, addit Tursellinus particulam istam: Sin minus, pro usu, quem istius regionis habeo, quemque Japoniæ habiturus sum; vos accersam aliò, ubi utilius à vobis opera poni posse videatur. Proinde expeditos, ac paratos vos esse volo, si inclamâro, ut accurratis. Hinc mihi dubium est, sitne hæc Tursellini alia omninò a Possini epistola, alii tabulario a Xaverio tradita; an eadem quidem ab eo conscripta, sed apud Tursellinum non contracta modò, sed paullùm etiam commutata.

EP. II. PP. Paulo, & Antonio Gomezio Soc. Jesu. Ex Archieo Goano, hujus aliquod excerptum posuit Tursellinus titulo Epist. 1. Libri III. semel hîc monendum, quod certò se comperisse scribit ad me Goâ Philippucius noster 4. Novembris 1661. multarum Epistolarum exilia

& imperfectissima compendia ad Tursellinum à quodam Goano Patre fuisse missa.

\* *Non hujus secundæ epistolæ, sed undecimæ libri 4. excerptum quoddam esse Epistolam primam libri 3., qui diligenter eas contulerit, facilè concedet.*

EP. III. PP. Conimbricensibus Soc. Jesu. Hujus exemplar accepi à R. P. Joanne de Brisacier, Romæ, cum is rediret è Lusitaniâ, quò fuerat à R. P. N. Gosvino Nichel Præposito Generali Societatis Jesu Visitor missus. Maximam ejus partem dudum ediderat Joannes Petrus Maffejus Noster lib. I. Epistolarum ex Indiâ Epist. I. quæ illic inscribitur, ad Socios in Europam. cum in Nostro Exemplari PP. & FFr. Societatis Jesu Conimbricensibus inscribatur. Propter quam tamen diversitatem, exigui momenti, non fui novæ Interpretationis operam sumpturus. Verum ex collatione deprehendi sat multa in eâ Maffejanâ Editione non comparere, præsertim autem prætermissum locum insignem de gratiâ sufficienti, quam cum Hæresi Janseniana nuper exorta rejiciat, interesse publicè putavi, demonstrari quid de illâ crediderit S. Franciscus Xaverius, cujus fidem tot ac tantis insignibus miraculis Deo placuit approbare. Ac quia periculum esse video ne damnatæ sectæ Partiarîi meæ Interpretationi falsi calumniam intentent, verba ipsa Lusitanica prout Sancti Xaverii manu exarata in Autographo, unde meum exemplar exscriptum est, visuntur, hîc apponam. Sic igitur se habent: *E pois à todos Deos Nosso Signor da Graça sufficiente para ò*

ser-

servirem  
Sua Div  
todo noss  
de sua  
tos da Sa  
so Signo  
todos os  
devotos e  
us mereci  
ça de Si  
meâ Int  
equidem

\* Ma  
an. 1747  
tolarum  
cietati J  
quartæ  
sini tert  
ni: Soci  
ejusdem  
dem Rom  
ropam.  
nihil nos  
Appendi  
EP. I  
Jesu. E  
EP. V  
EP. V  
Ex Arch  
fit Patri  
III. Lib  
ctus Ur

servirem, e gardarem se de peccar, esperamos em Sua Divina Magestade que no la dara, e porque todo nosso bem ou mal esta em usar ben ou mal de sua graça, confiamos muito em os merecimentos da Santa Madre Igreja esposa de Christo Nosso Signor, e em special em os merecimentos de todos os da Companhia de Jesu, e de todos suos devotos e devotas, que nos abranjeraon tanto seus merecimentos, que viremos à usar ben da graça de Signor Deos. Hæc ibi, quæ si quis cum meâ Interpretatione contulerit, fidem, spero equidem, ejus non requiret.

\* *Maffejana illa epistola in editione Bergom. an. 1747. legitur t. 2. de Japonicis rebus Epistolarum libro 1. ep. 3.: Franciscus Xaverius Societati Jesu &c. Hæc mihi longe similior epistola quartæ libri 3. Tursellini visa est, quam isti Possini tertiæ. Cutillas, qui quartam illam Tursellini: Societati Romam, hispanicè vertit, alteram ejusdem argumenti missam a Xaverio affirmat eisdem Romanis Sociis, inscriptam: Societati in Europam. Addit autem, hanc a se non edi, quòd nihil novi, quin imò pauciora contineat. Nos in Appendice dabimus Maffejanam.*

EP. IV. PP. Paulo, & Antonio Gomezio Soc. Jesu. Ex Archivio Goano.

EP. V. Joanni Bravio. Ex Archio Goano.

EP. VI. D. Petro de Sylva Præfecto Malacensi. Ex Archio Goano. Quod in hac Epistolâ mentio fit Patris Domini Petri de Sylvâ: quodque Ep. III. Libri VII. Frater ejus nominatur ille Præfectus Urbi Malacæ, qui legationem Pereriæ Sini-

cam disjecit, ut ea omnia intelligantur, non erit abs re semel hîc admonere: Vascum Gamam, qui primus, à Rege Lusitaniæ Emmanuële anno Christi 1497. cum navibus quatuor in Orientem missus, superato Bonæ Spei Promontorio in Indiam pervenit, reduxque feliciter à Rege honoratus est titulo Comitis & dignitate Almirantis sive Præfecti supremi rei maritimæ, quibus vocabulis in hâc Epistolâ insignitur, quatuor reliquisse Filios, quorum memoria extet. Primum Stephanum Gamam qui Prætor Indiæ fuit, succedens Garziæ Noroniæ morienti anno 1540, ex Regis Joannis III. Chirographo. Alterum Christophorum Gamam, qui missus in Æthiopiam anno 1541. auxilio Abyssinis contra Saracenos, post duas insignes relatas de Gradaamete Saracenorum Rege victorias, ab eodem validis Turcarum auxiliis firmato victus, captus, & in odium Christianæ Fidei, eam constantissimè usque ad extremum spiritum profitens, crudelissimè trucidatus est. Tertium Petrum Gamam de Sylvâ dictum, ad quem est hæc Epistola. Quartum denique Alvarum Gamam, cognominatum, qui S. Francisco Xaverio Sinas petenti obstitit.

\* *D. Petro de Sylva. Imperfectum hujus apographum nactus videtur Cutillas, in quo totus ferè tertius numerus Possiniana, et ex quarto narratio de materiatis Meaci ædibus desiderantur. Est etiam apud Cutillatem, millia domuum ultra centum censei Meaci; apud Possinum contra, non nisi sex, et nonaginta millia. Ex quibus, aliisque levioris momenti varietatibus, ac vel ex ipso*  
libe-

liberiori n  
tam Possi  
num usui  
mes, quib  
laudatur,  
tenda non  
navigation  
populos a  
ferenda.

EP. VI

Archio C

EP. VI

Soc. Jesu

EP. IX

Hujus Ex

ciscus X

guam C

Matthias

lum fecit

ci Anno

Peregrina

pite CC

EP. X

alibi etia

chio Go

\* De

EP. X

cisci Xa

mûs Pro

grapho

\* Har

septies int



liberiori nostro sermone conjiciebam, Cutillati non tam Possini versionem, quam apographum hispanum usui fuisse. Porro verba illa: Dominus Comes, quibus Pater Petri de Sylva apud Possinum laudatur, si is a Cutillate verteretur, prætermittenda non essent: nec item Possiniana verba de navigationibus ejusdem Comitis: ad orientales hos populos ab eodem in Sinas, et Japoniam transferenda.

EP. VII. P. Antonio Gomezio Soc. Jesu. Ex Archio Goano.

EP. VIII. PP. Barzæo, Gago, & Carvallio Soc. Jesu. Ex Archio Goano.

EP. IX. Quibusdam Mercatoribus Lusitanis. Hujus Exemplar ad me misit Amacao P. Franciscus Xaverius Philippucius. Eandem in Linguam Castellanam è Lusitanâ mutatam refert Matthias de Peralta Calderon in Libro cui titulum fecit: *Apostolus Indiarum, &c.* Editio Mexici Anno 1661. profitens se descripsisse ex Libri Peregrinationum Fernandis Mendezii Pinti Capite CCVIII.

EP. X. P. Paulo Herediæ Soc. Jesu. Hunc alibi etiam Antonium dictum reperio. Ex Archio Goano.

\* De hac vide *Chronotaxim lib. 4. ep. 8.*

EP. XI. S. Ignatio. Pars hujus manu S. Francisci Xaverii exarata servatur in Archio Domûs Professæ Romanæ, reliqua supplevi ex Apographo è Lusitaniâ misso.

\* Hanc Epistolam Cutillas inde ab ejus initio septies interputatam dedit, bis autem pauculis adau-

ctam verbis, quæ suis quæque locis adjungam. Videtur enim, neglecta imprudenter Possini versione, imperfectum exemplum descripsisse, quod perfectiori forsitan illo Possiniano fuerit excerptum. Quapropter dies 25. Jan., quæ in Possino est 29. probabili non caret fundamento. Eadem inter Indicas Venetiis editas an. 1565. primo caret et postremo numero.

EP. XII. P. Paulo Soc. Jesu. Ex Archivio Goano.

EP. XIII. P. Melchiori Nunnezio. Ex Archivio Goano.

EP. XIV. Cuidam è Soc. Jesu. Aliquod hujus excerptum dat Tursellinus Epist. III. Lib. IV. Joanni Roderico inscriptum, & credo ad hunc ipsum datam. Cæterum quia exemplar Goanum nomen id non exprimit, plus sapere quam erat necesse non volui. Scribit ad me P. Philippucius, clarè se deprehendisse, compendiolum quoddam hujus Epistolæ ab aliquo è nostris Romam missum, quod Tursellinus Latinè verterit.

\* *Cutillas adamussim vertit Tursellini excerptum; quare nulla inde firmitas accedit inscriptioni Tursellini. Porro autem, si qua Orlandino fides lib. II. n. 82. 84., Consalvus Rodericus ei nomen erat: quem ut Tursellino conciliemus, inscriptam, si lubet, dicamus: Joanni Consalvo Roderico. Epistolæ hujus ad Barzæi successorem datæ meminit Xaverius apud Possinum lib. 6. ep. 5., quæ nobis est 22. libri 4.*

EP. XV. P. Simoni Roderico Soc. Jesu. Hujus Epistolæ Autographum Exemplar asservatur in Sa-

in Sacell  
bricensi  
ha, qui  
phum ad  
Ulyssipo  
EP. X  
Ex Arch

EP. I.  
EP. II  
EP. III  
EP. IV  
EP. V  
num Lib  
XIV. N  
quod in  
S. Ignat  
tum vo  
est; ubi  
vox, ut  
alio qu  
EP. V  
EP. V  
\* In  
rales in  
ctus est  
editione  
niensis.  
EP. V  
didem.

IN S. XAVERIUM. Ixxiii

in Sacello Deiparæ Sacro in Collegio Conimbricensi Soc. Jesu, unde R. P. Nonius da Cunha, qui id Sacellum magnificè ornavit, Apographum ad me misit. Aliud ante ejus exemplum Ulyssipone acceperam.

EP. XVI. P. Melchiori Gonzalez Soc. Jesu. Ex Archio Goano.

LIBER VI.

EP. I. P. Gaspari Barzæo. Ex Archio Goano.

EP. II. Eidem.

EP. III. Eidem.

EP. IV. Eidem.

EP. V. Eidem. Extat ex parte apud Tursellinum Lib. VI. de Vita S. Francisci Xaverii Cap. XIV. Nos totam ex pleno Apographo damus: quod in eâ & in aliis quibusdam aliquoties S. Ignatium S. Xaverius vivens viventem beatum vocat, ex Archetypo clarissimè sumptum est; ubi toties, *benaventurado*, ponitur, quæ vox, ut omnes Lusitanicæ linguæ periti norunt, alio quam Beati vocabulo reddi non potuit.

EP. VI. Eidem. Indidem.

EP. VII. PP. Coll. Goani S. Jesu. Indidem.

\* In utraque Romana editione Manuel de Morales in Michaëlem mendose commutatus, correctus est in Coloniensi; et pariter antiqua manu in editione 2. Romana Bibliothecæ S. Lucie Bononiensis.

EP. VIII. P. Gaspari Barzæo Soc. Jesu. Indidem.

EP. IX.

Ixxiv PROLEGOMENA

EP. IX. Eidem. Indidem.

EP. X. Ejdem. Indidem.

EP. XI. Eidem. Indidem.

\* De hac Epistola vide Chronotaxim lib. 4. ep. 26.

LIBER VII.

EP. I. P. Cypriano Soc. Jesu. Hanc repræsentat Tursellinus Lib. IV. titulo Epistolæ X., prout acceperat, qui enim missit, non describere curavit, sed super eo argumento quædam arbitrato suo scripsit. Archetypum hujus Epistolæ exemplum, quale à S. Xaverio missum est manu ejus subscriptum, pro sacra reliquia servatur in Ornatissimo Sacello Sanctissimæ Dei-paraë dicato, in Collegio Conimbricensi Soc. Jesu. Unde R. P. Nonius da Cunha qui sacram illam ædiculam & hac & multis aliis sacris Lipsanis ditavit, splendidissimeque decoravit, egregiâ humanitate Apographum fidelissimum curare & ad me mittere dignatus est. Id exacte congruit duobus aliis missis Goâ, quare tribus consentientibus testimoniis hæc mea hujus Epistolæ editio comprobatur.

\* Postrema hujus Epistolæ pars apud Cutillatem integra est, ut in Possino; prior vero, ut in Tursellino, mutilata. Quare cum ad calcem dies, qui apud Possinum nullus est, in Cutillate sit undecimus Apr., in Tursellino autem 13., huic illum, veluti hac integrum parte, præferimus, cæterâ utrique Possinum. Gonzalus Fernandez, Cutilla-

tillati G  
sequi, e  
obtendeba  
id unum  
dicavi.

EP. I  
ad me n  
se paulò  
typo for  
ante ad  
Tabulari

EP. II  
EP. IV  
dem.

EP. V

EP. V

EP. V

sellinus  
ceperat  
so.

\* Tan  
nonnulla  
grapho,  
ut nè Po  
tur. Via

EP. V  
Goano.

EP. II  
quid Tu  
iucundiu  
ex Apog

\* Tur

*tillati Gonzalus Franciscus, velamenta divini obsequii, et amoris in Deum Cypriani impatientiae obtendebat, juxta Cutillatis apographum. Atque id unum, quidquid demum est, monendum hic judicavi.*

EP. II. P. Gaspari Barzæo. Hujus Exemplum ad me misit Amacao Sinarum P. Philippucius à se paulò prius quam Goâ solveret, ex Archetypo forte reperto descriptum, post multo jam ante ad me missas Epistolas cæteras in Goano Tabulario servatas.

EP. III. Eidem. Ex Archio Goano.

EP. IV. P. Joanni de Beira Soc. Jesu. Indidem.

EP. V. P. Gaspari Barzæo Soc. Jesu. Indidem.

EP. VI. Joanni Japoni. Indidem.

EP. VII. Jacobo Pereriæ. Hanc ponit Tursellinus XII. Libri IV. sed mutilam qualem acceperat. Hic integra ex Aprographo Goâ misso.

*\* Tam Tursellini, quam Cutillatis excerptum nonnulla intermiscet, quæ non ex Possiniano apographo, sed ex uberiori alio prodierunt: quo fit, ut nè Possinianum quidem integrum mihi videatur. Vid. Chronotaxim lib. 4. ep. 34.*

EP. VIII. P. Perezio Soc. Jesu. Ex Archio Goano.

EP. IX. Jacobo Pereriæ. Et hujus exhibet aliquid Tursellinus, nos feliciores integram nacti, jucundius, ut sperare licet, legendam damus ex Apographo Goâ misso.

*\* Tursellini epistola, in quam nona hæc, et pos-*

posterior undecima conflantur, est 16. libri 4. Primum periodum hujus epistolæ ex Tursellino adjungimus. Cutillatis exemplum, cujus initium coalescit ex nona, et II. Possiniana, auctius quidem est aliquanto decimâ sextâ Tursellini epistolâ; sed nonnihil etiam ejusdem prætermittit. Nihil certè continet, quod in Possinianis desideretur. Eadem porrò est Tursellino, et Cutillati subscriptio, qua postremæ Possinianæ tempus designatur, nempe dies 12. Nov. 1552.


EP. X. PP. Fr. Perezio, et Antonio Heredia. Ex Archio Goano.

EP. XI. Jacobo Pereria. Hæc apud Tursellinum cum aliâ conflatur in unam. En ut in Apographo Goano distinguuntur.

EP. XII. P. Fr. Perezio Soc. Jesu. Ex Archio Goano.

\* Hujus epistolæ tertiam vix partem exhibet Cutillatis apographum, ex ipsius initio, et fine decerptum: nonnulla tamen addit, quibus evincitur, ne Possinianum quidem exemplar fuisse undequaque perfectum. Vide Chronotaxim.

EP. XIII. PP. Fr. Perezio, & Gaspari Barzæo. Indidem.



E<sup>Am</sup> tur  
Cutillas  
mensium  
describen  
Epistola  
gis Epist  
congruer  
se aliqu  
vellem  
fontes in  
annis fr  
Ut enim  
san depr  
correction  
varietati  
nimvero  
editionib  
producto  
quidem  
dubium  
quæ ven  
num van  
facere p  
nulla, q  
annotati.

DE S. FRANCISCI XAVERII  
EPISTOLARUM  
CHRONOTAXI.

**E**Am penitus exactam difficillimam esse, fate-  
tur in Hispanica præfatione P. Franciscus  
Cutillas; cum et dierum, annorumque notæ, ac  
mensium nomina corrupta non rarè fuerint seu a  
describentibus, sive a Typothetis. Quas edidit  
Epistolas 71., eo se ordine collocasse, ait, qui magis  
Epistolarum argumento, gestisque S. Xaverii  
congruere videretur. Quibus cum satis manifestet,  
se aliquid arbitrio suo, et conjecturis tribuisse,  
vellem equidem, ut varietatum et rationes, et  
fontes indicasset, quas diebus, mensibus, atque  
annis frequentes adè in editionem suam invexit.  
Ut enim nonnihil feliciter correxit, sic plura for-  
san depravasse videtur, nullo in medium producto  
correctionis vadimonio. Id quod fiet, perpensis  
varietatibus ab eo inductis, manifestum. Verume-  
nimvero religio mihi erit, quidquam in primariis  
editionibus corrigere, vel etiam in Hispana, nullo  
producto correctionis indicio, vel argumento. Quæ  
quidem videbuntur sanæ, et incorrupta, nec in  
dubium a quoquam revocata, minime sollicitabo:  
quæ vero seu rerum gestarum ordo, sive editio-  
num varietas in dubium vocant, iis, quoad ejus  
facere poterò, illustrandis unicè incumbam. Non-  
nulla, quæ ex Petri Possini Indiculo Exegetico, et  
annotatis ad eundem satis fuerint manifesta; tum  
etiam

Ixxviii PROLEGOMENA

etiam quæ, solis dierum numeris discrepantibus, leuioris momenti videbuntur, tantum indicabo, Nec putarim, mirum eruditis fore, Chronotaxi nostræ quandoque nec cum Historia Societatis ab Orlandino conscripta, nec cum probatioribus Vita S. Xaverii scriptoribus convenire; cum et Tursellinum et Lucenam, et Orlandinum, et Bartholum in Asiæ parte prima, ex quibus in primis cæteri profecerunt, latuerint omninò 72. postremæ Possini Epistolæ, et aliæ præterea, quibus Cutillas editionem hispanicam adornavit. Illud equidem exopto, ut hic meus qualiscumque labor disserto scriptori usui aliquando esse possit novæ, accuratiorique S. Xaverii vitæ conscribendæ.



CHRONOTAXIS.

EPISTOLARUM

Ordo novus	Ordo vetus	
Lib. I		
Ep. I	Possin. l. I ep. I; Cutill. data Parisiis, 25 Mart. 1535. Vide Ind. exeget. - 25 Mart. 1535	7
2	P. l. I ep. 2; Cut. P. M. Ignatio Lojolæ. Bono- nia, 31 Mart. 1540. V. Ind. exeg. - - - - - 31 Mart. 1540	8
3	P. l. I ep. 3 Eidem; Cut. Societati Romam. Ulys-	9
		sip-

EPIST

Ordo no

Lib. I

Ep. 3

4

5

6

7

8

9



EPISTOLARUM

	<i>Ordo novus</i>	<i>Ordo vetus</i>	
	Lib. I		
	Ep. 3	<i>sipone; P. die 3 Jul., Cut. 4 Jul. 1540. V. Ind. exeg. - - - - -</i>	3 Julii 1540
	4	<i>P. l. I ep. 4; Cut., P. M. Ignatio Lojolæ. Indidem. P. die 26 Jul.; Cut. 24 Jul. 1540. V. Ind. exeg. - - - - -</i>	Julii 1540
	5	<i>P. l. I ep. 5; C. Doctori Martino Azpilcueta. Indidem, 28 Sept. 1540 -</i>	28 Sept. 1540
	6	<i>P. l. I ep. 6, P. P. (Cut. addit MM.) Ignatio de Lojola, et Petro Codacio. Indid., P. 22, C. 12. Oct. 1540. V. Ind. exeg. - - - - -</i>	Oct. 1540
	7	<i>Cut. Doctori Martino de Azpilcueta. Indidem, 4 Novembr. 1540 - - -</i>	4 Nov. 1540
	8	<i>P. l. I ep. 7, PP. Ignatio, et Codurio; C., Societati Romam. Indidem, 18 Mart. 1541. V. Ind. exeg. - - - - -</i>	18 Mart. 1541
	9	<i>P. l. I ep. 8, PP. Jajo, et Lainez. Indid., 18 Mart. 1541 - - - -</i>	18 Mart. 1541 Cum

crepantibus,  
indicabo,  
Chronotaxi  
Societatis ab  
Coribus Vita  
n et Tursel-  
et Bartholum  
rimis ceteri  
remæ Possini  
Cutillas edi-  
quidem exo-  
disserto scri-  
accuratiori-

5 Mart. 1535

1 Mart. 1540

sipo-

Cum Jajus e Brixia, et Lainez e Parma sub anni labentis Quadragesimæ initium Romæ cum aliis primariis sociis convenerint, ut primum Generalem præpositum societatis eligerent, eisdem id nuntiantibus videtur Xaverius hanc epistolam rescripsisse: cujus tamen principium desideramus, sine quo nihil certi possumus definire. Sed quæ Xaverius de Cardinali Guidiccione refert, ac verba illa, quando jam confirmata Regula nostra est, non obscure significant Xaverium privatis sociorum literis rescivisse quid Guidiccione egerit pro impetranda Pauli III. Bulla, qua is jam inde a 27. Sept. 1540. Societatis institutum probaverat. Verum hanc rite non fuisse promulgatam ante anni 1541. Aprilem mensem, cujus die 22., Ignatio jam Præposito Societatis constituto, et is et ejus socii ad S. Pauli in via Ostiensi solemnia vota quatuor emisissent, non solum novimus ex Xaverii lib. I. ep. 14., qua se id tandem accepisse in India exultabundus rescribit; sed etiam ex literis Petro Fabro in Germaniam ab Ignatio missis, quibus cognita solemnī Societatis confirmatione Religiosam votorum quatuor professionem edidit Ratisbonæ die 9. Jul. 1541. Porro autem Missæ 250. pro Guidiccione a Xaverio celebratæ ex illis erant, quas Ignatius ad aliquot millia per se et suos Deo offerre constituit, ad Pontificiam Societatis probationem publicam impetrandam. Ex quo, teste Ribaden. l. 2. c. 17., cum reliquorum Cardinalium, tum vero Guidiccionii cor ita immutatum est, ut adjutor ex adversario repente existeret.

EPIS-

EPIS

Ordo no

Lib. I.

Ep. 10.

II.

Mendo

dem an

diem 23

le mendo

qua Xav

1542 S

Prætoris

Goà, v

S. Xave

Massejus

rius Ign

postquam

in oram

omnes lu

to aggre

1543 por

Qua

hæc unde

cietati R

Comorin

mum ven

ego illor

Tom. I.

EPISTOLARUM

Ordo novus      Ordo vetus

Lib. I.

Ep. 10. Tursell. l. I ep. I, Societati Romam. Goà, 20, Cut. 18 Septembr. 1542

Sept. 1542

II. T. l. I ep. 4, R. P. Ignatio Lojolæ. 28 Oct. 1542, C. Tutucurino, 23

Maji 1543. - - - - - 1543

Mendosè scriptum fuisse annum 1542, rectè quidem animadvertit Cutillas, undenam vero ipse diem 23 Maji desumpserit, non prodit. Probat ille mendosum esse an. 1542 ex superiori epistola, qua Xaverius sub finem Septembris ejusdem anni 1542 Societati Romam scribebat, tunc primùm Pratoris jussu Comorinum se cogitare: huc autem Goà, vel ipso Tursellino teste lib. 2. de vita S. Xaverii c. 5, Octobri mense inito discessit: Massejus addit, Octobri medio. Atqui Xaverius Ignatio hanc Tutucurino Epistolam scripsit, postquam in promonterium Comorinum, atque inde in oram Piscariam appulsus, illius tractus vicos omnes lustraverat, innumerosque Idololatrias Christo aggregarat: quæ omnia non nisi inito anno 1543 potuit Ignatio scribere. Hactenus ille.

Qua de re conferenda est diligentius epistola hæc undecima cum decima quarta, anno 1544. Societati Romam scripta. In utraque agit de sua in Comorinum Promontorium expeditione. Cum primum veni, ait ep. 14, cum neque illi meam, neque ego illorum linguam intelligerem :: primum delegi

Tom. I.

f

ex co-

EPIS-

ex eorum numero maximè ingeniosos, ac litteratos; deinde Sermonis utriusque peritos diligentissimè conquisivi. Ita cum dies complures unum in locum convenissemus, communi opera, summo labore convertimus Catechismum in Malavãricam linguam. Quam Ego ut didici, omnes ejus oræ vicos obire cœpi:: Cum quartum jam mensem in oppido quodam Christianorum commorarer, quo Catechismum converterem... *Quibus perspicuum est, illum, cum primùm Comorinum tetigit, quatuor menses convertendo Catechismo impendisse, antequam ejus oræ vicos obire cœpisset. Hos autem vicos se jam obiisse, atque lustrasse, cum Epistolam II Tutucurino dabat, Xaverius sic enarrat. Obiimus Neophytorum vicos: ex quo igitur huc veni, haud quaquam cessavi: vicos sedulò circuibam: Pueri autem me neque divinum officium persolvere, neque cibum sumere, neque quietem capere sinebant, quoad aliquam deprecationem eos docuissem: Symbolum Apostolorum, Orationes Pater, et Ave Maria eis inculcabam: Ex itinere in Ethnicorum pagum diverti, ubi... oppidani primarii, cum sua quisque familia, primi ad Christi cultum se aggregarunt; horum auctoritatem cæteri secuti sunt: omnes cujusque generis, atque ætatis baptizati: His rebus ita confectis, Tutucurinum recta contendimus. Est autem Tutucurinum in ora Piscariæ ad orientem Comorini promontorii, quod, ajunt, a Goa distare millia passuum sexcenta. Profectò qui hæc omnia cum cæteris, quæ in eisdem literis narrantur, seriò perpenderit, facile*

*cile conce-  
gigas, ad  
fra eumde  
non gessi.  
hujus ann  
tento ex  
numerus  
quendus,  
designavi  
ro, apud  
et subscri  
exilio m  
hæc omni  
pho; cum*

*Adde,  
Comorino  
dicat Tu  
his rebus  
tendimus  
mus, atq  
locis cap  
ne Xave  
aliud pra  
Epistolam  
tam l. 2  
bat 27  
abhinc b  
quod in  
Xaverius  
tium Cat  
quentis a  
bus lustr*

*cile concedet, Xaverium, tametsi exultavit, ut gigas, ad currendam viam, ea tamen omnia infra eundem Octobrem mensem, quo Goda discessit, non gessisse: atque adeo epistolam illam Octobri hujus anni 1542 datam non fuisse. An vero, retento ex Tursellino Octobri, solus postremus anni numerus sit mutandus; vel Cutillas omninò sequendus, qui alium præterea diem, ac mensem designavit, non ita manifestum. Cutillas enim vero, apud quem appositior est Epistolæ inscriptio, et subscriptio deinceps usitator: Minimus Filius in exilio maximo: Franciscus. Cutillas, inquam, hæc omnia descripsisse videtur ex Hispano apographo; cum alia non appareat causa, cur illa mutarit.*

*Adde, quod ipsa Epistola II, narratis fuisse in Comorino gestis, Xaverium vixdum, ni fallor, indicat Tutucurinum attigisse: quippe cum dicat: his rebus ita confectis, Tutucurinum recta contendimus. Ibi ab oppidanis benigne accepti sumus, atque in spem venimus, fore, ut ex his locis capiamus fructus animarum uberrimos. Anne Xaverio hisce fructibus capiendis quidquam aliud præter tempus defuerat? Huc etiam affero Epistolam Tursellino octavam libr. I, nobis quartam l. 2, qua Xaverius Societati Romam scribebat 27 Jan., vel 8 Febr. 1545, se preces abhinc biennio conversas memoriæ commendasse: quod in annum 1543 commodè refertur. Quare Xaverius ab Octobri mense per quadrimestre spatium Catechismum convertit, quem sub initium sequentis anni memoriæ mandavit: tum, vicis omnibus lustratis, et ad Christum adductis, Tutucuri-*

## Ixxxiv PROLEGOMENA

num Majo mense contendit, ut est ex ipso rerum ordine satis pronum, et ex Cutillatis editione perspicuum. Video equidem, alium plane rerum ordinem et in Orlandino, et in probatoribus vite S. Xaverii Scriptoribus, si Tursellinum excipias qui l. 2 c. 6, et 7 Cutillati favet; vereor tamen, ne non laudatas ejusdem Xaverii epistolas attentè satis perpenderint. Orlandinus, ut alios taceam, qui l. 4 a num. 60 gestorum Xaverii testem producit Epistolam Tutucurino datam, diserte docet, et ea gesta, quæ illa testatur, in labentis anni 1542 supremos menses cecidisse, et Xaverium extremo ferè eodem anno vix Tutucurinum attigisse. Eo itaque teste, controversa epistola nec Octobri mense, ut est apud Tursellinum, data est, nec Majo sequenti, ut mox auctore Cutillate dicebam. Plura, quæ in utramque partem occurrunt, brevitatis studio prætermitto: ea enim sunt, quæ cum ex indicatis fontibus sua sponte fluunt, tum concussis, quæ modo tetigi fundamentis facile corruant. Nonnullus vero hac de re in sequentium Epistolarum discussione redibit sermo.

### EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 1. ep. 12. Tursell. l. 1 ep. 2: R. P. Ignatio Lojolæ Præposito Generali Soc. Jesu 20 Sept. 1542 Goa. Tuus in Christo filius: Franciscus Xaverius. Cut. P. M. Ignatio Lojolæ. Goa 18 Oct. 1543 Minimus filius in exilio maximo. Franciscus. Huic inscriptionis, subscriptionisque varietati accedunt aliæ circa medium ejusdem epistolæ, ubi

pau-

pauculi  
tur, plur  
duntur:  
phum ali  
anteferre  
vidisset!  
fine huj  
certius ju  
sellino de  
quam in  
rum. Ve  
ca in Tu  
quippe c  
fectionem  
electus si  
festum;  
non resc  
quinta, n  
Societati  
ait: Ter  
si, ex qu  
nas dunt  
rim:: ex  
Deus es  
sunt duo  
luptatis  
clarat:  
fructibus  
quotidie  
quòd no  
ximi auc  
esse cog

pauculi Tursellini versus apud Cutill. desiderantur, plures autem alio prorsus ordine, et loco redduntur: quæ clarè demonstrant, Cutillati apographum aliquod in promptu fuisse, quod Tursellino anteferet. Utinam ejusdem nobis notitiam non invidisset! Inde enim fortasse posset de initio, et fine hujus epistolæ, in quibus tanta est varietas, certius judicari. Ejusdem corpus integrum e Tursellino describimus, quod et majus aliquanto sit, quam in Cutillate, et recte suis partibus constitutum. Verum de inscriptione minime dubito, quia ea in Tursellino sit corrupta, in Cutillate idonea; quippe cum Ignatius post Xaverii in Indiam profectionem, in Generalem Societatis Jesu Præpositum electus sit; quod est in Societatis Historia manifestum; id vero Xaverium ante Novembrem 1543 non rescivisse, ipse nos docet epistola Tursellino quinta, nobis decima quarta libri I; in ea enim Societati Romam Cocino data 12 Jan. 1544 sic ait: Tertius annus est, cum e Lusitania discessi, ex quo jam tertium ad vos scribo, cum unas duntaxat a vobis litteras in Indiam acceperim:: ex quibus quantum cœperim voluptatis, Deus est mihi optimus testis. Redditæ autem sunt duobus abhinc mensibus. Jamverè tantæ voluptatis causam sub finem literarum his verbis declarat: Ex multis autem, et magnis hujus vitæ fructibus, quos adhuc Dei beneficio cœpi, et quotidie capio, illud enimvero duco maximum, quod nostræ Societatis Institutum Pontificis Maximi auctoritate comprobatum, confirmatumque esse cognovi. Immortales Deo gratias et ago,

et habeo, qui, quam vitæ rationem seruo suo Parenti nostro Ignatio clam ipse præscripserat, eam aliquando per suum Vicarium palam stabiliri voluit ad memoriam posteritatis sempiternam. Xaverius itaque nullam reipsa epistolam inscripsit, Ignatio Lojolæ Præposito Generali Societatis Jesu, ante Novembrem 1543.

Quæ cum ita sint, salva illa Tursellini inscriptione, scripta non est hæc epistola 20 Sept. 1543, mutato nimirum postremo solum Tursellini numero; nec 18 Oct. 1543, ut est apud Cutill. Sed quoniam eadem epistola Goà, utroque teste, missa est, non levis est in utriusque nota temporis difficultas. Tursellinus et hanc, et sequentem eodem die 20 Sept. 1542 Goa Ignatio missam invenit, priusquam Xaverius inde in Comorinum discederet: Cutillas contra, primam Octobri, secundam mense Decembri 1543 datam, postquam Xaverius Septembri mense Goam e Piscariæ tractu revertit. At enim Xaverius, Tursellino teste l. 2 c. 10, in ora Piscaria versatus annum totum, in exitu anni 1543 revertit Goam: Auctore Lucena Decembri mense anni 1543 Goam e Piscario litore discessit. Orlandinus lib. 4 n. 141: inter anni superioris (nempe 1543) extrema, et consequentis initia Goam, inquit, revertit. Si qua denique Massejo fides l. 2 c. 5, sub finem 1543, e Piscario litore profectus, dimidiato Januario sequentis anni Goam pervenit. A Cutillate vero stare videtur Franciscus Garzia lib. 1 sub finem c. 12, & initium 13, ubi Xaverium, anno in Piscario litore exacto, Goam revertisse prodidit: nec quidquam

quam addit  
minus Septem  
Octobri dim  
ita fortasse  
ut literis ill  
pographis æ  
terat; quipp  
ille Xaverii

Sed jam  
ciamus, qu  
aliquod aff  
Prætoris ma  
Collegio, ej  
indulgentiis  
pluribus ali  
In utraque  
rificè comm  
de suo in G  
fectione. Po  
eundem mis  
Te verbosiu  
Pontifex m  
ligentem In  
profectò ill  
nam studiis  
efficies, si  
declaret, ip  
Religiosissi  
buat, et g  
bas, velim  
terisque fac  
epistola Coc



IN S. XAVERIUM. lxxxvii

quam addit, quod Xaveriano Goam regressui, si minus Septembri mense, ut Cutillas affirmat, certè Octobri dimidiato, magnoperè adversetur. Atque ita fortasse narrationem suam Garzia concinnavit, ut literis illis non repugnaret, quarum hispanis apographis aequè commodè, atque Cutillas, uti poterat; quippe quod uterque Matrity versaretur, cum ille Xaverii vitam, hic ejusdem Epistolas edebat.

Sed jam ipsum Epistolarum argumentum inspicimus, quo cum aliis epistolis collato, lumen aliquod affulgeat. Utramque Xaverius Ignatio Prætoris mandato conscripsit; primam de Goano Collegio, ejusque institutione, ac de Magistris, indulgentiisque pro eo impetrandis; alteram de pluribus aliis indulgentiis, et Apostolicis indultis. In utraque Prætorem ipsum Martinum Sosam mirificè commendat. Nec verbum quidem in eis aut de suo in Goam adventu, aut de Comorinensi profectio. Porro autem in ea, quam Tutucurino ad eundem misit, hæc habet: Ex urbe Goa scripsi ad Te verbosius de nostra in Indiam navigatione: si Pontifex maximus exploratum haberet, quam diligentem Indiæ Prætor operam navaret Religioni, profectò illum pro egregiis suis in rem Christianam studiis, atque officiis collaudaret. Proinde efficies, si videbitur, ut litteris ad eum missis declaret, ipsius officia sibi gratissima accidisse: ut Religiosissimo Præsidi pro suo merito laudem tribuat, et gratiam: Tu vero utique ad eum scribas, velim. Altum hic de indulgentiis illis, cæterisque facultatibus Apostolicis silentium. Contra, epistola Cocino data 27 Jan. 1545 sic eundem al-

loquitur. Cùm omnibus Collegii Sanctæ Fidei studiosis, tum vero Prætori, qui studio vincit omnes, ut morem geras, Te oro, atque obsecror per Deum nimirum, ut, si fieri potest, mittas aliquando ad nos illa, quæ tibi mandarunt: Diplomata, inquam, quæ Te a Pontifice Maximo curare voluerunt: cum ea conditione, quam abhinc biennio ad Te scripsi, Prætoris nomine. Cætera item expectamus, de quibus tum ejusdem jussu ad Te litteras dedi. *Litteris eodem die ad P. Simonem Rodericum datis eum urget vehementer, ut easdem gratias, & indulgentias enixè curet.* Jam ante hos annos aliquot, inquit, & iterum hoc anno scripsi ad P. Ignatium, ut impetret &c.; *ubi e silentio Tutucurinensis epistolæ non levis suspicio est, nondum ea Diplomata Prætoris nomine fuisse postulata, quorum memoriam & res, & locus exigebat, fere ut in laudatis epistolis, inque aliis posterioribus, quibus eorumdem memoria renovatur. Illud autem biennium, & anni aliquot, qui in aliis epistolis ad rem exaggerandam, urgendamque indicantur, non tam videntur omninò elapsi, & integri, quam inchoati, ac civili quadam ratione computati. Atqui duobus a 1545. subtractis, in 1543. incidimus. Accedit, quod Epistola Societati Romam Cocino data 12. Jan. 1544., Scripsi ad vos, inquit, anno superiore de Collegio, quod Goæ inchoatum ædificatur strenuè: P. Paulus Collegii Rector præest. De hac inferius redibit sermo Epistola nobis 14.: nunc mihi sufficiat lectoribus indicasse, descriptis verbis apertè designari Epistolam 12., vel aliam ejusdem argu-*

I  
argumenti S  
ptam; anno  
etiam asseren

EPISTOLA  
Ordo novus

Lib. I. e  
20. Sept. 1  
20. Dec. 1  
verio script  
ret anno 154  
reversus est  
cisco Mansi  
versaretur,  
ex primis  
cui nos om  
versantur:  
Itane Xav  
unus ipse t  
socii, qui s  
constiterant  
Cutillas, s  
dem Cutilla  
tacito Præp  
eum nomine  
dat. Ut ei  
ferè mense  
Institutum  
atque Igna  
stitutum.  
litteris Xav  
titulo ipsun

*argumenti Societati Romanæ eodem tempore conscrip-  
ptam ; anno scilicet 1543. potius quam 1542. Huc  
etiam afferenda, quæ mox de Epistola 13. disputabo.*

EPISTOLARUM

*Ordo novus*

*Ordo vetus*

*Lib. I. ep. 13. T. lib. I. ep. 3. Eidem, Goa  
20. Sept. 1542. ; C., P. M. Ignatio Lojolæ, Goa  
20. Dec. 1543. Non fuisse hanc epistolam a Xa-  
verio scriptam antequam Goà in Comorinum avi-  
ret anno 1542., sed postquam sequenti anno eodem  
reversus est, sociis ejus Paulo Camerte, & Fran-  
cisco Mansilla, dum Xaverius apud Comorinenses  
versaretur, Goam Mozambico transmissis, colligo  
ex primis hujus epistolæ verbis: Prætor Indiæ,  
cui nos omnes, qui hic sumus, quique Romæ  
versantur: debemus plurimum, rogavit me, &c.  
Itane Xaverius Goà scriberet anno 1542., cum  
unus ipse tunc ibidem esset e Societate? Quippe  
socii, qui simul e Lusitania solverant, Mozambicæ  
constiterant. Sed neque mense Dec. 1543., ut ait  
Cutillas, scriptum fuisse, argumento mihi est ejus-  
dem Cutillatis inscriptio: P. M. Ignatio Lojolæ,  
tacito Præposito Generali Societatis Jesu, quo  
eum nomine in posterioribus epistolis perpetuo lau-  
dat. Ut enim paulo ante probavimus, Novembri  
ferè mense 1543. rescierat Xaverius, Societatis  
Institutum a Pontifice Maximo fuisse confirmatum,  
atque Ignatium Præpositum ejusdem Generalem con-  
stitutum. Nec dubium, quin continuò primis ad eum  
litteris Xaverius libens, & gaudens, tali honoris  
titulo ipsum cohonestarit. Præterea biduum potius,  
quàm*

quàm bimestre spatium temporis inter epistolas 12., & 13. intercessisse, illa mox relata verba significant: Cetera item expectamus, de quibus tum ejusdem jussu ad te litteras dedi. Binæ hic Prætoris jussu simul datæ literæ designantur. Quare mendum in 20. Dec. irrepsisse pro Octob., suspicio est. Nam fuisse ambas Goà 20. Sept. conscriptas, ut Tursellini præferunt exempla, postrema scilicet numerali nota in 1543. commutata, probatissimis Scriptoribus adversari video; qui Xaverium ab Oct. 1542. totum annum apud Comorinenses transegisse commemorant. Profectò inscriptiones illas: Præposito Generali Soc. Jesu, quas ille præfixit, in hoc tempus non cadere, nuper ostensum est. Atque hæc de epistolis 12., & 13. dicta sint satis; quamquam posset pluribus in utramque partem, si pretium esset operæ, disputari. Neque enim statui, quidquid in mentem venerit, in medium proferre, sed implicata quævis ita discutere, ut lectoribus præcipuas argumentorum sedes indicarem.

## EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 1. ep. 14. T. lib. 1. ep. 5.: Societati Romam, Cocino 12. Jan. 1544; Tursellino hic Cutillas planè consentit; quamvis in earumdem corpore literarum nonnulla ita variant, ut aliud omnino Cutill. exemplum fuisse videatur. Epistola hujus Autographum & Romæ asservatum, & a Tursellino latine fuisse redditum, est quidem profectò verosimile; opinor autem, auctiorem aliam de eodem argumento post triduum a Xaverio fuisse

con-

conscriptam  
(quod alias  
dem Joannes  
post latinam  
plura memor  
menta, qua  
15. Jan. 154  
riter 15. Ja  
prodierat an  
prete Rutilio  
Franciscus  
tatis Jesu I  
vii, Parisiis  
nia literis c  
Ex epistola  
Societatis  
ejusdem So  
Patavii, Pa  
sitania liter  
que, sed al  
Franciscus C  
hujus episto  
lini et Cuti  
nibus respon  
aliquod His  
Addititia  
descriptas e  
quod Valer  
quos ibi no  
pertum hab  
est dubitan  
naculum ex

epistolas 12.,  
 verba signifi-  
 quibus tum  
 inæ hic Præ-  
 antur. Quare  
 tob., suspicio  
 . conscriptas,  
 rema scilicet  
 probatissimis  
 Xaverium ab  
 inenses tran-  
 sitiones illas:  
 lle præfixit,  
 rum est. At-  
 t sint satis;  
 que partem,  
 ue enim sta-  
 nedium pro-  
 tere, ut le-  
 indicarem.

Societati  
 rsellino hic  
 earundem  
 , ut aliud  
 r. Epistola  
 atum, & a  
 idem profe-  
 m aliam de  
 verio fuisse  
 con-

conscriptam alii tabellario seu navi committendam  
 (quod alias a se factum ipse nos docuit), siqui-  
 dem Joannes Lucena in amplissima Xaverii vita,  
 post latinam Tursellini lusitanicè an. 1600. edità,  
 plura memoriæ prodidit Xaverianæ epistolæ frag-  
 menta, quam datam affirmat Societati Romam die  
 15. Jan. 1544.: auctior abs dubio est, quæ die pa-  
 riter 15. Jan. subscripta, bis in lucem Lovanii  
 prodierat an. 1566. inter Epistolas Indicas inter-  
 prete Rutilio Sombergio, primùm cum epigraphe:  
 Franciscus Xavier Patri Ignatio Generali Socie-  
 tatis Jesu Præposito, et fratribus Romæ, Pata-  
 vii, Parisiis, Coloniae, Valentiae, et in Lusita-  
 nia literis operam dantibus. In altera editione;  
 Ex epistola R. P. Francisci Xaverii Presbyteri  
 Societatis Jesu ad R. P. Ignatium Generalem  
 ejusdem Soc. Præpositum, et fratres Romæ,  
 Patavii, Parisiis, Coloniae, Valentiae, et in Lu-  
 sitania literis operam navantes. Eadem utrobi-  
 que, sed alia atque apud Cutillatem, subscriptio.  
 Franciscus Garzia lib. 1. c. 12. de S. Xaverii vita  
 hujus epistolæ fragmentum profert, quod non Tursel-  
 lini et Cutillatis, sed Lucenæ et Sombergii editio-  
 nibus respondet: habuerit necne Garzia exemplum  
 aliquod Hispanum ejusdem epistolæ non ita certum.

Additias enimvero esse inscriptiones ex Rutilio  
 descriptas et ipsarum varietas satis ostendit, et  
 quod Valentinus Soc. J. Scholasticos memorant,  
 quos ibi nondum fuisse ex Historicis Soc. J. com-  
 pertum habeo. Cæterum de literarum textu nulla  
 est dubitandi ratio, quin accuratè Sombergius ver-  
 naculum exemplar latine reddiderit. Ex ejus igi-  
 tur

tur editionibus illustriora, quæ mihi Florentiæ obiter et cursim licuit excerpere, ad calcem cujusque paginæ subjiciam.

Duo autem sunt in hac epistola, quibus præcedentium Xaverii gestorum chronologia illustratur. Nam primò sub initium, Ego, ait, et Franciscus Mansilla (ed. Low., annum jam et eo amplius) inter Comorinenses Christianos commoramur. Deinde sub medium de Goani collegii alumnis inquit: His P. Paulus collegii rector præest. Tursellinus l. 2. c. 10., Garzia l. 1. c. 13., Maffejus l. 2. c. 5. apertè docent, Xaverium, dum e Comorino redux Goæ versaretur, Goano collegio Paulum Camertem præfecisse, et Francisco Mansilla socio assumpto, in oram Piscariam iterum contendisse. Primum illud quod de Paulo Camerte ajunt, Maffejus lib. 12. hist. ind. factum jam a Xaverio narrat ante primam ejus in oram Piscariam profectionem: alterum verò, quod Mansillam spectat, quem eatenus hærentem Goæ faciunt, et Maffejo et vetustissimis Sombergii editionibus adversatur, a quibus docemur, Mansillam primo anno apud Comorinenses cum Xaverio fuisse. Quibus etiam favet Orland. l. 4. n. 142., ubi de Xaverio ait: revertitur in oram Piscariam, Mansillam jam Sacerdotio præditum reducens: quanquam in eo erravit, quod Mansillam jam Sacerdotio præditum putavit, cum ex epistola Xav. 41. libri I. manifestum sit, Mansillam ante Decembrem an. 1544. Sacerdotio non fuisse initiatum. Errarunt etiam qui prodiderunt, Xaverium Francisco Mansilla socio assumpto in oram Piscariam revertisse VI. Kal.

Kal. Martia  
sequentem,  
Punicali di  
ni Arteagæ  
ut se, quid  
ret. Est ig  
Xaverius a  
litus Piscar  
notatis, qu  
verius se ca  
tianos com  
Comorino v  
sola nunc u  
Comorinense  
pus esse re  
Cocini scri  
cogitaret. V  
nus tribuere  
in primis, a  
dum elapso  
Goà in Co  
commoratus  
te 12. Jan.  
torium illic  
tunc Xaver  
Ego, et Fr  
Christianos  
tractuum n  
tes itinerum  
absimile ve  
rii Goà in  
que diem I

Kal. Martias, ut patebit legenti epistolam 15. consequentem, quæ Possino est nona l. 1. ; quamque Punicali die 22. Febr. 1544. Mansillæ et Joanni Arteagæ in Comorinum scripsit, orans enixè, ut se, quid agerent, accuratis literis Mansilla doceret. Est igitur ex hac Epistola manifestum, quòd Xaverius a Mansilla digressus, ante diem 22. Febr. litus Piscarium tetigerit. Ex verbis autem superius notatis, quibus die 12. seu 15. Jan. agebat Xaverius se cum Mansilla inter Comorinenses Christianos commorari; cum ipse tunc Cocini procul a Comorino versaretur: ex his, inquam, patet, (ut sola nunc utamur Tursellini versione) istam apud Comorinenses Xaverii commorationem ante id tempus esse referendam: nisi velis, ea Xaverium Cocini scripsisse, quod jam commorationem illam cogitaret. Verum enim vero Xaverio id scribendi genus triouere non ausim, scriptori scilicet accurato in primis, ac veraci. Quin imò inde conjicio, nondum elapso anno 1543. Xaverium cum Mansilla Goà in Comorinum contendisse, ubi aliquandiu commoratus, Mansilla ibidem relicto, Cocinum ante 12. Jan. diem festinè redierit, ad idem promontorium illicò reuersurus. Sic enim intelligo, vere tunc Xaverium Societati Romam Cocino scripsisse: Ego, et Franciscus Mansilla inter Comorinenses Christianos commoramur. His addamus illorum tractuum naturam, locorum distantias, difficultates itinerum maximas; quibus attentè perpensis, absimile vero non videbitur, quòd ex illa Xaverii Goà in oram Piscariam discessione ad hunc usque diem 12. Januarii mensis integer, et eo etiam

am-

amplius intercesserit. Goæ autem, siqua Tursellino fides lib. 2. c. 10., bimestre ferè tempus transegit. Unde fit, ut eò redierit, si minus ineunte Septembri, ut asseruit Cutillas, certè eodem vix, aut ne vix quidem elapso. Hactenus ex Tursellini et Cutillatis editionibus; verùm mihi primum illud, quod ex vetustioribus præmisi, magis arridet; Xaverio scilicet apud Comorinenses ante annum 1543. Mansillam comitem adfuisse, seu is cum Xaverio sive paulo post eodem accesserit: anno elapso Xaverium Coam revertisse, Mansilla cum neophytis relicto, tum reducem Cocini has literas dedisse.

## EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 1.

- Ep. 15. Poss. l. 1 ep. 9, Francisco Mansillæ. Punicali,  
22 Febr. 1544 - - - 22 Febr. 1544
16. P. l. 1 ep. 10, Eidem. Manapare, 14 Mart. 1544 - 14 Mart. 1544
17. P. l. 1 ep. 11, Eidem. Indidem, 20 Mart. 1544 - 20 Mart. 1544
18. P. l. 1 ep. 12, Eidem. Indidem, 21 Mart. 1544 - 21 Mart. 1544
19. P. l. 2 ep. 3, Eidem. Indidem, 27 Mart. 1544 - 27 Mart. 1544
20. P. l. 2 ep. 4, Eidem. Indidem, 8 April. 1544 - 8 April. 1544
21. P. l. 2 ep. 5, Eidem. Livare, 23 April. 1544 - 23 April. 1544

EPIS-

## EPISTOLARUM

Ordo novus

Lib. 1.

- Ep. 22. P. l. 1 ep. 1, N  
23. P. l. 1 ep. 2, tu  
24. P. l. 1 ep. 3, na  
25. Tur  
de  
V  
ep  
26. Pos  
V  
15  
27. P. l. 1 ep. 4, na  
28. P. l. 1 ep. 5, d  
29. P. l. 1 ep. 6, na  
30. P. l. 1 ep. 7, d  
31. P. l. 1 ep. 8, d  
32. P. l. 1 ep. 9, na  
33. P. l. 1 ep. 10, na  
34. P. l. 1 ep. 11, A



EPISTOLARUM

Ordo novus Ordo vetus

Lib. 1.

- Ep. 22. P. l. 2 ep. 6, F. Mansillæ.  
*Nare*, 1 *Maji* 1544 - 1 *Maj.* 1544
23. P. l. 2 ep. 7, Eidem. *Tu-*  
*tucurino*, 14 *Maji* 1544 - 14 *Maj.* 1544
24. P. l. 2 ep. 8, Eidem. *Ma-*  
*napare*, 20 *Jun.* 1544 - 20 *Jun.* 1544
25. *Turs.* l. 1 ep. 6, C. Ei-  
dem in oram *Piscariam*.  
*Vid. Indic. exeg. lib. 2*  
ep. 8
26. *Poss.* l. 2. ep. 9, Eidem.  
*Virandapatanao*, 22 *Jun.*  
1544 - - - - - 22 *Jun.* 1544
27. P. l. 2 ep. 10, Eidem. *Ma-*  
*napare*, 30 *Jun.* 1544 - 30 *Jun.* 1544
28. P. l. 2 ep. 11, Eidem. *In-*  
*didem*, 1 *Aug.* 1544 - - 1 *Aug.* 1544
29. P. l. 2 ep. 12 Eidem. *Ma-*  
*napare*, 3 *Aug.* 1544 - 3 *Aug.* 1544
30. P. l. 2 Ep. 13, Eidem. *In-*  
*didem*, 19 *Aug.* 1544 - 19 *Aug.* 1544
31. P. l. 2 ep. 14, Eidem. *In-*  
*didem*, 20 *Aug.* 1544 - 20 *Aug.* 1544
32. P. l. 3 ep. 1, Eidem. *Pu-*  
*nical*, 21 *Aug.* 1544 - 21 *Aug.* 1544
33. P. l. 3 ep. 2, Eidem. *Ma-*  
*napare*, 2 *Sept.* 1544 - 2 *Sept.* 1544
34. P. l. 3 ep. 4, Eidem.  
*Alendale*, 5 *Sept.* 1544 - 5 *Sept.* 1544
- EPIS-

*Tursellino*  
*s transe-*  
*neunte Se-*  
*em vix,*  
*ex Tur-*  
*mibi pri-*  
*i, magis*  
*aves ante*  
*e, seu is*  
*serit: an-*  
*Mansilla*  
*i has li-*

*br.* 1544

*art.* 1544

*art.* 1544

*art.* 1544

*art.* 1544

*r.* 1544

*r.* 1544

EPIS-

## EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 1.

Ep. 35. P. l. 3 ep. 3, F. Mansillæ.

5 Sept. 1544 - 5 Sep. 1544

Non equidem mutavi harum duarum Epistolarum ordinem, a Possino eis tributum, quod eum reipsa probum non existimem, sed quia locus in altera expressus, utraq̄ue eodem die conscripta, ordinis ei prærogativam impetravit, ut statim appareat, undenam consequens, vel tacito etiam loco, missa sit.

36. P. l. 3 ep. 5, Trinchan-

dure, 7 Sept. 1544 - - 7 Sept. 1544

37. P. l. 3 ep. 6, Eidem. Ma-

napare, 10 Sept. 1544 - 10 Sept. 1544

38. P. l. 3 ep. 7, Eidem. Tu-

tucurino, 20 Sept. 1544 - 20 Sept. 1544

39. Turs. l. I ep. 7, C., Eidem.

Manapare, 10, C. 8

Nov. 1544 - - - - - Nov. 1544

Postremam hanc cum proximè consequenti, alisque præcedentibus Possinianis Epistolis conferenti mihi, nullum penè dubium supererat, quin ex pluribus illis coaluerit, quæ adscriptæ sunt die, et loco Possiniana proxima, cujus particulam sub calcem conjecerat. Sed quoniam paucula ejusdem in Possinianis desidero, et alius est dies Cutill. egrapho subscriptus, ac insuper duo fere versus adjuncti, locum præindè suspicioni dedi de alia epistola, quæ interciderit octavo Novem. die a Xaverio conscripta, ex qua in hanc excerptor aliquid derivavit:

varit: atq̄  
sui.

## EPISTOLA

Ordo novus

Lib. 1.

Ep. 40. P.

41. P.

Lib. 2.

Ep. 1. P.

2. T

3. P.

4. T

Tribus  
Tursellinun  
sed cum in  
cusque, cr  
quo apogr  
quod idem  
propemodun  
Tom. I.

IN S. XAVERIUM.      xcviij

varit : atque adèò , quidquid est , recudendum cen-  
sui .

EPISTOLARUM

Ordo novus      Ordo vetus

Lib. I.

Ep. 40. P. l. 3 ep. 8, Eidem . Ma-  
napare , 10 Nov. 1544 - 10 Nov. 1544  
41. P. l. 3 ep. 9, C. Eidem .  
Cocino , 18 Dec. 1544.  
Vide Indic. exegetic - - 18 Dec. 1544

Lib. 2.

Ep. 1. P. l. 3 ep. 10, C., Joan-  
ni III. Regi Lusitaniæ.  
Cocino , 20 Jan. 1545 - 20 Jan. 1545  
2. T. l. i ep. 10, C., R. P.  
Ignatio Lojolaæ Præp.  
Gen. Soc. Jesu. Cocino ,  
27, C. 22 Jan. 1545 - Jan. 1545  
3. P. l. 3 ep. 11, C., M. Si-  
moni Roderico. Cocino ,  
27, C. 22. Jan. 1545 - Jan. 1545  
4. T. l. i ep. 8, C., Socie-  
tati Romam. Indid. 27  
Jan., C. 8 Feb. 1545 - 1545

Tribus his ultimis Epistolis levis quidem est  
Tursellinum inter, et Cutillatem dierum varietas ;  
sed cum in postrema alius præterea sit mensis, lo-  
cusque, crediderim, Cutillatem ea potius ex ali-  
quo apographo, quàm arbitrio suo commutasse :  
quod idem dicendum de Subscriptione, quam edit,  
propemodum singulari :: Vestex minimus frater  
Tom. I.      g      in de-

in destitutione maxima. Franciscus. Profectò ex aliis Epistolis, Januario hoc mense, proximoque Decembri Cocino datis, certum est, ac manifestum, eas ex itinere Travancoride Goam, et in reditu fuisse conscriptas. Illud vero, quod in hac Xaverius de loco dicit :: In hoc Travancoridis Regno, ubi versor, posset, ni fallor, habitum potius locorum, in quibus fere tunc habitaret, quàm ejus, quà transiret, significare. Nec quidquam in eadem video Epistola, quo valeat dierum 12 varietas ista definiri. Porrò Lucena Xaverium facit Cocino die 27 Jan. scribentem cum Societati Romam, tum etiam Mansillæ.

## EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 2.

Ep. 5. P. l. 3 ep. 12; T. l. I  
ep. II; C., Francisco  
Mansillæ. Negapatano 7

Apr.; C. Mart. 1545 - 7 Apr. 1545

Quem Aprilem mensem Tursellini excerptum, eundem integra Possini Epistola, Cutill. non visa, repræsentat: quorum proinde fidem, ac testimonium infirmo Cutill. argumento præferimus. Est autem hoc unum Cutill. argumentum: constat, Xaverium jam inde a 25 Martii 1545, Nagapatano Meliaporam solvisse; hac scilicet epistola indidem missa, die Martii 7, certè ante 7 Apr. Verum a Tursellino, Garzia, atque Massejo rescire potuerat, navim, quam Xaverius Nagapatani conscenderat, fæda tempestate coorta, eodem  
revol-

revolvere  
Massejo tes  
marum. Q  
luc repulsus  
die 7 Apri  
cenam mir  
usque pred  
EPISTOLA  
Ordo novus  
Lib. 2.  
Ep. 6. T

Quæ C  
pauca, et  
ejusdem p  
præ manib  
nem, nova  
pe: Veste  
7. T

Non obs  
Epistolam  
emendari  
gumenti si  
rem, a se  
ipse addit  
tola, præ

revolvere coactam fuisse. Conscenderat autem, Massejo teste, die 29 Mart., ipsa Dominica Palmaram. Quare potuit Xaverius, ventorum vi illuc repulsus, dum terra Meliaporam ire contendit, die 7 Aprilis Mansillæ Negapatano scribere. Lucenam miror, qui Xaverium Cocini ad Aprilem usque perdidit constituisse.

EPISTOLARUM

Ordo novus                      Ordo vetus

Lib. 2.

Ep. 6. T. l. i ep. 12, C., M.

Didaco Borbano, & P.

Paulo Camerti. Ex op-

pido S. Thomæ, 8 Maji

1545 - - - - - 8 Maj. 1545

Quæ Cutillas huic epistolæ adjunxit, tametsi pauca, et levia, satis tamen produnt, aliquod ejusdem præter Tursellini exemplum sibi fuisse præ manibus, ex quo aliam præterea inscriptionem, novamque subscriptionem mutuaretur: nempe: Vester minimus frater. Franciscus.

7. T. l. i ep. 13, C., Socie-

tati in Lusitaniam. Ma-

laca 10 Nov., C. 15

Dec. 1545 - - - - - 10 Nov. 1545

Non obscure innuit Cutillas in Præfatione, hanc Epistolam ex Apographo hispano augeri à se, et emendari. Sanè dissertè ait, alteram ejusdem argumenti simul ad eosdem missam, utpote brevior, a se fuisse prætermisam. Cum vero quæ ipse addit, omnia sint in sequenti Tursellini epistola, prætereaque non pauca, videtur, et Apogra-

## PROLEGOMENA

phum illud ex utraque conflatum, et longior altera Tursellini epistola immeritò ab eo neglecta. Quin et dies datæ epistolæ, qui in utraque Tursellini est 10 Nov., Cutill. 15 Dec., in alterutro saltem Cutill. ecgrapho corruptius planè est: nisi pravum est illud Tursellini epistolæ ::: Nuper Malacam pervenimus; siquidem Xaverius 15 Sept. Malacam appulit, Massejo, et Garzia testibus, A quibus non multum abscedit Xaverius Literis Amboino datis, ubi ait, se Malacà 1 Jan. solvisse, postquam ibidem tres menses, et eo amplius commoratus est. Adde, sequentem Epistolam 8, in qua ::: Unum jam, inquit, dimidiatumque mensem Malacæ sedeo ::: Hinc post tantumdem temporis, Deo approbante, solvemus. Ego quidem, dum superius illud ::: Nuper Malacam pervenimus, et hoc inferius ::: Unum jam, dimidiatumque mensem ::: invicem conferebam, vix adduci poteram, ut crederem, utramque Epistolam eodem die fuisse conscriptam; quin putabam certius, priorem illam in Octobrem, vel etiam Septembrem mensem anteferendam. Cum vero in hispana editione illud Nuper deesse animadverti, tempus idem utrique a Tursellino suffixum retinui: quamquam ex eadem hispana editione probabile videtur, priorem istam die 15 Dec. fuisse datam.

### EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 2.

Ep. 8. T. l. i ep. 14, Societati  
in Lusitaniam. Malaca,

10 Nov. 1545 - - - 10 Nov. 1545

Nu-

Nuper in  
huic etiam  
addere, qua  
Sociis, qui  
Ego, inquit  
morinum pu  
Goæ maner  
stola nobis  
Patribus Pa  
nio Crimin  
1545. Hac t  
Nunc rescr  
litteras simu  
Dec., has  
dierum inter  
num, et Cu  
diem 15 De  
tem fortasse  
alia data s  
favet, quod  
læ, Societa  
continetur:  
lam secunda  
denuò Goan  
perfecta ra  
Vera ut non  
fore credide

Nuper in superiorem Epistolam disputatis, quæ huic etiam communia sunt, juvat hęc suspicionem addere, quæ mihi ex hac suborta est. Quippe de Sociis, qui e Lusitania Goam appulerant :: His Ego, inquit, nunc scribo, ut eorum duo in Comorinum promontorium proficiscantur :: Tertium Goæ manere jubeo. Id quod fecit Xaverius epistola nobis decima consequente, Possino 13 l. 3 Patribus Paulo Camerti, Joanni Beiræ, Antonio Criminali, et ceteris Sociis data 16 Dec. 1545. Hac temporis nota cum superioribus verbis :: Nunc rescribo, collata, suspicari cæpi utrasque literas simul fuisse conscriptas; illas scilicet 15 Dec., has vero 16 ejusdem mensis, sine illo 40 dierum intervallo. Cogitabam præterea, Tursellinum, et Cutillatem quorum hic utrique epistolæ diem 15 Dec., ille 10 Nov. adtribuunt, veritatem fortasse quemque suam tetigisse; ut earum alia data sit 10 Nov., alia 15 Dec. Suspicioni favet, quod pars secundæ hujus Tursellini epistolæ, Societati in Lusitaniam, in Cutillatis prima continetur: cui si pariter adjunxeris postremam illam secundæ Tursellini partem, in qua de Sociis denuò Goam appulsis est sermo, congrua erit, et perfecta ratio temporum, ceteroquin perturbata. Vera ut non sit tota hæc divinatio, utilem tamen fore crediderim rei diligentius ab aliis indagandæ.

## EPISTOLARUM

Ordo novus      Ordo vetus

Lib. 2.

Ep. 9. T. l. 3 ep. 3, M. Simoni  
 Roderico. Malacà 22  
 Jun. 1549; C., 5 Dece.

1545 - - - - - 5 Dec. 1545

Inscriptio apud Cutill. P. Simoni. Paulò ante  
 finem epistolæ, ubi Tursellino: explicatam habe-  
 ant; Cutill. explicatam Rex habeat. Cetera præ-  
 ter notationem temporis, et subscriptionem inter eos  
 optimè conveniunt. Cutill. autem ecgraphi chro-  
 nologiam prætulimus, quòd ejus argumentum su-  
 perioribus :: Societati in Lusitaniam, planè con-  
 sonat. Subscriptio verò apud eundem hæc est:  
 Vester in Christo amantissimus Frater. Franciscus.

10. P. l. 3 ep. 13, C., PP.

Paulo Camerti, Joanni  
 Beiræ. Malaca, 16 De-

cemb. 1545 - - - - - 16 Dec. 1545

11 P. l. 2 ep. 2, Animabus  
 salutis æternæ cupidis.

12. P. l. 2 ep. 1, Catechistis  
 e Societ. J. per Indias.

13. P. l. 4 ep. 1, Catechetica  
 ad Molucenses, an. 1546.

} 1546

Video equidem, Epistolam undecimam, ac duo-  
 decimam, tametsi nullo temporis signo distinctas,  
 ante epistolas anni 1544, congruo sanè loco, ac  
 tempore a Possino fuisse collocatas: sed cum Ca-  
 techetica ad Molucenses, eodem teste, anno 1546  
 scripta, ob argumenti similitudinem visa sit illis

con-

conjungenda  
 pus conferr  
 EPISTOL  
 Ordo novu  
 Lib. 2.  
 Ep. 14.

Hujus  
 trignanio  
 Neque eni  
 ut est ap  
 lacà - per  
 trimestre  
 ad dimidi  
 est a X  
 mam. X  
 bis lib.  
 Kal. Jan  
 Mart. ap  
 latis apog  
 Malaca  
 die 14  
 lib. 2 c.  
 laca prof  
 Amboini  
 die 14  
 est, ut  
 Tursellin  
 tituimus  
 Kal. Ma  
 penes ap



IN S. XAVERIUM. ciii

*conjungenda, omnes eas in hunc locum, et tempus conferre, visum est accommodatius.*

EPISTOLARUM

Ordo novus                      Ordo vetus

Lib. 2.

Ep. 14. T. l. 1 ep. 15, Societati

Goam. Amboino 10, C.

8 Maji 1546 - - - Maj. 1546

*Hujus epistolæ apud Tursellinum menda, a Patrignano Italicè reddita, e Cutillate correximus. Neque enim a die 10 Jan. ad 17 ejusdem mensis, ut est apud illos, potuit Xaverius Amboinum Malacæ pervenire; nec si tam brevi pervenisset, trimestre solum tempus ibidem substitisset usque ad dimidiatum fere consequentem Majum; quod est a Xaverio proditum epist. 17 Societati Romanæ. Xaverius ipse, Tursellini lib. 2 ep. 2, nobis lib. 2 ep. 16, ita loquitur :: Ego Malaca Kal. Jan. Molucum versus discessi, XVI. Kal. Mart. appuli ad Amboinum. Cui consonat Cutillatis apographum hac epist. 14: die 1 Jan. 1546. Malaca solvimus :: ad Amboinum appulimus die 14 Febr. consequentis. Franciscus Garzia lib. 2 c. 2, Xaverium, ait, ineunte Januario Malaca profectum, post sesquimensem, die 16 Febr. Amboini portum subiisse. Fortasse biduum illud a die 14 ad 16 prope eandem Insulam contritam est, ut olim Lucena a pag. 224. monuerat. In Tursellino ad IV. Idus (forte Nonas) Jan. substituiimus Kal. Jan., et pro XVI. Kal. Febr., XVI. Kal. Mart. De die octavo, sive decimo fides sit penes apographa.*

Dec. 1545  
Paulò ante  
am habe-  
etera præ-  
inter eos  
phi chro-  
ntum su-  
planè con-  
hæc est:  
Franciscus.

Dec. 1545

} 1546

ac duo-  
distinctas,  
loco, ac  
cum Ca-  
no 1546  
sit illis  
con-

## EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 2.

Ep. 15. T. l. 2 ep. 1, C., P. Paulo Camerti, ex Amboino, 10 Maji 1546 - - 10 Maj. 1546

Quæ apud Cutill. addita sunt, dempta, et commutata, tametsi re levia, gravi sunt mihi argumento, pluris illi suum fuisse apographum, quàm Tursellini.

16. T. l. 2 ep. 2, C., Sociis Comorinensibus, PP. Antonio Criminali, et Joanni Beiræ. Indid., 10 Maji 1546 - - - 10 Maj. 1546

Cutillas hanc Epistolam emendatiorem dedit, et auctiorem, quàm Tursellinus. Ex illo Joannem Beiram, notum alioqui nomen, Francisco suffecimus. Mansille socium apud Comorinenses Tursellinus Franciscum Lisianum, Cutillas Joannem solum appellat; quem suspicor, epistola Possini nona libri 3, nobis 41 libri 1, nuncupari Joannem de Lizana.

17. T. l. 2 ep. 3, C., Societati Romam. Amboino, 10, C. 8 Maji 1546; corrige 1547 - - - Maj. 1547

Idem est annus 1546 in omnibus editis latinè, italicè, et hispanicè. Tursellinus, qui huic tres alias præposuit, eodem die Amboino datas, cum tamen hæc ordine dignitatis deberet aliis eodem die scriptis anteire, visus est annum 1547 notare

voluis-

voluisse; i  
mam editio  
tillas, ord  
teposuit, h  
hæc sint,  
cas fuisse  
lucum, et  
vero episto  
Insula tre.  
Molucense  
Molucenses  
Mauricam  
duntur Ep  
sa Januari  
inquit :: t  
tri spatio  
ubi totid  
las, quas  
tri spatio  
vi omnia  
tianorum  
ubi tres i  
mam :: d  
vela feci  
fuere. In  
norum na  
dies vigin  
dinus, Fr  
num esse  
racto Mol  
April. inc  
spectatis

voluisse; ubi forte mendum a Typothetis in pri-  
 mam editionem; tum in reliquas, inductum. Cu-  
 tillas, ordine Tursellini neglecto, eam ceteris an-  
 teposuit, habita nimirum dignitatis ratione. Utus  
 hæc sint, legenti superiores tres epistolas patebit,  
 eas fuisse a Xaverio scriptas, antequam in Mo-  
 lucum, et Mauricam insulam se conferret. Hac  
 vero epistola 17, postquam dixit, se in Amboino  
 Insula tres substitisse menses, decursum jam iter  
 Molucense prolixè narrat, tum et miram illam  
 Molucenses inter et ipsum contentionem, nè in  
 Mauricam discederet. Eadem multò enucleatius tra-  
 duntur Epistola 21 Societati Romam, Cocino mis-  
 sa Januario mense 1548: Ubi :: In Amboino,  
 inquit :: tres menses sum commoratus :: Trimes-  
 tri spatio exacto :: continuò trajeci Molucum,  
 ubi totidem menses consumpsi :: inde in Insu-  
 las, quas Mauricas vocant, transmisi :: Trimes-  
 tri spatio (tandiu enim ibi moratus sum) lustra-  
 vi omnia Christianorum loca :: Omnibus Chris-  
 tianorum pagis perlustratis, reverti Molucum,  
 ubi tres item menses contrivi :: Sub quadragesi-  
 mam :: digressus ex Moluco, Malacam versus  
 vela feci. Nec vero occupationes in itinere de-  
 fuere. In Insula quadam obvia quatuor Lusita-  
 norum naves cum offendissem, substiti apud eos  
 dies viginti: *Quam Insulam Tursellinus, Orlan-*  
*dinus, Franciscus Garzia, et Massejus, Amboi-*  
*num esse consentiunt. Addit autem Massejus, pe-*  
*racto Moluci paschate, (quod anno 1547 in 10*  
*April. incidebat) in Amboinum solvisse. Quare,*  
*spectatis temporibus, hæc Epistola in octavum,*  
 vel

Maj. 1546  
 a, et com-  
 ibi argu-  
 n, quàm

Maj. 1546  
 edit, et  
 Joannem  
 suffeci-  
 Turselli-  
 nem so-  
 sini no-  
 Joannem

Maj. 1547  
 latinè,  
 hic tres  
 s, cum  
 eodem  
 notare  
 oluis-

vel 10 diem consequentis Maji commodissimè refertur, quippe data navibus ex Amboino in Indiam proficiscentibus, quarum omnes Auctores dicti meminerunt.

Adde, quod hujus epistolæ 17 initium, nempe :: Scripsi ad vos anno superiori, Reges duos in insula, quam Macazariam appellant :: ad Christi religionem esse traductos, indicat Epistolam anni 1546, de qua in alia 21 Societati Romam, Cocino an. 1548 scripta ex apographo hispano apud Cutillatem ait :: Anno 1546 (Tursellino 1548 errore manifesto) scripsi ad vos pluribus verbis de Insulis Molucis. Porrò in ea Epistola, quæ adhuc desideratur, videtur Xaverius, rebus, cominùs, adeòque meliùs inspectis, illa correxisse, quæ Societati Romam Cocino scripserat Jan. 1545, dicens :: In regno Macazariensi :: tres Dynastæ cum aliis pluribus ad Christum aggregarunt sese. Nempe Cocini tres Dynastas audierat, quos in Amboino deinceps duos fuisse Reges cognovit. Præterea in eadem epistola 17 :: Intra mensem, ait, proficisci in Insulam cogito :: Causa proficiscendi est, quòd a tam nefariis sceleribus, ac flagitiis ad Christianam pietatem converti velle cognovi. Hæc qui cum omnibus, quæ de Maurica dixerat, conferre voluerit, facilè dignoscet, Xaverium tunc temporis non Mauricam, sed aliam omninò Insulam cogitasse: earum puto aliquam, in quas ex Amboino divertisse, labente an. 1547, ejusdem historici commemorant.

Ne quid tamen dissimulem, quo sentiam me commoveri, in medium proferam difficultatem, cui  
hacte-

bactenus d  
rum, colla  
morinensib  
eisdem agi  
simul fuisse  
verba :: I  
Molucas  
Scilicet an  
licto, in M  
illi reipsa  
verum fa  
narrationib  
nem, nisi  
tis accurat  
quod in a  
demus, d  
Romam m  
unam coal  
sideratur,  
sunt pertu  
textas, v  
rò hujus e  
niam scrip  
Ind. tom.  
hanc nega  
re, quam  
dam, ab  
adfixit.

bactenus disputata obnoxia esse perspicio. Nimirum, collata Epistola decima sexta ::: Sociis Comorinensibus, cum illa hujus parte, in qua de eisdem agitur, certum planè videtur, utramque simul fuisse conscriptam. Notanda in primis hæc verba ::: Nunc verò, mutata sententia, eos in Molucas insulas anno proximo venire jubeo. Scilicet anno 1546. eis præcepit, ut, Comorino relicto, in Molucas anno sequenti venirent; quod et illi reipsa an. 1547 præstiterunt. Ego quidem, ut verum fatear, hanc cum aliis ejusdem epistolæ narrationibus conciliandi non aliam video rationem, nisi forte volumus, aut interpretem non satis accurate autographi sententiam expressisse, aut quod in aliis etiam Tursellini epistolis factum videmus, duas scilicet Xaverii epistolas Societati Romam missas annis 1546, & 1547, in hanc unam coaluisse. Namque illarum altera certò consideratur, et hujus, quæ extat, narrationes ad eò sunt perturbatæ, ut eas ita a Xaverio fuisse contextas, vix, aut ne vix quidem crediderim. Porro hujus epistolæ particulam tanquam in Lusitaniam scriptæ protulit Maffejus Comm. de Rebus Ind. tom. 2 p. 7. Illud mihi certum, nullam, si hanc negaveris, Xaverii epistolam nobis suppetere, quam 1547 anno scripserit; mox enim ostendam, ab eo esse removendas, quas Cutillas eidem adfixit.

## EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 2.

Ep. 18. P. l. 4 ep. 2, C., Joanni III. Regi Lusitaniæ.

Cocino, 16 Jan. 1547,

Poss. 20 Jan. 1548 - -

Jan. 1548

Ut verum Cutillas diem Januarii mensis posuerit, certe annum a Possino expressum perperam mutavit. Etenim Xaverius ipse epistola 21 Societati Romam Cocino missa, manifeste docet, se Malacà in Molucum anno 1546, profectum, eodem ante Julium 1547 non revertisse. Cumque in eadem Malaca menses quatuor substitisset, Cocinum die Jan. 13 consequentis anni pervenit, teste eodem in hac ep. 18. Hujus igitur Chronologia mendosa est apud Cutillatem, a quo etiam in epistola contextu nonnulla omittuntur, quæ Possinus ediderat.

19. T. lib. 2 ep. 4, C., R.

P. Ignatio Lojolaæ Præp.

Gen. Soc. J. Cocino, 20

Januarii 1548 - - - 20 Jan. 1548

Cutillas, qui cetera Tursellino consonat, inscriptionis illud R. P. in P. M. commutavit.

20. T. l. 1 ep. 5, C., M. Simo-

ni Roderico. Cocino, 20

Jan. 1548, C., 1547 - 20 Jan. 1548

Cutillas eodem hic refellendus est argumento, quo ep. 18.

21. T. l. 2 ep. 6, C., Socie-

tati Romam. Cocino, 21,

C. 26 Jan. 1548 - - 21 Jan. 1548

Egre-

Egregie  
edidit Cu  
conficiunt  
quartam  
tertiū qua  
nonnulla,  
pus non a  
21, ut es  
tur ex ea  
cum perv  
Januarii,  
potest octo  
mum prof

## EPISTOLARUM

Ordo novus

Lib. 2.

Ep. 22.

Hanc i  
summam  
Garzia l.  
dies 15 C  
tratis ex  
eoque ad  
se. Quib  
rii Cocino  
dem ante  
bere. Sun  
S. Xaver

Egregiæ hujus epistolæ fragmenta duo hispanicè edidit Cutillas, quæ tertiam ferè illius partem conficiunt. Ex his quod longius est, priorem ejus quartam partem superat; brevius vero ad finem tertii quadrantis pertinet: E quibus emendavimus nonnulla, et adjunximus. Jam vero descriptionis tempus non ad 26 diem, ut Cutillas inculcat, sed ad 21, ut est in Tursellino, referendum esse, probatur ex eadem epistola: Octavus est dies, inquit, cum perveni in Indiam: Pervenit autem die 13 Januarii, teste eodem Xaverio epistola 18; nec potest octavus abhinc dies ultra vigesimum primum proferri.

## EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 2.

Ep. 22. P. l. 4 ep. 3, Patribus  
Soc. Jesu oram Travancor  
coris excolentibus. Feb.

an. 1548 - - - - - Feb. 1548

Hanc integram fere, pauculis recisis, vel in summam contractis, edidit hispanicè Franciscus Garzia l. 2 c. 13: ubi animadvertit, Xaverium, dies 15 Cocini commoratum, inde Manaparem, lustratis ex itinere Christianorum pagis, concessisse, eoque advocatis sociis institutionem istam tradidisse. Quibus fit, ut Xaverius sub diem 28 Januarii Cocino Manaparem profectus, vix potuerit ibidem ante Februarii finem hanc Epistolam conscribere. Summam ejus dederat Tursellinus l. 3 vitæ S. Xaverii c. 13; & c. 14 de Xaverio ait: ipse  
in

in exitu Februarii mensis anno post Christum natum 1548 venit Cocinum. Tursellini chronologia, gestorumque ordini subscripsit Orlandinus lib. 8 n. 110: ab utroque recedit Franciscus Garzia, novis utique instructus monumentis; apud quem Xaverius ab ora Piscaria Ceilanum contendit, cuius Rege ad Christi legem adducto, cum ejusdem Legato Goam ad 20 Martii pervenit. Jam verò Xaverium Februario exeunte in Lusitaniam et Romam Cocino misisse literas, nec ullis earum, quæ quidem prodierint, subscriptionibus evincitur, nec aptiore rerum gestarum ordine.

## EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 2.

Ep. 23. T. l. 2 ep. 7, C., Jacobo  
Pereriæ Malacam. Goà,

2 Apr. 1548 - - - 2 Apr. 1548

Ex hispano apographo descriptam edidit Cutilias, quo Tursellinum emendavimus, ubi ait: Prætor hibernare me voluit Goæ: quibus ex hispano substituimus: Prætor mihi, ut huc venirem Goam, mandavit. Ex eodem pariter correximus illud de socio Francisci Perez ::: Alterum hujus Administrum: in hispano ::: Alterum nondum Sacerdotem. Erat hic Rochus Oliveira, Scholasticus, egregius ludimagister.

24 T. l. 2 ep. 8, C., P. Francisco Henrico in Travancoridem. Punicali,  
22, C. 19 Octob. 1548 -

Oct. 1548  
Mas-

Massejus l.  
diem Sept.  
tum eodem  
cinum abii  
scaria, via  
Xaverianæ  
laxius profese  
venit de bi  
commoration  
mus Cocino  
rio consequ  
ignotam, C  
omnibus ap  
finem Octo  
menses Coc  
cembris.  
distantiæ,  
etiam conf  
vitandus e  
Comorino C

## EPISTOLARUM

Ordo novus

Lib. 2.

Ep. 25. I.

Hujus a  
Ignatius C  
apud D. S  
suitarum  
provinciæ



Massejus l. 2 c. 14 Xaverium prodit sub octavum diem Sept. Goà in oram Piscariam profectum; tum eodem reversum, sub finem Octobris Goà Cocinum abiisse. Cum vero Punicale sit in ora Piscaria, viderit lector, an Massejana chronologia Xaveriana respondeat, ut triduum illud Cutill. laxius proferatur. Massejo utique cum Garzia convenit de bimestri fere Xaverii tunc apud Cocinum commoratione. Atqui sex Xaverii epistolas habemus Cocino missas mensibus Januario, ac Februario consequentis anni 1549; et aliam, hactenus ignotam, Goà missam 22 Dec. 1548: ex quibus omnibus apparet, Xaverium Punicali Goam ante finem Octobris non revertisse, nec duos eundem menses Cocini hærere potuisse nisi forte a fine Decembris. Atque hæ temporum notæ, locorumque distantia, accurate pensandæ, et cum Orlandino etiam conferendæ lib. 8 a n. 126; in quo tamen vitandus error, quo Xaverium ait die 22 Oct. ex Comorino Goam Cocino pervenisse.

EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 2.

Ep. 25. Inedita. P. Ignatio Martinio Soc. Jesu. Goà 22 Dec. 1548

Hujus apographum Hispanum Romæ misit D. Ignatius Guerra, monuitque autographum extare apud D. Sanctos Guidium, Lusitanorum olim Jesuitarum vice-Provincialem, qui illud a Goanæ provinciæ patribus accepit, a Lusitano quidem (ut vi-

(*ut videtur*) conscriptum, at Xaverii manu subscriptum: initio autem præponi signum JESUS. His addo, in ea literarum particulâ, quæ post initium modò legi non potest, latère, ni fallor, Præpositi nomen, ad quem referuntur Hispanica verba: A su Rra, Latinè versa: Ad Rev. Dominum.

## EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 3.

Ep. 1. T. l. 2 ep. 9, C., P. M.

Ignatio Lojolæ Præp.

Gen. Cocino, 14 Januar.

1549 - - - - - 14 Jan. 1549

Videsis, eandem inter indicas literas ab anno 1555 editas Venetiis, ex qua subscriptionem addidimus: ex eadem, et ex Cutillate addita inscriptioni litera M., quæ in Tursell. deest.

2. T. l. 2 ep. 10, Eidem.

Cocino, 14 Jan. 1549,

C., Goa, 15 Febr. - - 14 Jan. 1549

Undecumque notationem illam et loci, et temporis Cutillas noster deprompserit, adversatur utique textui epistolæ de P. Cypriano dicentis :: Discessurus est, exeunte Januario: quæ verba longiori commentatione non indigent. Nequis tamen miretur, duas simul literas Eidem S. P. Ignatio a Xaverio fuisse conscriptas, legat, quæso, initium hujus Epistolæ :: Trinas ad te dedi litteras eodem ferè exemplo, fusissimè autem scriptas M. Simoni commendavi.

EPIS-

## EPISTOLA

Ordo novus

Lib. 3.

Ep. 3. P.

Qua ratione  
annum inter  
minimè ver-  
jus epistolæ

Vazii; ut  
derico, quæ  
scribit: ubi  
paulo ante  
quòd in e-  
Lusitaniam  
quem anno  
et accuratè  
apographum  
in eodem  
de Conde  
Latinè Co

4. T

Ubicumque  
tolam 28  
verbis, a  
dem Simon

Tom. I.

EPISTOLARUM

Ordo novus                      Ordo vetus

Lib. 3.

Ep. 3. P. l. 4 ep. 6, C, Joanni

III. Regi Lusitaniæ. Co-  
cino; 25 Januarii 1549;

C., 1548 - - - - 26 Jan. 1549

*Qua ratione ductus Cutillas Possini chronologiæ annum integrum subtraxerit, nusquam invenio: minimè vero subtrahendum, evincit particula hujus epistolæ in qua de nupera morte Michaëlis Vazii; ut etiam in epistola quarta Simoni Roderico, quam vel ipse Cutillas 28 Jan. 1549 adscribit: ubi plura præterea narrantur, de quibus paulo ante Vazius cum Xaverio egerat. Adde, quòd in eadem Fr. Joannem de Villa-Condea in Lusitaniam proficiscentem Regi commendat; quem anno elapso ep. 18 l. 2 eidem Regi sedulo, et accuratè scribentem commendarat. Accedit apographum lusitanum, in quo est 26 Jan. 1549: in eodem P. Fr. Joannes cognominatur de Villa de Conde; quare pro Comdea scripsi Condea, Latine Comitæ.*

4. T. l. 2 ep. 11, C., M.

Simoni Roderico. Coci-  
no, 28 Jan.; T. 2, Fe-

bruarii 1549 - - - - 28 Jan. 1549

*Ubicumque viderit Cutillas, datam hanc Epistolam 28 Januarii, is sanè videtur accommodatior verbis, ac rebus, mox ex aliis literis ad eundem Simonem datis, afferendis.*

Tom. I.

h

EPIS-

i manu sub-  
m JESUS.  
i, quæ post  
ni fallor,  
r Hispanica  
Rev. Do-

Jan. 1549  
as ab an.  
onem addi-  
ita inscri-

Jan. 1549  
et tempo-  
satur uti-  
tis ::: Di-  
verba lon-  
uis tamen  
. Ignatio  
æso, ini-  
di litteras  
a scriptas

EPIS-

## EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 3.

Ep. 5. P. l. 4 ep. 7, C., P. Simoni Roderico Soc. J.

1 Febr. 1549: C., Mal-

laca, 21 Junii - - - 1 Febr. 1549

*Vereor, ne Cutilias indicatas varietates in his literas induxerit, quod civēs Malacenses eas deferrent, aliasque videret Malacæ tunc temporis a Xaverio scriptas. Vereor etiam, nè studiosè verba illa Possiniana, quæ statim subjiciam, ita hispanice reddiderit, ut præjudicatae suæ opinioni congruerent. Quidquid sit, nihil omninò in Possiniana video, quominus libens eidem subscribam. In ea notatu digna hæc habeo :: Ne mireris, inquit, quod scribam ad te sæpius :: (hæc mihi suadent, superiores literas antea fuisse scriptas). Ferunt etiam literas P. Francisci Perez, quibus, puto, illum :: explicare, quo successu functiones :: illic exercentur: nec tacebunt de Sinicis, Japonicisque rebus; in ea enim urbe diù fuerunt :: Has tu litteras Malacensibus nostris inscribas, censeo. Illis enim tradita earum autographa :: servabuntur ibi. Quæ sanè persuadent, hanc epistolam non Malacæ, sed Cocini potiùs conscriptam, ubi Xaverius die 1 Febr. versabatur: nec arbitrator, alia de causa locum a Possiniana non assignari, nisi quod in aliis simul missis exprimeretur; aut sit aliquid describentis vitio tribuendum.*

EPIS-

## EPISTOLARUM

Ordo novus

Lib. 3.

Ep. 6.

Possiniana

Jan. inscribitur

hispanicè

2 Febr. 1549.

ma tantum

cta, et ad

1549. Apud

fidem con-

in quem

verba ::

quas dare

runt huc

deterrebitur

quam, ut

ita Deo

vit episto-

li proximè

nostræ S.

Nunc Eg-

cum iter

rem. E-

tantis reb-

Aprilem

Xaverius

tium Febr.

## EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 3.

Ep. 6. P. l. 4 ep. 5 ; T. l. 2 ep.  
12, C., P. Simoni Ro-  
derico Societ. J. Cocino

2 Febr. 1549 - - - 2 Febr. 1549

Possinus, qui autographum laudat, diem 25 Jan. inscribit anni 1549: Cutillas, qui eandem hispanicè adamussim vertit, tempora commutat in 2 Febr. 1548: Tursellinus denique, a quo postrema tantum ejusdem pars edita est, eaque contracta, et aliquantum mutata, datam refert 26 Febr. 1549. Apographis tam mire variantibus, duorum fidem contra unum secutus, anno 1549 subscripsi: in quem utique conveniunt hæc ejusdem epistolæ verba :: Postquam omnes litteras perscripsi, quas dare constitueram in Lusitaniam :: appulerunt huc Malacà naves :: Non tamen hoc me deterrebit a tentanda profectio in Japoniam; quam, uti jam significavi tibi, me decrevisse, ita Deo juvante, suscipiam. Id autem significavit epistola superiore 4 his verbis :: Mense Aprilis proximo in Japoniam cum Cosmo Turriano nostræ Societatis Sacerdote contendere statui :: Nunc Ego Goam contendo, ut me ad Japonicum iter in Aprilem proximum maturè comparer. E Goâ in Cambajam :: proficiscar. Ex tantis rebus, quas magno terrarum tractu ante Aprilem proximum constituendas,olvebat animo Xaverius, conjiciebam, eundem Cocino sub initium Februarii discessisse; ac fortè in Tursellini

h 2

apo-

*apographo mendosè 26 pro 2 Febr. exscriptum fuisse, ut est apud Cutillatem.*

## EPISTOLARUM

Ordo novus                      Ordo vetus

Lib. 3.

Ep. 7. P. l. 4 ep. 4, P. Gaspari  
Barzæo, Armuziam proficiscenti. Goà, Martio

1549 - - - - - Mar. 1549

*Non dubito, quin mendosum in Possino sit ::: Mense Januario, cum et superiores epistolæ Januario, et Februario mensibus Cocino sint datæ, et earundem quarta Simoni Roderico narret, se Goam contendere: quin et statuisse, Antonium Gomez Armuziam mittere, Magistrum autem Gasparem in Collegio S. Fidei permanere: quam deinceps mutavit sententiam, ut olim notarat Orlandinus. Accedit, quod naves Goà in Armuziam non ferè ante Martium solvebant, teste eodem Xaverio ep. 21 die 5 Nov. 1549 Antonio Gomez scripta: Epistola autem Octava mense Aprilis ad P. Paulum Camertem missa, de Gaspare Armuziæ degente loquitur. Ex quibus conficibam, Epistolam Barzæo Armuziam proficiscenti, mense Martio datam fuisse; in qua etiam sententia Orlandinus me confirmabat, qui l. 9 n. 127 prodit, Paschale festum, quod eo anno in 21 Apr. incidebat, a Barzæo in itinere Armuziensi fuisse celebratum. Denique P. Nicolaus Trigault in Barzæi vita l. 1 c. 16 ::: Exeunte, inquit, Martio anni 1549, Gaspar cum socio Raymundo Pereira*

reira Goà  
amplius a  
ret. Verù  
annuæ Soc  
datæ in q  
minicà Pa  
diem 14

## EPISTOL

Ordo novus

Lib. 3.

Ep. 8. I

Aprilis  
Xaverium  
annis. P  
inde 25 A  
landino,  
ut potueri  
tamen a s  
ficiscens i  
positum ::  
a me reli  
9. I

P. Cut  
Malacà m

reira Goà solvit Armuziam versus, octiduo non  
 amplius ante quam B. Xaverius Japoniam pete-  
 ret. Verùm huic ultimæ notæ adversantur literæ  
 annuæ Soc. J., eodem anno Goà in Lusitaniã  
 datæ in quibus legi Xaverium Goà solvisse Do-  
 minicã Palmarum labentis anni 1549, quæ in  
 diem 14 Aprilis incidebat.

EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 3.

Ep. 8. P. l. 4 ep. 8, P. Paulo  
 Camerti Soc. J., Re-  
 ctori Collegii Goani.

Mense Apr. anni 1549 - Apr. 1549

Aprilis mensis die 14 Goà in Japoniam solvisse  
 Xaverium deteximus numero præcedenti, ex literis  
 annuis. Paucis autem diebus Cocini commoratus,  
 inde 25 April., eodem Xaverio ep. 10, et 14, Or-  
 landino, et Massejo Testibus, discessit. Quare,  
 ut potuerit hæc epistola Cocino etiam scribi, Goæ  
 tamen a se conscriptam his verbis significat :: Pro-  
 ficiscens in Japoniam Te Goano Collegio Præ-  
 positum :: obsecro :: Fac, amabo Te, hanc tibi  
 a me relictam abeunte chartam :: relegas.

9. P. l. 4 ep. 9, C., Joanni  
 III. Regi Lusitaniæ.

Malaca, die Festo Cor-  
 poris Christi; C. 17.

Jun. 1549 - - - - - 20 Jun. 1549

P. Cutillas omnibus Epistolis, hoc Junio mense  
 Malacã missis, alios omninò dies ab editis apud  
 h 3 Tur-

*Tursellinum, Possinumque (quas nempe viderit) adscripsit: et quem hi diem 20 Jun., festum Corporis Christi, describunt, hunc ille, tacito festo, in alios anteverit. Cum vero ipse epis. 10 Societati Goam, quam, ait die 2 Jun. datam, festi Corporis Christi meminerit, qui anno illo fuit dies Junii vigesimus, manifestum est, ejus apographa, siqua fuere, hoc loco mendosa fuisse. Itaque veteribus illorum editionibus subscribere placuit.*

EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 3.

Ep. 10. P. l. 4 ep. 11, T. l. 3  
 ep. 1, C., PP. Paulo Camerti, Antonio Gomezio :: Malaca, 20 Jun.

1549 - - - - - 20 Jun. 1549

*Tursellinus, ut Epistolam ipsam, sic ejusdem inscriptionem paucis complectitur: Societati Goam. Cutillas, qui Tursellini potius, quam Possini textum sequitur, Praefecti Malacensis nomen expressit: D. Petrum de Silva. Cetera vid. in Ind. exeg.*

11. P. l. 5 ep. 1, T. l. 3 ep.  
 2, C., P. Joanni Beiræ.  
 Malaca, 20, C., 6 Junii 1549 - - - - - 20 Jun. 1549

*Cutillas Tursellino ferè congruit; sed an eundem hispanice verterit, incertum. Vid. Indic. exeg.*

EPIS-

EPISTOLA  
 Ordo novus  
 Lib. 3.  
 Ep. 12. T

13. P.

14. P

15. P.

16. P

17. P

18. T

P. Cutill  
 ri, quam p  
 est, adden  
 te apograp  
 præ manio  
 nas prodid



EPISTOLARUM

Ordo novus                      Ordo vetus

Lib. 3.

- Ep. 12. T. l. 3 ep. 4, C., Societati Romam. Malacà 22, C., 18 Jun. 1549.  
*Vide epist. 9 - - - 22 Jun. 1549*
13. P. l. 5 ep. 3. PP., et FF. Collegii Conimbricensis S. J. Malacà, 22 Junii 1549. V. Ind. exeg. - 22 Jun. 1549
14. P. l. 5 ep. 2, PP. Paulo Camerti, et Antonio Gomezio S. J. Malacà, 22 Junii 1549 - - - 22 Jun. 1549
15. P. l. 5 ep. 4, Eisdem. Malacà, 23 Jun. 1549 - 23 Jun. 1549
16. P. l. 4 ep. 10, Joanni III. Regi Lusitaniæ. Malacà, 23 Jun. 1549 - - 23 Jun. 1549
17. P. l. 5 ep. 5, Joanni Bravio. Malacà, 23 Jun. 1549 - - - - 23 Jun. 1549
18. T. l. 3 ep. 5, C., Societati Goam. Cangoximà, 3 Nov. 1549 - - - 3 Nov. 1549

P. Cutillas post medium hujus epistolæ liberio-  
 ri, quam par erat, interpretandi genere uti visus  
 est, addendis nonnullis, et commutandis: nisi for-  
 te apographum aliquod præter Tursellinum habuit  
 præ manibus, ex quo trajectum e Japonia in Si-  
 nas prodiderit leucarum ferè octoginta, qui Tur-  
 selli-

sellino est dierum 10, aut 12: et alia id genus, in quibus Tursellinum prætulimus: quamquam non pauca huic ex illo adjunximus, vel etiam correximus, præcipuè ubi Cutillati Maffejana et vetus Itala epistola 21 consentiunt, ut cum Meacensia domorum tecta ampliùs nonaginta millibus, et Bonziorum cænobia ultra ducenta recensent. Magnam hujus epistolæ partem edidit Garzia lib. 3 c. 3 & 4: et lib. 2 c. 18.

## EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 3.

Ep. 19. P. l. 5 ep. 8; C., PP.

Gaspari Barzæo, Bal-  
thasari Gago :: Cangoximæ, C. 3, P. 5 Nov.

1549 - - - - - Nov. 1549

Cutillas hanc epistolam primam omnium Cangoximensium collocavit die 3 Nov. Verum res ipsa loqui videbatur, ut superiorem, quæ, vel ipso teste, Magna nuncupatur Epistola, cæteris eodem die datis præponeremus. Huic vero secundum dedimus locum, quòd ipsam spectare videantur illa sequentis verba: Tres illos, quos poposci, Socios ad me mittetis. De eadem agit ep. 22 Antonio Gomezio.

20. T. l. 3 ep. 6, C., Societati Goam. Cangoximæ,

3 Nov. 1549 - - - - - 3 Nov. 1549

21. Ex Maffejo t. 2 p. 100, Societati Jesu, &amp;c. Cangoximæ, 5 Nov. 1549 -

5 Nov. 1549  
EPIS-

Hujus e-  
pius, toti-  
epistola lib-  
in editione  
gnanius in  
sextam re-  
est die 5  
in Europa  
cium. Por-  
easdem al-  
rat, in A-  
inter liter-  
netiis an.  
Scholastic-  
quæ in M

## EPISTOLARUM

Ordo novus

Lib. 3.

Ep. 22.

23.

De Me-  
et nonag-  
ferunt: a-  
Epistola  
3: Tec-  
perhibent  
Viennensi-

Hujus epistolæ priorem quadrantem, et eo amplius, totidem verbis, cætera paucis complectitur epistola libris Tursellini quatuor ad calcem addita in editione Lugdunensi anni 1670, quam Patrignanius in *Versione italica Tursellini libri tertii sextam recenset: utrobique Societati Goam datæ est die 5 Nov. 1549. Sed quare Societati potius in Europam missa videatur, in Præfatione dictum. Porro partem illam epistolæ, quæ res ferè easdem alio prorsus ordine, sed longè brevius enarrat, in Appendicem conjeci. Maffejanam videsis inter literas Indicas Soc. J. Italicè vulgatas Venetiis an. 1565, inscriptam Collegio Conimbricensi Scholasticorum Soc. J.: in qua tamen nonnulla sunt, quæ in Maffejana desiderantur.*

EPISTOLARUM

Ordo novus                      Ordo vetus

Lib. 3.

- Ep. 22. P. l. 5 ep. 7, P. Gomezio S. J. Cangoximà, 5 Nov. 1549 - - - 5 Nov. 1549  
 23. P. l. 5 ep. 6; C., D. Petro de Silva. Congoximà, 5 Nov. 1549 - - 5 Nov. 1549

De Meaco ait Xaverius apud Possinum: Sex, et nonaginta millia domuum in ea censeri referunt: apud Cutillatem: ultra centum millia. Epistola 18, quæ Tursellino est quinta libri 3: Tectis eam amplius nongentis constare perhibent, in editionibus Romana, Colon., et Viennensi: in versionibus itala, et hispana: Amplius

plus centum nonaginta millibus. *Sequenti epistola 24 refert ipse Xaverius: Quondam, ut ajunt, tectorum millibus 180 constabat:: Nunc:: Domorum millia continet amplius 100. Quibus inter se collatis, arbitror, pro: Amplius nongentis, scribendum: Amplius nonaginta millibus, ut est in ep. 21, in cujus itala versione 60000 pro 90000 irrepsit.*

EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 3.

Ep. 24. T. l. 3. ep. 7, C., Socierati Goam. Amangucio, an. 1550; Cutill. addit, 20 Nov. - - -

1550

Mirum sane, quòd in omnibus hujus epistolæ editionibus, quas viderim, annus 1550. eidem adscribatur; cum vel solus ipsius contextus manifestò eam in consequentem annum transferat. Superioribus literis nos docuit Xaverius, appulisse se Cangoximam die 15 Aug. 1549: atque hisce tradit: Annum totum ibidem, eoque amplius commorati sumus:: Inde nos in aliud oppidum profectos Dynasta perhumaniter accepit: ubi dies aliquot commorati:: Cosmo Turriano his neophytis præsidere jussu, Ego cum Jo. Ferdinando Amangucium:: contendimus:: In ea urbe dies permultos morati:: cum exiguus nostrorum laborum ibi fructus extaret, Meacum:: perreximus. Menses in itinere posuimus duos: Meacum ut venimus, dies aliquot expectavimus::

mus:: Am  
duorum sp  
genti; at  
sellinus in  
eum in M  
tum natun  
faventibus  
tutum nar  
to Februar  
Amanguci  
nologia X  
rum ante  
tigit: qui  
addideris,  
fuisse, su  
facile per  
ultrà, cit

Quod s  
periore a  
in Japoni  
vos scrips  
pore De  
indicantur  
et hæ con  
dæ: repon  
ba obscur  
quibus de  
anno 155  
huc affer  
Tursellinu  
conflari.  
plures ep

mus :: Amangucium remigravimus :: Ac mensium duorum spatium facti sunt Christiani facilè quingenti; atque hic numerus augetur in dies. *Tursellinus in vita S. Xaverii prodiderat (l. 4 c. 6), eum in Meacum iter intendisse anno post Christum natum 1550 mense Octobri: Massejus vero, faventibus Orlandino, et Garzia, iter hoc institutum narrat Decembri mense, absolutum dimidiato Februario; quo in finem vergente, idem in Amangucium repetitum. Ex hac Massejana chronologia Xaveriane demum consona, Xaverius iterum ante extremum Aprilem Amangucium non attigit: quibus si mensium duorum spatium illud addideris, quo elapso, hanc epistolam conscriptam fuisse, superius docebamur, initium Julii mensis facile pertinges. Equidem hos arbitror fines, quos ultrà, citràque nequit consistere rectum.*

*Quod si objeceris initium ejusdem epistolæ: Superiore anno :: de nostro itinere, adventuque in Japoniam, rebusque è re Christiana gestis ad vos scripsi Cangoxima; nunc quid ex eo tempore Deus per nos gesserit, exponam; quibus indicantur et superiores literæ anno 1549 scriptæ, et hæ consequentes, anno proindè 1550 adfigendæ: reponam primò, mihi quidem cum objecta verba obscura nimis esse, tum vero illa clarissima, quibus demonstrasse me arbitror, hanc epistolam anno 1551 dimidiato fuisse conscriptam. Deinde huc afferro, quod nos olim Possinus docuit, apud Tursellinum nonnumquam plures epistolas in unam conflare. Porrò ipsi Tursellino acceptas referimus plures epistolas Nov. mense 1549 Societati Goam*  
a Xa-

a Xaverio missas; ast unam omninò biennio consequenti eidem scriptam. Quare, ut verum sit desiderari plerasque, tamen magna hìc suspicio subest, primam harum literarum particulam ea complecti, quæ Xaverius die 20 Nov. 1550, juxtà Cutillatis notationem, Amangucio scripserit; alteram verò, quæ indidem anno consequenti.

## EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 3.

Ep. 25. Pos. l. 5 ep. 10, Quibusdam Mercatoribus.  
Amangucio, 1 Septemb.

1551 - - - - - 1 Sept. 1551

26. T. l. 3 ep. 8, C., Sociis Malacam. Ex freto Sincapurano anno 1551 -

1551

Mendosus abs dubio est dies 20 Augusti in subscriptione a Cutillate subjunctà: siquidem Xaverius, qui superiores literas 1 Sep. labentis anni Amangucio dederat, deinceps Bungum profectus, ibidem 46 dies commoratus, navem in Indiam conscendit mense Novembri, Tursellino Teste l. 4 c. 12, & l. 5 c. 2; et quidem die 20 ejusdem, siqua fides Francisco Garziæ, et Massejo. Hæc autem ep. 26 data est die quadragesima, cum Xaverius ex Japonia solvit, ut est in eadem ep.; atque adeo die 29, vel 30 Decembr. 1551. Nec dubito, quin Sancianum pro Sincapura sit apud Garziam lib. 4 c. 2, ubi ait Xaverium die postremo anni 1551 e Sanciani portu Malacam solvisse.

EPIS-

## EPISTOLA

Ordo novus

Lib. 4.

Ep. 1. P.

Tot hujusmodi late desideriana interjus apographum cum 29 correm facit, indidem subappulit 24 Profectò al scribendis l quod interdem data a

2. T.

Eadem pnetiis italicjeci. Longetola, quàm quæ ab illo et in aliis rumque venimus, quæ Kal. Sept. epistolis, lila vetus ad

## EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 4.

Ep. 1. P. l. 5 ep. 11, C., Meo  
in Christo Sancto P.  
Ignatio. Cocino 29, C.

25 Jan. 1552 - - - 29 Jan. 1552

Tot hujus epistolæ versus, ac periodi in Cutillate desiderantur, ut vix eum crediderim Possiniana interpretem, sed exscriptorem potius alicujus apographi imperfecti, ex quo etiam diem 25, cum 29 commutarit. Diem utique 29 probabiliorrem facit, et quod aliæ literæ ab eodem die 29 indidem sunt conscriptæ, et quod Xaverius illuc appulit 24 Jan., ut constat ex sequenti epistola. Profectò alter ab appulsu dies non videtur conscribendis longioribus literis satis vacuus. Adde quod inter italicas an. 1565. Venetiis editas eadem data dicitur, die 29 Jan. 1552.

2. T. l. 4 ep. 1, C., Societati in Europam. Cocino,

no, 29 Jan. 1552 - - - 29 Jan. 1552

Eadem prostat inter indicas ab an. 1565. Venetiis italicè vulgatas, ex qua subscriptionem adjeci. Longe auctior est hæc apud Cutillatem epistola, quàm apud Tursellinum. Ferè quidem omnia, quæ ab illo adduntur, et sunt de Japonicis rebus, et in aliis literis e Japonia scriptis totidem plerumque verbis. Nos ea hinc Tursellino adjungemus, quæ planè nova videbuntur. Initio ad 18 Kal. Sept. correxi ex Cutill., aliisque Xaverii epistolis, licet in hac et Tursellinus et versio Itala vetus ad 13 Kal. Sept. habeant.

EPIS-

## EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 4.

Ep. 3. T. l. 4 ep. 2, C., M. Simonì Roderico. Cocino, 30 Jan.; T. II. al. V.

Non. Jan. 1552 - - - 30 Jan. 1552

Probum equidem arbitror diem Januarii trigesimum Cutillatis; certe mendosus est in Tursellino tum Secundus Jan., tum V. Non. Jan. pro IV. Non. Febr. cum ipse epistolam die 29 Jan. datam huic prætulit. Constat enim ex præcedenti epistola, Xaverium die 24 Jan. Cocinum appulisse.

4. P. l. 5 ep. 12, P. Paulo Societ. J. (sine loci nota) 4 Febr. 1552 - - - 4 Febr. 1552

5. P. l. 5 ep. 13, P. Melchiori Nunnezio S. J. Goà, 29 Febr. 1552 - - - 29 Febr. 1552

6. P. l. 5 ep. 14, T. l. 4 ep. 3, C., P. Joanni Roderico. Goà 22 Martii 1552. Vide Indic. exegetic. - - - - - 22 Mart. 1552

7. P. l. 5 ep. 15, C., P. Simonì Roderico. Goà, 27 Mart. 1552 - - - 27 Mart. 1552

Præposterè Cutillas hanc epistolam antevertit in diem 26 Decemb. 1548: ipsa etenim cum epist. 16 hujus libri collata, palam ostendit, Andream Carvallium, de quo in utraque epistola, an. 1552 in Luc

in Lusitani  
tius, quam  
EPISTOLA

Ordo novus

Lib. 4.

Ep. 8. P.

I  
2

Inscriptio  
tillas ex di  
eadem pene  
nonnullæ ap  
alæ etiam  
stum, nos  
epistola. Po  
tè mutilum  
co monuerat  
quenti, et a  
illis ejusdem  
rum tractu  
dum est; q  
Japonia, se  
cum Cocinen  
madverso P  
Romana an  
occupat locu  
Amangucio

9. T.

t

M

C

M



IN S. XAVERIUM. cxxvii

in Lusitaniam redire iussum, Martio utique potius, quam Decembri mense.

EPISTOLARUM

Ordo novus                      Ordo vetus

Lib. 4.

Ep. 8. P. l. 5 ep. 9 al. 10, C.,

P. Paulo Herediae. Goà,

2 Apr. 1552 - - - - 2 Apr. 1552

Inscriptionem Possinus, subscriptionem vero Cutillas ex diversis planè apographis prodiderunt: eadem pene res ordine commutato recensentur: ac nonnullæ apud Cutillatiam in summam contracta, aliæ etiam adjunctæ. Quibus fit satis manifestum, nos germana, et integra carere Xaverii epistola. Possinus, qui ecgraphum sub finem aperte mutilum nactus est, postremo corrigendorum loco monuerat, hanc epistolam postponi debere sequenti, et decimam numerari; monitus, ni fallor, illis ejusdem epistolæ verbis: Cum hominibus horum tractuum:: cum archa in manu transigendum est: quibus significat Xaverius, se non in Japonia, sed in India scribere de ratione agendi cum Cocinensibus. Verum, neglecto, vel non animadverso Possini monito, in altera etiam editione Romana anni 1681, et in Coloniensi 1692 nonnum occupat locum, certò præposterum, ante literas Amangucio scriptas.

9. T. l. 1 ep. 5, C., P. Bal-

thasari Gago; corrige,

Melchiori Nunnezio.

Goà, 3 Apr., C., 25

Mart. 1552 - - - - 3 Apr. 1552

Profe-

Profectò miror, hanc epistolam in omnibus editionibus tam latinis, quam vulgaribus P. Balbasari Gago Bazainum inscribi; cum et ipsa tota sit de ratione Bazainum colendi, et Gagus jam inde a 5 Nov. 1549 in Japoniam a Xaverio sit vocatus epist. 19 lib. 3; quò nunc eundem secum ducebat, testibus Orlandino, Garzia, et Massegio. Accedit, quod eadem ferè in hac mandantur, quæ in superiori epist. 5 Melchiori Nunnezio, et in consequenti decima, quas qui legerit, facillè mihi concedet, inscriptionem, uti dictum est, esse corrigendam: tametsi nonnulla sit suspicio de Balthasare Nunnez, cui nomen scilicet adeo favet; cætera non item. (De hoc Balthasare vide epist. 26.) De die vero subscriptionis, quis cui sit præferendus, non ita manifestum. Quare, licet mihi etiam magis probetur 25 Martii, tertium tamen Aprilis, ut notiozem, ex Tursellino retinui.

EPISTOLARUM

Ordo novus      Ordo vetus

Lib. 4.

Ep. 10. P. l. 5 ep. 16, P. Melchiori Nunnezio S. J. Bazainum. Goà, 3 Apr.

1552 - - - - - 3 Apr. 1552

Hic abs dubio est ille Melchior, quem superiore epist. 5 Bazainensem Rectorem constituit, cui nunc denuò mandata sua inculcat, et auctoritatem confirmat :: Quæ tibi, inquit, scripto mandavi de modo isthic rem evangelicam gerendi, fac, crebrò relegas :: quos dimiseris, Ego jam nunc pro

pro ritè d  
zaini Rec  
no, qui n  
nit. De  
tibi cogno  
tuas accep  
ba fecerint  
tiam Possi  
scriptam  
aperte a C  
paulò post  
sæpius Me  
quò duo  
poris non  
lius, qui  
Melchicrem  
Octobri ex

EPISTOL

Ordo novu

Lib. 4.

Ep. 11. P

12. P

13. P

14. P

Tom. I.

IN S. XAVERIUM. cxxix

pro ritè dimissis habeo. Præcesserat primus Bazaini Rector Melchior Gonzalez, teste Orlandino, qui nonnisi unius Melchioris Consalvi meminit. De illo sic inquit hæc epistola: Ab homine tibi cognomine, Melchiore Gonzalez, litteras tuas accepi. Vereor equidem, nè fucum hæc verba fecerint hujus epistolæ exscriptori, ac ipsi etiam Possino, qui eam Melchiori Gonzalez in-scriptam edidit: cujus cognominem Melchiorem aperte a Gonzalez distinguit epist. 5; & epist. 22 paulò post Barzæo data, Rectorem Bazainensem sæpius Melchiorem Nunnezium appellat. Adde, quòd duo Melchiores Gonzalez in India tunc temporis non comparent. Corrigendus autem Bartolius, qui l. 5. Asiæ n. 82 non obscure prodit, Melchiorem Gonzalez Bazaini mortuum anno 1551 Octobri exeunte.

EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 4.

- Ep. 11. P. l. 6 ep. 2, P. Gaspari Barzæo Societatis  
J. Goà, 7 Apr. 1552 - 7 Apr. 1552
12. P. l. 6 ep. 3, Eidem.  
Goæ, 7 Apr. 1552 - - 7 Apr. 1552
13. P. l. 6 ep. 4, Eidem.  
Goæ, 7 Apr. 1552 - - 7 Apr. 1552
14. P. l. 6 ep. 1, Eidem. De  
virtute humilitatis sub  
idem tempus, sine loci,  
et temporis nota - - Apr. 1552

Tom. I.

i

Post

*Post tres superiores eodem die subsignatas, con-  
jiciebam, hanc fuisse Barzæo datam; ex hoc ni-  
mirum monito :: Vide ad extremum, nè tibi un-  
quam obrepas, ut tui comparatione cum aliis  
Sociis minus speciosè operantibus, eos præ te  
contemnas: quibus ideo plus longè debeas, quàm  
illi Tibi. Contra verò me movet, quod tota est  
de humilitate inter concionum plausus, cujus me-  
minit epistola Possino 5 libri 6 his verbis: An-  
te omnia satage, ut in continuo intimæ tui de-  
pressionis sensu defixum teneas animum, juxta  
ea, quæ tibi aliàs poscenti de hoc genere præ-  
cepta dedi: Hinc enim verosimilius videtur, Bar-  
zæum, antequam Sociis præficeretur, contra ho-  
minum plausus fuisse præmunitum. Unusquisque  
in suo sensu abundet.*

EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 4.

Ep. 15. P. l. 6 ep. 7, Patribus Coll.

Goani. 6 Apr. 1552 - Apr. 1552

*Mendosum esse sextum Apr. diem, evincitur,  
cùm ex ipso epistolæ argumento, qua Barzæo Goa-  
ni Collegii Rectori, si forte obiret, successor desi-  
gnatur; tum etiam ex ordine, quo eam Possinus,  
Chronologiæ in primis studiosus, post omnes die 7  
datas collocavit. Nihil planè vetat, quominus  
eam eòdemmet die obsignatam putemus, quo Bar-  
zæum Rectorem constituit. Quare post omnes hoc  
die 7 Barzæo datas eam collocavi. Si quis nu-  
merum 6 inversum esse 9 opinabitur, non admo-  
dum repugnabo. Vid. Indic. exeget.*

EPIS-

EPISTOL

Ordo novus

Lib. 4.

Ep. 16. T

*Ut hujus  
certius cog  
verius Go  
est, teste  
Apr.; Tu  
dino deniq  
re, feria  
1552 in I  
oppugnat  
nus non  
siqua Pos.  
15 die, v  
me legisse  
ep. 16, qu  
perperam  
illud scire  
esse prof  
Lojola: P  
profecturi  
Regi Lus  
versus, q  
bus insim  
rarum Or  
epist. 16  
epistolam*

EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 4.

Ep. 16. T. l. 4 ep. 9, C., P. Si-  
moni Roderico. Goà,  
7 Apr., T. 13, C. 10

1552 - - - - - 7 Apr. 1552

Ut hujus, et consequentium epistolarum tempus certius cognoscamus, præstat definire diem, quo Xaverius Goà in Sinas profectus est. Profectus porro est, teste Maffejo, Hist. Ind. l. 15, die 17 Apr.; Tursellino l. 5 c. 5, die 15 Apr.; Orlandino denique cui Masseurus, et Garzia subscripserunt, feria quinta Majoris hebdomadæ, quæ anno 1552 in 14 Apr. incidebat. Postremam sententiam oppugnat epistola 21 consequens, quam Orlandinus non noverat, data Goæ die 15 Apr. 1552, siqua Possino fides l. 6 ep. 8. Quare vel ipso 15 die, vel potius 17, ut etiam in literis Indicis me legisse memini, Goà discessit. Enimvero hac ep. 16, quam Tursellini apographum diei 13 Apr. perperam adfixit, Simoni Rodriguez ajebat: Nunc illud scire Te volo, me post octo dies in Sinas esse profecturum. Et ep. proximâ 17 P. Ignatio Lojola: Post sextum diem:: ad Sinarum regnum profecturi sumus. Denique ep. 19, Joanni III. Regi Lusitaniæ: Post quintum diem Malacam versus, quâ iter est in Sinas:: proficiscar. Quibus insimul declaratur et necessarius harum literarum Ordo, et ratio, qua in diem 7 Apr. hanc epist. 16 anteverti; quippe quæ biduo ante 17 epistolam, et triduo ante 19 data est; quidquid

*ex apographis suis Cutillas ediderit. Mox de his pauca singillatim.*

EPISTOLARUM

Ordo novus                      Ordo vetus

Lib. 4.

Ep. 17. T. l. 4 ep. 6, C., Patri meo in Christo P. Ignatio. Goà, 9 April.,

C. 7, 1552 - - - - 9 Apr. 1552

*Cutillas ait, hanc epistolam inscriptam fuisse: Sancto Patri meo in Christo P. Ignatio de Lobjola. Ex eodem Tursellinum emendavimus initio epistolæ Januario pro Februario mense proximo substituto. Siquidem abs dubio sermo est de epist. I hujus libri 4 Januario mense Cocini data. Ceterum mendosum esse subscriptionis diem 7, ex disputatis in præcedentem ep. 16 conjiciebam.*

18. T. l. 4 ep. 7, C., P. Simoni Roderico. Goà,

9 Apr. 1552 - - - - 9 Apr. 1552

*In Tursellinum irrepsit mendum ab interpretibus exscriptum v. Apr. pro v. idus Apr.; quod patet ex Tursellini more, et ordine.*

19. T. l. 4 ep. 8, C., Joanni III. Regi Lusitaniæ.

Goà, 10 Apr., C. 13

1552 - - - - - 10 Apr. 1552

*Hanc epistolam triduo post 16 scriptam fuisse, nuper de illa disputantes præmonuimus. Nunc observare juvat, triduum quidem apud Cutillatem inter utriusque subscriptionum tempus intercedere:*

*verum*

*verum ex Sinas profectum constitutum fuisse protractis epistolis colliquis epistolæ 17 7 Apr. data agebat, potesturum. Apanum sanctam hanc edidit sus præternescet, a nobis EPISTOLARUM Ordo novus Lib. 4. Ep. 20. P*

21. P

22. P

*Quam sicut hæc præfatæ grinationis relinquend*

IN S. XAVERIUM. cxxxiii

verum ex eisdem confici, tempus Xaverianæ in Sinas profectionis in ante diem 17 non fuisse primò constitutum sed in 15; quod tamen videtur biduum fuisse protractum, ut superius ex Maffejo et ex aliis epistolis colligebam. At enim minimè cohærent cum epistolæ 17 subscriptione, ex qua illam Cutillas die 7 Apr. datam affirmat; quo scilicet Xaverius ajebat, post sextum diem in Sinas esse profecturum. Atque hæc de earum Chronologia. Hispanum sanè apographum, seu Lusitanum, ex quo hanc edidit Cutillas, et nonnullos Tursellini versus prætermittit, et plures certè egregios intermiscet, a nobis non negligendos.

EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 4.

Ep. 20. P. l. 7 ep. 1, T. l. 4 ep.

10, C., P. Cypriano.

Goà, C., II Apr., T.

13, 1552 Vid. Indic.

exeg. - - - - -

Apr. 1552

21. P. l. 6 ep. 8, P. Gaspa-

ri Barzæo, Rectori Col-

legii Goani. Goæ, 15

Apr. 1552 - - - - - 15

Apr. 1552

22. P. l. 6 ep. 5, Eidem Pa-

tri Gaspari, Goani Col-

leg. Rectori. - - - - -

Apr. 1552

Quam sub idem tempus fuisse datam, ostendunt hæc præfationis verba: Hæc in procinctu peregrinationis longinquæ scripto expressa mandata relinquenda tibi censui.

cxxxiv PROLEGOMENA

EPISTOLARUM

Ordo novus Ordo vetas

Lib. 4.

Ep. 23. P. l. 6 ep. 6, Eidem - - Apr. 1552

*Idem ferè tempus præseferunt prima illius verba : Hæc tibi circa duos e nostris, ut, me profecto, exequaris, mando.*

24. P. l. 6 ep. 9, Eidem P.

Gaspari Barzæo, Rectori Collegii Goan - -

Apr. 1552

*Sub idem tempus Goæ datam, colligo ex ejusdem initio : Circa curam rei familiaris hujus tibi commissæ domus hæc tibi seorsum, et distinctius putavi commendanda. Et propè finem : Franciscum Lopezium simul huc advenerit :: ejus confessionem audies.*

25. P. l. 6 ep. 10, Eidem

Patri Gaspari. - - - Apr. 1552

*Ubi hæc quoque, inquit, in ultimo procinctu longæ, ac dubiæ navigationis :: iterans, et in summam dicta colligens, replico. Videtur itaque postrema omnium, quas Xaverius, Gaspari suo, Goà discessurus, scripsit. V. ep. 16.*

26. P. l. 6 ep. 11, T. l. 4 ep.

4, C., Eidem P. M.

Gaspari Barzæo, Rectori Collegii Goani.

Cocino, 24 Apr. 1552 - 24 Apr. 1552

*Tursellinus datam edidit die 25 Martii ; Cutilas verò, qui cætera præter subscriptionis tempus e Tursellino convertit, die 5 Febr. Est autem hæc Tursellini epistola excerptum quoddam brevissimum*

I  
mum illius P  
Tempus enim  
Barzæus an  
Collegii Go  
innotescit :  
Xaverius a  
apud Tursell  
stola prædica  
pro VIII. K  
certum est, n  
Nunnezius  
bet humilib  
epist. 24,  
rem Nunne  
Nunnius. I  
9, et 10. D  
mortuum la  
cali obierat  
Bartolio lib.

EPISTOLA

Ordo novus

Lib. 4.

Ep. 27. T.

28. P.

29. P.



IN S. XAVERIUM. CXXXV

*num illius Possinianæ, pauculis aliunde adscitis -  
Tempus enimvero in sola Possini congruit; cum  
Barzæus ante diem 7 Apr. non fuerit Rector  
Collegii Goani designatus, uti ex epistola II  
innotescit: nec Goà Cocinum versus discesserit  
Xaverius ante 15 Apr., ut est in epist. 21, et  
apud Tursellinum l. 5 c. 5. Itaque in hujus epi-  
stola prædicta, mendosum esse VIII. Kal. Apr.  
pro VIII. Kal. Maj., satis constat. Perinde mihi  
certum est, mendosum esse in Possino Melchiorem  
Nunnezium, quem diù, multumque exercitari ju-  
bet humilibus ministeriis; uti jam præceperat  
epist. 24, in qua eundem appellavit Balhasa-  
rem Nunnezium, qui Orlandino est Balhasar  
Nunnus. De Melchiore Nunnez vid. supr. ep.  
9, et 10. Denique P. Paulus a Valle, quem jam  
mortuum laudat Xaverius in hac epistola, Puni-  
cali obierat Martii 4 labentis anni 1552, teste  
Bartolio lib. 5 Asiae n. 83.*

EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 4.

- Ep. 27. T. l. 4 ep. 11, C., Ja-  
cobo Pereiræ. Malacà,  
25 Jun. 1552 - - - 25 Jun. 1552  
28. P. l. 7 ep. 2, M. Gas-  
pari Barzæo. Malacà,  
13 Jul. 1552 - - - 13 Jul. 1552  
29. P. l. 7 ep. 3, Eidem.  
Malacæ, 16 Jul. 1552 - 16 Jul. 1552

EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 4.

Ep. 30. T. l. 4 ep. 13, C., P.

Gaspari Barzæo, Re-  
ctori Collegii Goani.

Ex freto Sincapurano, 20

Jul., C. 21, 1552 - - 20 Jul. 1552

*Apographum hispanum, ex quo hanc edidit  
Cutillas, cum plura subducatur Tursellino, quàm  
superaddat, et se prodit planè imperfectum, et  
Tursellini apographum non omninò integrum. Pau-  
ca huic ex illo adjungenda.*

31. P. l. 7 ep. 4, P. Joanni

Beiræ. Ex freto Sinca-

purano, 21 Jul. 1552 - 21 Jul. 1552

32. P. l. 7 ep. 5, P. M. Gas-

pari Barzæo. Indidem,

22 Jul. 1552 - - - 22 Jul. 1552

33. P. l. 7 ep. 6, Joanni Japo-

ni Neophyto. Indidem,

22 Jul. 1552 - - - 22 Jul. 1552

34. T. l. 4 ep. 12, C., Ja-

cobo Pereiræ. Ex freto

Sincapurano 22 Jul. 1552 - 22 Jul. 1552

*Hæc apud Cutillatem epistola ex apographo his-  
pano aliquot versibus cùm brevior, tùm longior,  
quàm Tursellino, aliorum præterea ordinem com-  
mutat. Nos Tursellinum, adjectis exinde paucu-  
lis, recadimus.*

EPIS-

EPISTOLARUM

Ordo novus

Lib. 4.

Ep. 35. P.

36. P.

37. P.

38. P.

*Paucula  
quæ in Tu-  
berius Tu-  
gemus. I-  
persuadet  
dens; sed*

39.

*Non di-  
num apog-  
tulerit,  
etiam die  
dum appa-  
tiquiori,*

EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 4.

Ep. 35. P. l. 7 ep. 7, Jacobo Pe-  
reiræ. Ex freto Sinca-  
purano, 1 Aug. 1552 - 1 Aug. 1552

36. P. l. 7 ep. 9, T. l. 4 ep.  
16, C., Eidem, e San-  
ciano, 21 Octob. 1552.  
Vid. Indic. exegetic. - - 21 Oct. 1552

37. P. l. 7 ep. 8, P. Franci-  
sco Perezio Soc. J. e  
Sanciano, 21 Oct. 1552 - 21 Oct. 1552

38. T. l. 4 ep. 15, C., P.  
Francisco Perezio Soc.  
J. Indidem, 22 Octob.

1552 - - - - - 22 Oct. 1552

*Paucula apud Cutillatis exemplum occurrunt,  
quæ in Tursellino desiderantur: est tamen longè  
uberius Tursellini exemplar, cui pauca illa adjun-  
gemus. Ipsum porrò epistolæ argumentum mihi  
persuadet, hanc fuisse priùs datam, quàm præce-  
dens; sed retinui tamen eãitorum tempora.*

39. T. l. 4 ep. 14, C., P.  
Gaspari Barzæo, e San-  
ciano, 25 Oct., C. 21

1552 - - - - - 25 Oct. 1552

*Non dubito, quin Cutillas alio præter Turselli-  
num apographo sit usus, quod ei nonnumquam præ-  
tulerit, nonnulla addendo, vel demendo, atque  
etiam diem mensis commutando. Sed quoniam non-  
dum apparet, quis cui testis sit præferendus, an-  
tiquiori, ac notiori subscripsi.*

EPIS-

EPIS-

CXXXVIII PROLEGOMENA

EPISTOLARUM

Ordo novus                      Ordo vetus

Lib. 4.

Ep. 40. P. l. 7 ep. 12, C., P.

Francisco Perezio Soc.

J. e Sanciano, 12 Nov.

1552 - - - - - 12 Nov. 1552

*Excerptum Cutillatis, de quo in Indice exegetico, sic incipit: Nave hinc solvente Gasparis Martinez, scripsi tibi, ut ex ista exires civitate, idemque per has iterum præscribo, ut quam diligentissimè exequaris. Cave, nè quà ratione Malacæ consistas, nec quemquam e Societate ibidem sinas permanere; quoniam tantum isthic boni, divinique obsequii conturbatum est, mea nimirum transmissio, et Legatio in Sinas: nec ullis ad id flectaris aut precibus, aut promissionibus falsis, futuræ scilicet emendationis, vobis remanentibus. Quandiù enim vir iste ibidem consistet, nihil boni futurum spero, nisi Deus alia ratione providerit; qui utinam pro sua misericordia ignoscat illi, qui fuit causa tanti mali. Cætera brevissimum Possinianæ excerptum conficiunt, ex quo tamen aliquot ei verba inseremus.*

41. P. l. 7 ep. 10, PP. Franci-

sco Perezio, & Paulo

Antonio Herediæ S. J.

Indidem, 12 Nov. 1552 - 12 Nov. 1552

42. P. l. 7 ep. 11, Jacobo

Pereiræ. Indid. 12 Nov.

1552 - - - - - 12 Nov. 1552

EPIS-

EPISTOLA

Ordo novus

Lib. 4.

Ep. 43. T.

44. P.

*Quoniam  
ca versio E  
moneo, eam  
cum idonea  
Santa. Pra  
ma præfatio  
amicus ejus*

IN S. XAVERIUM. cxxxix

EPISTOLARUM

Ordo novus

Ordo vetus

Lib. 4.

- Ep. 43. T. l. 4 ep. 17, C., P. Gaspari Rectori Colleg. Goani. *Indidem*, 13  
Nov. 1552 - - - 13 Nov. 1552
44. P. l. 7 ep. 13, PP. Gaspari Barzæo, & Francisco Perezio. *Indidem*,  
13 Nov. 1552 - - - 13 Nov. 1552

*Quoniam loco et tempore ignota mihi fuit Italica versio Epistolæ undecimæ libri 2, lectorem hîc moneo, eam Venetiis anno 1788 in lucem prodisse cum idonea epigraphe: La giornata Cristiana, e Santa. Præmittitur ab editore brevis et aptissima præfatio: nomen illi Aloysius Lasarte, ut me amicus ejus admonuit.*



INDEX

## INDEX ALPHABETICUS

Eorum, quibus Epistolæ missæ sunt.

- A** nimabus Salut. æternæ Cupidis. *Lib. 2 Ep. 11.*  
 Antonio Criminal. *Lib. 2 Ep. 10. 16.*  
 Antonio Gomezio. *Lib. 3 Ep. 10. 14. 15. 22.*  
 Antonio Herediæ. *Vid. Paulo Antonio.*  
 Aspilcuetae Capitaneo. *Lib. 1 Ep. 1.*  
 Aspilcuetae Doctori. *V. Martino.*  
 Balthasari Gago. *Lib. 3 Ep. 10. 19.*  
 Barzæo. *V. Gaspari.*  
 Beiræ. *V. Joanni.*  
 Borbano. *V. Jacobo.*  
 Bravio. *V. Joanni.*  
 Camerti. *V. Paulo.*  
 Carvallio. *V. Jacobo.*  
 Catechistis e Soc. J. *Lib. 2 Ep. 12. 13.*  
 Codacio. *V. Petro.*  
 Codurio. *V. Joanni.*  
 Comorinensibus. *V. Sociis.*  
 Conimbricensibus PP. *Lib. 3 Ep. 13.*  
 Cypriano (P.) *Lib. 4 Ep. 22.*  
 Didaco de Borba. *V. Jacobo Borbano.*  
 Didaco Pereiræ. *V. Jacobo Pereriæ.*  
 In Europam. *V. Societati.*  
 Francisco Henrico. *Lib. 2 Ep. 24.*  
 Francisco Mansillæ. *Lib. 1 Ep. 15. ad 41. Lib. 2 Ep. 5.*  
 Francisco Peræ, Perez, Perezio. *Lib. 4 Ep. 37. 38. 40. 41. 44.*  
 Gago. *Vid. Balthasari.*

Gaspa-

Gaspari Barza  
 12. 13. 14.  
 30. 32. 39.  
 Goani Colleg  
 tati.  
 Gomezio. *V.*  
 Gonzalez. *V.*  
 Henrico. *V.*  
 Herediæ. *V.*  
 Jacobo Borba  
 Jacobo Carva  
 Jacobo Pereri  
 34. 35. 36.  
 Jajo (P. Clau  
 Japoni. *V. Jo*  
 S. Ignatio Lo  
*Lib. 2 Ep. 2.*  
 Ignatio Marti  
 Joanni III. R  
*Lib. 3 Ep.*  
 Joanni Beiræ,  
 3 Ep. 11. 1  
 Joanni Bravio  
 Joanni Codur  
 Joanni Japoni  
 Joanni Roder  
 Lainez (P. D  
 Lojolæ. *V. Ig*  
 In Lusitaniam  
 Martino Azpi  
 Melchiori Go  
 Melchiori Nu

IN S. XAVERIUM. cxli

- Gaspari Barzæo . *Lib. 3 Ep. 7. Lib. 4 Ep. 11.*  
 12. 13. 14. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 28. 29.  
 30. 32. 39. 43. 44.  
 Goani Collegii PP. *Lib. 4 Ep. 15. V. Socie-*  
 tati .  
 Gomezio . V. Antonio .  
 Gonzalez . V. Melchiori .  
 Henrico . V. Francisco .  
 Herediæ . V. Paulo .  
 Jacobo Borbano . *Lib. 2 Ep. 6.*  
 Jacobo Carvallio . *Lib. 3 Ep. 19.*  
 Jacobo Pereriæ . *Lib. 2 Ep. 23. Lib. 4 Ep. 27.*  
 34. 35. 36. 42.  
 Jajo ( P. Claudio ) . *Lib. 1 Ep. 9.*  
 Japoni . V. Joanni .  
 S. Ignatio Lojolæ . *Lib. 1 Ep. 2. 4. 6. 11. 12. 13.*  
*Lib. 2 Ep. 2. 19. Lib. 3 Ep. 1. 2. Lib. 4 Ep. 1. 17.*  
 Ignatio Martinio . Soc. J. *Lib. 2 Ep. 25.*  
 Joanni III. Regi Lusitaniæ . *Lib. 2 Ep. 1. 18.*  
*Lib. 3 Ep. 3. 9. 16. Lib. 4 Ep. 19.*  
 Joanni Beiræ , de Beira . *Lib. 2 Ep. 10. 16. Lib.*  
*3 Ep. 11. Lib. 4 Ep. 31.*  
 Joanni Bravio . *Lib. 3 Ep. 17.*  
 Joanni Codurio . *Lib. 1 Ep. 8.*  
 Joanni Japoni . *Lib. 4 Ep. 33.*  
 Joanni Roderico . *Lib. 4 Ep. 6.*  
 Lainez ( P. Didaco ) . *Lib. 1 Ep. 9.*  
 Lojolæ . V. Ignatio .  
 In Lusitaniam . V. Sociis .  
 Martino Azpilcuetæ . *Lib. 1 Ep. 5. 7.*  
 Melchiori Gonzalez pro Nuñez . *Lib. 4 Ep. 10.*  
 Melchiori Nunnezio . *Lib. 4 Ep. 5. 9. 10.*

Mer-

cxlii PROLEGOMENA

- Mercatoribus Lusitanis . *Lib. 3 Ep. 25.*  
 Molucensibus . V. Catechistis .  
 Nunnezio . V. Melchiori .  
 Paulo Antonio Herediae . *Lib. 4 Ep. 8. 41.*  
 Paulo Camerti . *Lib. 2 Ep. 6. 10. 15. Lib. 3 Ep.*  
     *8. 10. 14. 15. Lib. 4 Ep. 4.*  
 Petro Codacio . *Lib. 1 Ep. 6.*  
 Petro de Sylva . *Lib. 3 Ep. 23.*  
 Roderico . V. Joanni, et Simoni .  
 Romam . V. Societati .  
 Simoni Roderico . *Lib. 2 Ep. 3. 9. 20. Lib. 3*  
     *Ep. 4. 5. 6. Lib. 4 Ep. 3. 7. 16. 18.*  
 Societati Jesu in Europam . *Lib. 3 Ep. 21. Lib.*  
     *4 Ep. 2.*  
 Societati Goam . *Lib. 2 Ep. 14. Lib. 3 Ep. 18.*  
     *20. 24.*  
 Societati in Lusitan . *Lib. 2 ep. 7. 8.*  
 Societati Romam . *Lib. 1 Ep. 3. 8. 10. 14. Lib. 2*  
     *Ep. 4. 17. 21. Lib. 3 Ep. 12.*  
 Sociis Comorinensib . *Lib. 2 Ep. 16.*  
 Sociis Malacensib . *Lib. 3 Ep. 26.*  
 Sociis Travancoris . *Lib. 2 Ep. 22.*  
 Sylva . Vide Petro de .



INDEX

INI  
 Secundum

Catechet  
 Comm  
 Ep. 10. 1  
 4. Ep. 7.  
 Consolatori  
 24: Lib.  
 Historicæ .  
 2 Ep. 4.  
 12. 13. 1  
 38. 39. 4  
 Morales .  
 De exercen  
 De officiis  
 3 Ep. 17  
 Conciona  
 20: L  
 Operarii  
 Ep. 15  
 7. 14.  
 Doctoris  
 Regis . L  
 Lib. 3  
 Subditi .  
 Superior  
 8. 9. 1  
 Objurgator



INDEX EPISTOLARUM

Secundum præcipua earundem argumenta.

- Catecheticæ . *Lib. 2 Ep. 12, 13.*  
 Commendatitiæ . *Lib. 1 Ep. 5. 12 : Lib. 2 Ep. 10. 18 : Lib. 3 Ep. 3. 6. 15. 16. 23 : Lib. 4 Ep. 7. 18. 36. 40.*  
 Consolatoriæ . *Lib. 1 Ep. 16. 17. 23 : Lib. 2 Ep. 24 : Lib. 4 Ep. 27. 34. 35. 36. 42.*  
 Historicæ . *Lib. 1 Ep. 2. 3. 6. 9. 10. 11. 14 : Lib. 2 Ep. 4. 7. 8. 14. 17. 21 : Lib. 3 Ep. 1. 4. 10. 12. 13. 18. 21. 24 : Lib. 4 Ep. 1. 2. 17. 30. 36. 38. 39. 40. 41.*  
 Morales.  
 De exercenda humilitate . *Lib. 4 Ep. 14.*  
 De officiis Christiani . *Lib. 2 Ep. 11. 23 : Lib. 3 Ep. 17 : Lib. 4 ep. 33.*  
 Concionatoris, & Confessarii . *Lib. 3 Ep. 7. 20 : Lib. 4 Ep. 6. 8. 10. 14. 25.*  
 Operarii Evangel., seu Missionarii . *Lib. 1 Ep. 15. 41 : Lib. 2 Ep. 5. 22. 24 : Lib. 3 Ep. 7. 14. Lib. 4 Ep. 9. 21.*  
 Doctoris . *Lib. 1 Ep. 5. 7. 14.*  
 Regis . *Lib. 1 Ep. 8 : Lib. 2 Ep. 1. 18. 20 : Lib. 3 Ep. 3. 9 : Lib. 4 Ep. 19.*  
 Subditi . *Lib. 3 Ep. 18 : Lib. 4 Ep. 6. 20.*  
 Superioris . *Lib. 3 Ep. 1. 8. 22 : Lib. 4 Ep. 5. 8. 9. 11. 17. 22. 24. 25. 26. 39. 43. 44.*  
 Objurgatoriæ . *Lib. 4 Ep. 6. 20.*

Bon-

cxliv PROLEGOMENA

Officiosæ . *Lib. 1 Ep. 1: Lib. 3 Ep. 23. 25:  
Lib. 4 Ep. 27.*

Polemicæ.

De erroribus Bracmanum . *Lib. 1 Ep. 14.*

Bonziorum . *Lib. 3 Ep. 18. 21. 24: Lib. 4 Ep. 2.*

*Voluminis I. Epistolarum argumenta videsis  
ad hujus calcem; alterius in altero.*

A P P E N D I X.

- Ep. 1. Tursellini lib. 1 ep. 9, Francisco Mansillæ.*  
*2. Turs. l. 1 ep. 11, Francisco Mansillæ.  
Nagapatone, 7 Apr. 1545.*  
*3. Turs. l. 2 ep. 12, Simoni Roderico. Cocino, 27 Febr. 1549.*  
*4. Turs. l. 3 ep. 1, Societati Goam. Malacà, 20 Jun. 1549.*  
*5. Turs. l. 3 ep. 2, Joanni Beiræ. Malacà, 20 Jun. 1549.*  
*6. Petri Maffèji t. 2 a pag. 97, Societati Jesu &c. Malacà, 22 Jun. 1549.*  
*7. Turs. l. 4 ep. 3, Joanni Roderico. Goà, 22 Mart. 1552.*  
*8. Turs. l. 4 ep. 10, P. Cypriano. Goà, 13 April. 1552.*  
*9. Turs. l. 4 ep. 4, P. Gaspari, Rectori Collegii Goani. Cocino, 24 Apr. 1552.*  
*10. Turs. l. 4 ep. 16, Jacobo Pererix. Eportu Sancianensi, 12 Nov. 1552.*

S. FRAN-



S. FR

E P

D. C

*Se apud Fr  
multa de  
cat, laud  
dæ penur  
fuga &*

**I. M**  
*nia præcip  
gor, tum  
lem frater  
mogenito C  
tatem, ma  
Tom. I.*



S. FRANCISCI XAVERII  
SOCIETATIS JESU  
INDIARUM APOSTOLI  
EPISTOLARUM  
LIBER I.

EPISTOLA I.

D. Capitaneo Aspilcuetae Fratri suo  
Majori. Obanum.

*Se apud Fratrem suum purgat, eumque demulcet :  
multa de P. Vear. Magistrum Ignatium vindicat,  
laudat, commendat. Suadet ut suae levandae  
penuriae Ignatii utatur opera. De Consobrini  
fuga & moribus. Clausula officiosa.*

I. **M**ultis viis ante hos non multos retrò dies  
scripsi ad Te, Domine; gravibus me  
ad id impellentibus causis, quarum pri-  
ma præcipuaque fuit officium quo Tibi obstrin-  
gor, tum pietatis veneratione conjunctæ, qua-  
lem frater, ut ego sum, minor Majori & Pri-  
mogenito Germano, secundum Parentum cari-  
tatem, maximam debeo; tum grati animi pro-  
pter

Tom. I.

A

pter

pter multa magnaque beneficia quibus me affecisti; tot profectò taliaque, ut non parùm ve- rear, ne iis pro merito agnoscendis rependen- disque impar ad extremum deprehensus, etiam ingratus, a voluntatem ex facto æstimantibus judicer.

2. Hæc me sollicitudo stimulat ad omnes inda- gandas rationes significandi tibi sensûs atque af- fectûs mei, quantâ maxima vi fidei & veri amo- ris possum, mutuam reddere vicem conantis, lu- culentis semper se indiciis proidenti caritati erga me tuæ, in quo, cum, ut non rarò evenit, vo- tum successu destituitur, sanè commoveor: e- tiam subvereri me interdum cogente quadam amoris anxietate inquietâ, ut satis fideliter ac tempestivè perferantur quas multas per quos- cumque istuc euntium, operæ haud parcens, li- teras scriptito, meæ in te observantiæ devin- ctissimique testes obsequii; dum videlicet repu- to quàm vastæ, eademque variis obseptæ com- merciorum impedimentis, regiones Lutetiam & Obanum interjacent. Cujusmodi equidem obsta- culo cuiquam vicissim imputo, quòd pauciores quam vellem à Te mutuas recipio, non Te sci- licet ab jucundissimo & desideratissimo mihi officio cessante, sed tabellariorum, vel fide, vel strenuitate, vel fortunâ, malè responden- tibus studii erga me tui indefessæ diligentia.

3. Nam & relatione amicorum, & signis cate- ris idoneis, planè persuasum mihi est, compati Te ex animo ærumnis contentionis hujus in stu- diis meæ, commorationisque peregrinæ; nec fe-

rè

E  
rè minus  
commodis  
& difficu-  
sum Lute-  
riis egeo  
optimè ar-  
distinctè  
rumque  
necessitat-  
à mihi co-  
mè autun-  
& quanto  
opus fue-  
largâ effu-

4. Ant  
R. P. F.  
vissimè ap-  
de vobis  
nit, ut n-  
busdam n-  
quas etia-  
dignaris n-  
& ex var-  
nocenti f-  
æstimabis  
loris sens-  
men tibi  
tulisse me  
quàm mo-  
quâ distin-  
mo videli-  
magnitudi-

rè minus domi isthic tuæ, ubi omnibus abundas commodis, sentire te labores vigiliarum mearum & difficultates quibus confictor, quàm me ipsum Lutetiæ, quo in loco rebus sæpe necessariis egeo; non aliâ ex causâ quàm quòd Tibi optimè animato ad sublevandum me non satis distinctè sunt perspectæ minutæ ac parvæ plerumque dictu, sed eadem sensu molestissimæ, necessitates meæ. In his una me sustentat spes à mihi compertissimâ humanitate tuâ; certissimè autumantem fore, ut simul cognoveris quo & quanto indigeam, abundè subministres quòd opus fuerit, & angustias repente meas laxès largâ effusione liberalitatis tuæ.

4. Ante hos non multos dies egit otiosè mecum R. P. F. Vear isthinc in hanc Academiam novissimè appulsus. Is longum & mihi dulcissimum de vobis sermonem ingressus, eò sensim devenit, ut non dissimularet, delatas ad Te. à quibusdam mihi malevolis graves de me querelas, quas etiam meo rogatu fusè totas explicuit. Si dignaris mihi credere sanctè affirmanti falsa ea & ex vano hausta malitiosè impingi prorsùs innocenti fraterculo; condolebis, scio, & facilè æstimabis quàm acrem mendaces calumniæ doloris sensum optimè sibi conscio inusserint. Tamen tibi verissimè confirmo; patientiùs multò tulisse me immeritam famæ propriæ jacturam, quàm molestiam ex eo rumore tibi oblatam, de quâ distinctè referenti Patri Vear præibam animo videlicet, per me intelligens, ex notâ mihi magnitudine amoris erga me tui, fieri non posse

quin hæc improba delatio cor tibi penitus convulneraverit.

5. Verùm quoniam iidem scelerati Sycophantæ hominem omnium innocentissimum ac sanctissimum D. Magistrum Ignatium in eandem mecum criminationem involvere non sunt veriti, hoc primum argumentum tibi sit vitæ ipsius inculpatæ morumque optimorum, quòd ultrò te is sustinet domi tuæ convenire, & hanc à me ad id acceptam epistolam tibi privatim adito reddere: neque enim si talis esset qualem mendax calumniæ penicillus deformavit, ac nisi contra, rectissimæ conscientiæ fiduciâ ingenti niteretur, utique committeret, ut in eorum se inermem & solum plenam potestatem daret, quos & se gravissimè læsisse meminisset, & hoc ipsis non ignoreret esse perspectum.

6. Cæterùm ut malevolorum obtreptionibus rejectis, liquidò intelligas, Domine mi, ac Germane Major omni observantiâ colende, quàm insigni Dei Domini nostri beneficio mihi contigerit incidere in notitiam & familiaritatem hujus ipsius Optimi Viri D. Magistri Ignatii: en ego ex animi mei sententiâ, his velut ritè obsignatis tabulis, religiosâ testimonii fide profiteor; longè majora ejus extare merita in me, quàm quibus vel vitæ totius meæ addictissimis obsequiis ei satisfacere, aut aliquâ ex parte respondere queam. Nam & in difficultatibus rei familiaris, in quas me sæpe graves, ut dixi, tanta hæc à vobis distantia conjecit, ille mihi tum præsentis subministratione pecuniæ, tum cæterâ

terâ suâ  
subvênit  
fuit, præ  
adversus  
hominibus  
hâc Parisi  
que dotium  
specioso t  
diosè vela  
Horum in  
pertâ faci  
prævertit  
cie monst  
malum ar  
versi mun  
que imper  
quamvis  
me officiu  
quam, au  
dem, aut  
prorsus er  
tasse, q  
rem Juve  
perfidiaqu  
dum acta  
igitur obt  
stram, &  
rum ac  
me frate  
omni sed  
in parte  
exhiberes

terâ suâ suorumque amicorum opportunissime subvênit operâ; &, quod præcipui momenti fuit, præmunivit incautam juventutem meam adversus exitialia pericula familiaritatum cum hominibus in Hæreses prurientibus, quales in hâc Parisiensi Civitate multi mei æquales, iidemque dotium pellacium, humanitatis & ingenii, specioso tectorio, labem Fidei ac Morum insidiosè velantes, extiterunt per hæc tempora. Horum in pestiferas amicitias ne pro meâ inexpertâ facilitate me induens adhærescerem, is prævertit unus, fraudum ignotarum mihi pernicie monstrandâ; tantumque isto beneficio à me malum arcuit, quantum non incurrisse, vel universi mundi, si meæ potestatis esset, pretio atque impensâ rectè redemptum arbitrarer. Hoc quamvis solum esset D. Magistri Ignatii erga me officium, tale profectò est, ut non videam quam, aut quando, dignam ipsi pro eo mercedem, aut grati animi vicem possim exsolvere: prorsus enim, absque illo fuisset, nunquam evitasset, quin me penitùs in consuetudinem darem Juvenum exterius honestorum, intus hæresî perfidiâque scatentium; prout eventa postmodum actaque ipsorum demonstrarunt. Obsecro igitur obtestorque Te, per necessitudinem nostram, & eam quam meorum affectuum, votorum ac debitorum partem amor tibi tuus in me fraternus, ut imputes suadet, da operam omni sedulitate officiorum, ne quidquam ullâ in parte minùs quàm mihi præsentî poscentique exhiberes, opis obsequiique, Vir cui me ferò

ac fateor propter benefacta incomparabilia devinctissimum, à Te recipiat.

7. Hoc postquam ejus causâ te rogavi, illud tuâ ipsius adjiciam: utere opportunitate Tibi oblatâ fruendi colloquio ac familiaritate hominis sapientissimi & donis à Deo singularibus ornati. Summum, experto mihi crede, ex cordatis ejus monitis ac prudentissimis consiliis fructum animi consolationemque percipies. Aperi fidenter si quid te angit ægritudinis; si quid dubitas, propone; audi suadentem, consulenti obtempera: probaturus experientiâ quàm non vana pollicear, dum te incredibiles utilitates ex viri utique Deo pleni usu convictuque hausturum auguror, de me idem mearumque hîc statuerum quàm plenissimam potes cupere, quantumque meâ interest offerri tibi, notitiam communicabit: quod agenti velim ipsi, fidem eandem quam mihi coràm præsentî tribueres, habeas: nemini perspectiora mea intima sunt: in numerato tenet omnes articulos privatarum mearum rationum. Quo egeam, quibus mihi opus à te provisum sit, me pene ipso callet melius.

8. Mox cum ejus indicio compertæ penuriæ meæ subvenire, quod futurum certò scio, decreveris, eodem illo quæsò utaris largitionis sequestro tuæ. Non est ille quidem huc rediturus, ut à te accepta Lutetiam ad me perferat: cæterùm habet in potestate viam certam, quâ quidvis ad nos tutissimè transmittat. Dat mecum operam in hâc urbe studiis, Juvenis Almasanen- sis mihi amicus, ad quem domo stas, & nunquam

quam falle  
pervenit:  
gotii cuju  
Patrem su  
idem à Te  
mitte, qua  
pecuniæ p  
deponet in  
parentis e  
qui quâ vi  
des solet,  
minimo in  
mihi desti  
ciat, iisde  
ligenter po  
ctus occas  
senescere

9. In re  
magnoperâ  
fugam ex  
ut serò co  
rum, si p  
strâ conte  
quatuor &  
Lutetiam  
Cleri vulg  
successu  
omittas qu  
cere, ecqu  
Valde me  
ceps ista  
nos loco



quam fallentibus pensionibus necessaria pecunia pervenit. Is literas cum mandatis tractandi negotii cujusdam proficiscenti D. M. Ignatio ad Patrem suum dedit, quarum causâ reddendarum idem à Te discedens Almasanum est iturus. Committe, quæso te, proficiscenti quidquid ad me pecuniæ perlatum vis. Ille cunctam fide summâ deponet in manibus honesti Almasanensis civis parentis ejus mei condiscipuli, de quo dixi, qui quâ viâ filio suo curare annui victûs mercedes solet, eâdem, & pari genere monetæ, quam minimo intertrimento versuræ, pensionem à te mihi destinatum mittet: nam hoc eum ut faciat, iisdem literis ipsius filius, meo rogatu, diligenter petit. Oro etiam atque etiam ne nactus occasionem tam securæ transmissionis conescere me diutiùs in miserâ sinas inopiâ.

9. In rebus hîc nostris domesticis nihil habeo, magnoperè nunc quidem scriptu dignum, præter fugam ex hâc Academiâ Consobrini nostri, quam ut serò cognovi, curriculo insecutus sum; puerum, si possem assequi, retracturus. Sed frustra contendi, pervolato enim velocibus equis quatuor & trigiñta leucarum spatio, quantum Lutetiam & Sacram Ædem Dominæ nostræ *de Cleri* vulgò dictam, interjacet, reflectere iter successu desperato sum coactus. Rogo te ne omittas quam primum poteris certiozem me facere, ecquid fugitivus in Navarrâ comparverit. Valde metuo ut ad bonam unquam frugem præceps ista in sequiora indoles redeat. Quo apud nos loco res Ecclesiastica modò sit; quorsum,

inquam, erumpere jam cœperint nuper tumescen-  
tes Hæresum minæ, commodiùs & plenius co-  
ràm sermone D. Mag. Ignatii cognoscere pote-  
ris: quare de his scribere super sedeo. Ad ex-  
tremum Te, Domine, pariterque Dominam  
Sororem meam tuam Conjugem, millies, prout  
hinc possum, manuum carissimarum osculis ve-  
nerans, precor Deum, ut ambos omni prospe-  
ritate vitæ florentis cumulos servet fortunetque  
in annos plurimos, prout vestra utriusque pia  
& generosa corda desiderant. Sic vovebam.

Lutetiæ Parisiorum VIII. kal. Apriles.

*Anni nota non exprimitur in Archetypo. Sed  
cum aliunde certissimum sit S. Ignatium ivisse  
Parisiis in Hispaniam anno 1535. non est dubium  
quin hæc Epistola ei ad istud iter procincto data,  
scripta fuerit illo ipso anno Christi MDXXXV.*

Addictissimus Tibi Servus & Frater minor  
Franciscus de Xavier.

## EPISTOLA II.

P. M. Ignatio Lojolæ.

*Spondet frequens literarium commercium. Cardina-  
lis Inureæ in Franciscum & Societatem affectus;  
Legati erga eundum studia, & in æde Laure-  
tana pietas religiosa: Bononiæ gesta.*

*Gratia & Amor Christi Domini Nostri adsit sem-  
per nobis auxilio & favore. Amen.*

1. **D**ie Sancto Paschæ accepi literas à Te: per-  
latas in fasce ad Dominum Legatum mis-  
so, & cum iis tantum gaudii ac consolationis,  
quan-

quantum n  
scit. In ha  
quam per  
ad faciem  
tur ut hoc  
talis exilii  
Equidem c  
tiam non  
me digredi  
lonias Me  
mutuæ no  
dare oper  
quam ubiv  
tatis pars  
rum atque  
que ad vo  
referamus  
tionem re

2. Egi  
cum D. C  
ptum mih  
manissimè  
suum in  
Bonus sen  
est me, c  
quem cum  
nua, & r  
sum manu  
dit intellig  
cedendi m

3. Dom  
nunquam

quantum non exprimo ; Deus Dominus noster scit . In hac deinceps vita non aliter , credo , quam per literas congrediemur ; in altera *facie ad faciem* cum multis amplexibus . Superest igitur ut hoc exiguo nobis reliquo tempore mortalis exilii , crebris invicem epistolis consolemur . Equidem desiderari hac in parte meam diligentiam non sinam . Persuasus enim illo tuo , quo me digredientem monuisti , sapienti dicto : Colonias Metropolitibus , ut Filias Matribus , usu mutuæ notitiæ connecti oportere : planè decrevi dare operam , ut & ego , & quæcumque umquam ubivis terrarum mecum erit nostræ Societatis pars , Tibi ac Societati Romanæ nunciorum atque officiorum commercio jungamur ; sicque ad vos cuncta nostra minutè ac distinctè referamus , ut filiolæ solent , cum matribus rationem reddunt .

2. Egi per otium & ex animi mei sententiâ cum D. Cardinali Inurea , prout ea de re scriptum mihi mandatum dederas . Excepit me humanissimè , offerens perofficiosè favorem nobis suum in omnibus quæ suæ potestatis forent . Bonus senex cum ab eo discederem amplexatus est me , osculantem manus ejus . In medio ejus quem cum illo habui sermonis , abjeci me in genua , & nomine totius Societatis osculatus ei sum manus . Quantum ex iis quæ mihi respondit intelligo , multum ille probat nostrum procedendi modum .

3. Dominus Legatus me tot officiis cumulat , ut nunquam finis sit si enumerare velim : nec scio quo-

quomodo inducere possem in animum illa admittere, nisi cogitarem, & quasi pro certo haberem, mihi ista apud Indos nihilò minore pretio quam vitâ ipsâ rependenda. In Templo Dominae Nostræ Laureti, Dominicâ Palmarum, excepi ejus Confessionem, & ei Sacram Eucharistiam ministravi. Idem præstiti multis ex ejus Domo. Feci Sacrum in Sacello Dominae Nostræ, & bonus Legatus egit, ut secum Sacram Communionem perciperent intra Sanctam illam Ædem omnes sui Domestici. Postea die Paschæ iterum confitenti absolutionem, & confesso Christi corpus impertii; itemque aliis ex ejus familiâ probis viris & religioni deditis. Sacerdos familiaris Domini Legati multum se isthic commendat orationibus vestrum omnium: is mihi spondit, se iturum Nobiscum in Indias.

4. Fac salutes à me Dominam Faustinam Ancolinam; & dicas illi, nisi grave est, fecisse me unum sacrum pro suo & meo Vincentio, & cras aliud oblaturum pro ipsa. Præterea, certò sibi persuadeat, me numquam ipsius obliturum; ne tum quidem cum ero in Indiis. Meo quoque nomine revoca, quæso, in memoriam D. Petro, Fratri meo carissimo, ut quemadmodum mihi promisit confessurum se peccata, & Sacram Eucharistiam percepturum, sic faciat; meque literis certiozem reddat, an id, & quoties, præstiterit. Quod si velit gratificari Vincentio suo & meo; dic ei meo nomine, ut ignoscatur illis qui occiderunt ejus filium; quandoquidem pro illis Vincentius multum orat in cælo. Hic

Bono-

Bononiæ p  
Confession  
vici. Om  
quemque a  
(mihi cre  
Bononiâ p

Ves

*Accepta a  
cia: Leg  
periculun  
Æger R  
verii re  
Xaveriu  
Rege Lu  
benevolen  
tania so  
diam rec  
cupatus.*

*Gratia &  
sempe*

i. **M**ulta  
be  
Româ in l

Bononiæ plus occupationis habeo in audiendis Confessionibus, quam nuper isthic in S. Ludovici. Omnes impensè saluto: quod singillatim quemque ac nominatim non memoro, non est (mihi credant verè loquenti) oblivionis culpa. Bononiâ pridie Kal. Aprilis An. MDXL.

Vester in Christo Frater & servus

*Franciscus.*

EPISTOLA III.

Societati Romam.

*Accepta a Deo in itinere ad Lusitaniam beneficia: Legati et comitatus ejusdem religio; grave periculum equitis non sine miraculo depulsum. Æger Rodericus Ulyssipone sub adventum Xaverii revalescit: affectus Ulyssiponensium erga Xaverium, et divina. Xaverii & sociorum cum Rege Lusitaniæ congressus: hujus in societatem benevolentia, et dubium de retinendis in Lusitania sociis. Xaverius auxiliares copias in Indiam requirit, interea concionibus habendis occupatus.*

*Gratia & Amor Christi Domini Nostri adsit semper nobis auxilio & favore. Amen.*

1. **M**ulta & continua Christi Domini Nostri beneficia experti sumus toto itinere quo Româ in Lusitaniam venimus, in quo consumpsimus

psimus tres menses: Eo tanto tractu locorum & temporum, in tot tantisque difficultatibus ac laboribus, usum semper fuisse optimâ valetudine D. Legatum, & universam ejus familiam à maximo usque ad minimum, res est unde multas laudes & gratiâs Christo Domino Nostro reddi par sit: maximè quòd ultra communem suum concursum, peculiarem suæ manûs protectionem adhibuit, ad Nos cunctis periculis liberandos; uti & ad inspirandam D. Legato mentem ac prudentiam continendæ tam sanctâ disciplinâ Familiæ suæ, ut Religiosæ Communitati similior quam sæculari domui videretur. Id ille assequebatur frequentando ipse Sacramenta Confessionis & Eucharistiæ: unde fiebat, ut famuli ejus idem ultrò, illustris exempli vi tracti, facerent, tam frequenter & tanto numero, ut cum facilè provideremus inter eundem, vix in hospitiiis per loci ac temporis angustias, commoditatem affore satisfaciendi eo in genere tam multis, necesse haberem de viâ interdum deflectere, equòque desilire; ac loco idoneo captato, audiendæ parti servulorum operam præoccupare.

2. Dum iter esset adhuc Nobis per Italiam, placuit Domino Nostro mirabiliter Numen suum ostendere in uno ex famulis D. Legati, comitibus nostris, illo ipso quem Romæ vidistis conceptum propositum suscipiendæ vitæ monasticæ suspendisse primùm segni & ignavâ morâ, ad extremum omisisse. Rivus occurrit ingens incerti vadi; ad eum tentandum suâ istum temerita-

te

te perurge  
stra id qu  
torrentis a  
multum pr  
equi vires  
spectantib  
bis: tantu  
quanto fe  
manum à  
dignatus e  
dentes pr  
fudit serv  
omnibus  
lute huma  
manifesto  
traxit. G  
Stabulo P  
cibus ferro  
esse quàm  
ximè scrup  
missæ opp  
tovis rede  
postea est  
casu cons  
quàm veri  
vitam inc  
tis. Adde  
tum serâ  
dilati, qu  
Adeoque  
ditus, ut  
carent. V

te perurgente, Nos omnes reclamabamus: frustra id quidem; nihil enim minus per dubium torrentis alveum eques ille progressus est. Non multum processerat, cum impetus ruentis amnis equi vires eluctatus, eum cum equite abripuit, spectantibus & miserantibus è ripâ cunctis nobis: tantumque momento in spatium avexit, quanto ferè intervallo vestrum diversorium Romanum à S. Ludovici Templo dissitum est. Hic dignatus est Deus Dominus Noster audire ardentis preces quas in illo spectaculo ad eum fudit servus ejus D. Legatus, rogans cum suis omnibus *non sine lacrymis* pro illius infelicis salute humanitùs desperatâ: annuit Dominus, & manifesto miraculo, presenti exitio perditum subtrahit. Gerebat is in Legati comitatu officium Stabulo Præfecti: qui sane cum præceptis vorticibus ferretur, multò maluisset in Monasterio esse quàm ubi tunc erat. Isque illum tum maxime scrupulus angebat, memoriam ingerens omissæ opportunitatis, quam tunc frustra quantovis redemptam cuperet. Hoc ipse mihi fassus postea est; affirmans, minus se in tam acerbo casu consternatum horrore periculi præsentis, quàm verberare conscientie acriter exprobrantis vitam inconsultè actam sine ullâ provisione mortis. Addebat, præsertim se tali articulo turbatum serâ Pœnitentiâ ingressus in Monasterium dilati, quò se à Deo vocari non dubiè senserat. Adeoque plenus his cogitationibus nobis est reditus, ut omnes ultrò admoneret ne similia peccarent. Verbis dabat pondus vultus & frons loquen-

quentis, tam ultra solitum pallore ac sensu discriminis mutata, ut redire videretur ex Inferis. Sanè de pœnis quæ ibi tolerantur multa erat ejus & pathetica oratio, qualis illius foret qui esset expertus: quibus frequenter inserebat: planè ita fieri; ut qui per vitam de se ad mortem comparando non cogitarit, ei mortis necessitate ingruente, Dei meminisse non vacaret. Hi erant boni viri sermones, non hausti ex lectione, doctrinâ, vel meditatione studii; sed propriæ sensu experientiæ dictati. Non parum, hæc reputans, commoveor incuriâ simili multorum vitæ usu nobis & amicitia variè notorum, quos differre pariter video executionem bonarum cogitationum, sanctorumque desideriorum Deo serviendi, quibus impelli se fatentur, maleque metuo ne tempus iis quoque tale superveniat, quo tempore facere quod decreverant ardentissimè optantes, nulla ratione poterunt.

3. Quo die Ulyssiponem pervenimus offendi Magistrum Simonem in expectatione accessus quartanæ, ea ipsa horâ statim, ut putabatur, habituri redeundi vicem: cæterùm tanta eum ex adventu meo lætitia incessit (non minor credo quam quâ ego ex ejus aspectu amplexuque affectus sum) ut languorem discussit: nam nec eo die, nec deinceps ullum ejus sensum habuit. Est autem ab appulsu huc nostro jam mensis evolutus. Itaque in plenam modo valetudinem confirmavit se; multumque in vineâ Domini, non sine uberi fructu, laborat.

4. Magnus hic numerus hominum est amicè ac benevolè

nevolè in  
lestè feran  
posse, ut  
num &  
pro notab  
que, ipsis  
liceret. N  
pensos, &  
tes, quos  
Exercitiis  
situm stat  
in diem di  
stinent ho  
norunt, v  
morarum  
adhiberi c  
sas. Hujus  
tis stimulo  
dam excit  
ubi pax n  
nem ratio  
quò ipsi v  
Domino I  
suis potius  
bonis desi  
missis. D  
quam quis  
niti cernit  
viam: &  
nihil aliud  
tum ruinæ

5. Elaps



nevolè in nos affectorum: ac sanè tantus ut molestè feram, fieri per nimiam multitudinem non posse, ut cunctis singillatim ea nos visitationum & salutationum officia reddamus, quæ pro notabili ac conspicuâ dignitate plerorumque, ipsis deberemus, si ea obire per tempus liceret. Notavi etiam plurimos ad bonum propensos, & Deo Domino Nostro servire cupientes, quos saluberrimum esset juvari quibusdam Exercitiis spiritualibus, ad concipiendum propositum statim executioni mandandi quod *de die in diem* differunt: quoniam quantumcumque festinent homines in exequendo quod faciendum norunt, vix fugiunt quin rationem reddendam morarum habeant: quare multum attentionis adhiberi convenit ad amoliendas cunctandi causas. Hujus officii plena cognitio salutare multos stimulos admovet, per quos à veterno quodam excitati sentiant, se non inventuros pacem ubi pax non est; præsertim ii qui contra omnem rationem procurant, Deum eò pertrahere quò ipsi volunt; recusantes eò ire quò à Deo Domino Nostro vocantur; sistentesque agi se suis potius ipsorum inordinatis affectibus, quam bonis desideriis in eorum mentes divinitus immisissis. Digni sane quibus misereamur magis, quam quisquam invidet; quippe quos ire ac niti cernimus per tam acclivem abruptamque viam: & improbo conatu laboriosi ascensus nihil aliud quam præcipitii periculum, imo certum ruinæ infelicis exitium quærere.

5. Elapsis ab adventu in hanc regiam civitatem nostram

nostro tribus aut quatuor diebus, accersivit Nos Rex, & benignissimè excepit. Erat solus in cubiculo cum Regina: ubi cum illis per horam, & aliquantò ampliùs, fuimus. Quæsierunt ex nobis multa singillatim de nostrâ vivendi ratione, deque casu ac modo quo cognoscere inter nos, & coire in Societatem contigit: tum quò spectarent nostra consilia prima: postremò de persecutionibus quas passi Romæ sumus. In quo valde illos delectavit cum narraretur modus quo detecta tandem est veritas. Laudabantque quòd constanter ac fortiter promovissemus rem usque ad extremum Judicii exitum: ac significabat Rex, cupere se videre sententiam quâ sumus absoluti. Communis hic sane sensus est omnium, piè ac prudenter factum à nobis, quod nullâ conditione dimoveri nos passi sumus ab urgendo usque ad sententiæ ultimæ prolationem litis cursu: passimque tantum id commendant, ut non dissimulent sibi videri fore, ut nisi sic egissemus quemadmodum egimus, numquam relaturi fuissetus ex nostris ministeriis fructum ullum. Itaque finem, ut dixi, non faciunt predicandæ illius nostræ constantiæ, usque ad sententiam, quæ veritatem denique liquidam ostenderet, obfirmatè durantis. Ut ad Regem & Reginam redeam, placuit multum ipsis quod audierunt clarè de formâ ac ratione nostrarum Domuum, ministeriorumque & totius Instituti consilio ac scopo. Inter hæc Rex vocari jussit Filiam suam Dominam Infantem, & suum Filium Regni Principem, ut illos videremus, commemoravit beni-

gnis-

E  
gnissimè  
disset,  
essent.

6. Ute  
nos affec  
mendavi  
dimus, u  
lescentur  
ipse man  
qui aular  
peccata  
tionem r  
ut nos in  
suæ hanc  
si à pue  
cognosce  
maturver  
si Nobile  
plebem a  
quare sp  
rium Reg  
tutione v  
primi Or  
partem in  
Dei laud  
animus,  
mini No  
bonas ac  
sumus, p  
in cuncto  
qui hîc de  
ge egit p  
Tom. I.

gnissimè quot Filios & Filias sibi Dominus dedisset, quique ex illis mortui, qui superstites essent.

6. Uterque tam Rex quam Regina summum erga nos affectum declararunt. Studiosè nobis commendavit Rex eo ipso die quo primùm eum vidimus, ut confessiones audiremus nobilium adolescentum qui in ipsius Comitatu essent. Nam ipse mandatum edidit, ut Nobiles Juvenes omnes qui aulam ejus frequentant, octavo quoque die peccata Confessario aperiant. In istius executionem mandati, & in ejusmodi adolescentes, ut nos invigilaremus seriò injunxit; cujus curæ suæ hanc rationem dabat: existimare se ajebat, si à puero insueverint ejus loci adolescentuli cognoscendo venerandoque Deo, deinde cum maturerint, viros bonos & frugi evasuros. Porrò si Nobiles quales esse debent fuerint, sine dubiò plebem ad illorum exemplum se formaturam: quare spem restituendi mores omnium sæcularium Regni, in nobilium puerorum probâ institutione verti: nec enim esse dubium, quin illius primi Ordinis inspecta sanctitas bonam Regni partem imitatione trahat. Magnam nobis præbet Dei laudandi causam hic religiosus optimi Regis animus, & zelus in promovendâ gloriâ Dei Domini Nostri, tamque pia propensio in res omnes bonas ac sanctas. Nos omnes, qui de Societate sumus, plurimum illi debemus ob benignissimam in cunctos voluntatem, sive qui isthic estis, sive qui hîc degimus. Retulit mihi Legatus qui cum Rege egit postquam eum nos eramus allocuti, di-

xisse sibi Regem: sibi verò jucundissimum futurum, si omnes qui hactenus in Societatem nomen dedimus, hîc apud se congregare ac habere posset; etiamsi in eos alendos ornandosque partem magnam suarum opum impendere oporteret.

7. Scimus multos ex amicis nostris conari hîc impedire discessum in Indias nostrum; quòd illis videatur, plus fructus nos hîc reportaturos ex Confessionibus, sermonibus familiaribus, tradendis Exercitiis Spiritualibus, & exhortandis cunctis ad frequentes Confessiones & Communiones; denique exercendâ hîc simili docendi instandique diligentia ejus, quâ uti in Indiâ decrevimus. Inter eos qui sic sentiunt est Confessarius, est & Ecclesiastes Regis, cui uterque auctores sunt ut nos hîc retineat spe uberioris fructûs. Diversa quorundam aliorum oratio est, miræ de proventu ex nostrâ operâ in Indiis sperando loquentium. Sunt autem qui hæc dicunt idonei talium auctores, qui multis annis in Indiâ fuerunt. Hi animadvertisse se affirmant, Gentes illas optimè dispositas ad suscipiendam Religionem Christi Domini Nostri, si ejus interpretes ac magistros nanciscantur nostri similes, hoc est quorum procedendi modus tam longè ab omni specie avaritiæ remotus sit. Itaque si istam quam hîc exhibemus abstinentiam, neglectumque humanorum commodorum lucrique ac quæstus, illic quoque teneamus, sine ullâ dubitatione futurum ajunt, ut paucis annis duo aut tria Regna idololatrarum ad Christi Domini Nostri fidem convertamus. Neque enim cunctaturos il-

los

Ios popu  
spexerint  
animarum  
præsenti  
in Indiis  
ingenerat  
stri obse

8. Mu  
rendis Sa  
mio divi  
Indias no  
gis hoc  
tificari D  
ejusmodi  
vel duod  
gare pos  
societate  
lent, cit  
gnum op  
generis h  
cerdotem  
qui prom  
ad mor  
perstitur  
fore: de  
constant  
brevis Sa  
magnâ d  
dicus fan  
tus, pro  
dias, ibi  
tum usu

Ios populos in credendo nobis, ubi planè perspexerint, nihil aliud nos quærere quam salutem animarum. Hæc nobis à viris talibus qui in re præsentì versati sint, & multis, ut dixi, annis in Indiis fuerint, asseverata, ingentem fiduciam ingenerant fructûs uberrimi ad Dèi Domini Nostri obsequium inde colligendi.

8. Multam hîc diligentiam ponimus in conqui-  
rendis Sacerdotibus, qui solo proposito sibi præ-  
mio divini obsequii & salutis animarum, ire in  
Indias nobiscum velint: nec in ullâ re aliâ ma-  
gis hoc tempore nobis videmur inservire ac gra-  
tificari Domino Nostro posse, quàm in Sociis  
ejusmodi nobis adjungendis. Nam si manipulum  
vel duodecim solum talium Sacerdotum congre-  
gare possemus, qui in consilii istius ac propositi  
societatem unanimiter conspirare nobiscum vel-  
lent, citra omnem dubitationem est, nos ma-  
gnum operæpretium facturos: jamque aliqui ejus  
generis hîc se nobis offerunt, Incipimus in Sa-  
cerdotem nobis aliàs Lutetiæ Parisiorum notum,  
qui promisit venturum se nobiscum, & usque  
ad mortem in vitæ ac consiliorum Societate  
perstiturum. Illum credimus satis certum nobis  
fore: dedit enim argumenta & pignora idonea  
constantis voluntatis. Est & alius subdiaconus,  
brevis Sacerdos futurus, qui se ad idipsum offert  
magnâ devotione. Præterea Doctor quidam Me-  
dicus familiariter nobiscum olim Parisiis versa-  
tus, promisit se navigaturum nobiscum in In-  
dias, ibique facultate suâ medendi eatenus tan-  
tum usurum, quatenus id conducet ad juvandas,

& ad salutarem Creatoris sui cognitionem pertrahendas animas, citra ullum quæstum temporarium. Hoc semper maximè spectamus, ut ii quos nobis adjungimus, ab omni avaritiâ alieni sint; neque id ipsum nobis sufficit, nisi ab omni quoque avaritiæ specie sint disjunctissimi: ita ut nec in nobis, nec in familiaribus nostris quidquam conspiciatur unde suspicio oboriri cuiquam possit, temporalia nos potiùs quam spiritualia captatum ac conquistum ire.

9. Egit Rex cum Episcopo nobis amico, itemque cum Confessario suo, de nobis ad palàm in Templis perorandum è sacro pulpito adhibendis. Id nos differebamus in aliquot dies, initium à rebus humilioribus ducere volentes. Continuumus ergo nos, nec Concionum habendarum voluntatem ostendimus; utcumque qui nos norunt magnam audiendi nostras ex Ecclesiasticis pulpitis orationes cupiditatem præferrent. Accersivit nos quadam die Rex, & post multa alia dixit nobis; gratum sibi fore, si concionaremur. Tunc sanè ad id agendum nos obtulimus alacritate magnâ; non solum studio atque officio obsequendi Majestati ejus; sed etiam spe, quâ in auxilio Christi Domini Nostri fundatâ nitimur, collocandæ, Deo favente, non inutiliter operæ ad fructum animarum. Incipiemus (\*) octavo die à proxima Dominicâ, nec dubitare nos sinit de aliquo prospero successu benevolentia, quam in nos præcipuam ostendunt cives hujus urbis: quod

(\*) Cut. Dominicâ proxima.

quod etiam  
mus, hoc  
his aliquo  
ipsam opi  
crebuit, s  
mino No  
dimus, b  
populi ta  
tionem os  
& gratia  
necessaria  
dicere. Ul

(\*)

Petit Bre  
spiritua  
& Sac  
Academ  
mam.  
ceri mo

Gratia &  
sem

I. Post  
hic  
excideran  
tangit to

(\*) C

quod etiam atque etiam Dominum nostrum oramus, hoc est: *ut augeat eorum fidem qui de nobis aliquam expectationem habent.* Atque hanc ipsam opinionem quæ de nobis hîc prospera percrevit, speramus occasionem daturam Deo Domino Nostro, pro ejus summâ, cui unice confidimus, bonitate, si minus nostrâ, saltem hujus populi tantam ad nos audiendos fidem & devotionem ostendentis, causâ, dandi nobis scientiam & gratiam, *ut possimus consolari eos, & quæ vel necessaria vel utilia sunt ad animarum salutem dicere.* Ulyssipone v. Nonas Julii Anno MDXL.

(\*) Omnibus Vobis in Christo Carissimis  
Franciscus.

EPISTOLA IV.

P. M. Ignatio Lojolæ.

*Petit Breve Apostolicum confirmatæ Societatis & spiritualia exercitia Regi offerenda: horum usus, & Sacramentorum frequentatio. Stradam pro Academia Conimbricensi poscit, & Collegii formationem. Dubium de Indica expeditione. Petit doceri modum de aggregandis Sociis.*

*Gratia & Amor Christi Domini Nostri adsit semper nobis auxilio & favore. Amen.*

I. Postquam scripsi valde prolixè de rebus quæ hic geruntur, offerunt se aliqua quæ tunc exciderant, inter quæ hæc sunt: Si Breve quod tangit totam Societatem expeditum est; mitte

B 3

hûc,

(\*) Cut. Vester in Christo minimus frater.

huc, oro Te, ejus exemplum. Nam Rex & qui nos hic amant, libenter id videbunt, uti & sententiam quam pronunciavit Prætor dum nos absolvit. Rex petiit Exercitia cum desiderio illa videndi: si exemplum eorum è correctis videretur Tibi etiam mittere, gratissimum id foret Majestati ejus. Enimvero Magnus ille Princeps valde benè affectus est erga totam Societatem: & videtur nihil non obsequii à Nobis ei deberi, pro ingenti amore quo nos prosequitur. Binas à Te literas accepi, utrasque per breves; alteras scriptas vi. Idus Junii, alteras Kalendis Maji. Domino Legato pergratum erit accipere à Te aliquam epistolam: quam ad eum dedisti, perlatam ipsi dum esset in itinere Romam huc, vix credas quantam curam conservet. Si non posses scribere, fac ut quas epistolas scribit Strada possimus ei ostendere.

2. Hoc ipso temporis puncto accingimus nos ad danda Exercitia duobus Licentiatis in Theologia, quorum unus est valde celebris Concionator, alter Pædagogus Fratris Regis, Infantis nimirum Domini Henrici. Procuramus etiam ab aliis personis non vulgaribus ea desiderari; persuasi, quò majori desiderio ea appetierint, eò plus ex iis utilitatis percepturos. Est unde laudetur Deus Dominus Noster, dum videnus hic multos sancta Confessionis & Communionis Sacramenta frequentantes.

3. Statue - sis quid tibi videatur de Francisco Strada: ecquid placeat mittere eum in Academiam Conimbricensem. Nam ibi nec illi, nec  
aliis

aliis deentum sperat valde bene bonas: quæ tuam Universitatem instituatur temus ag Studiosor quæ tua ejus, mo qui isti Sodales d gis in Sp mur Reg quem ob operam l scribi à obstiturum Domus imo & libenter adessent

4. Epis nondum Indias si nus servi stiterunt tentia es cis debent existimer semper i & credo



aliis deerunt necessaria ad eorum studia, quantum sperare licet ex eo quod qui illic degunt, valde benè inclinati sunt ad res omnes pias & bonas: quare non dubitamus quin brevi in istâ Universitate Collegium quoddam Nostrorum instituat. Nos opportuno tempore non omitteremus agere cum Rege de excitando Convictu Studiosorum: ad quod, opus esset doceri nos quæ tua mens sit circa formam institutionis ejus, modumque in ea procedendi; tum de eo qui isti Congregationi præfutura est; quâque Sodales disciplinâ teneri debent *ut crescant magis in Spiritu quam in literis*: ut cum alloquemur Regem, ei exponamus vivendi modum, quem observaturi sint qui in nostris Collegiis operam literis dabunt: quo de toto argumento scribi à Te ad nos fusè pervelim. Non apparet obstitutum quidquam, quominus illic ædificetur Domus excipiendis Magistris & Scholaribus; imo & aliæ domus Instituti nostri. Multum libenter qui hîc sunt facerent nobis Domos, si adessent qui eas incolerent.

4. Episcopus amicus noster dixit nobis: Regem nondum plane constituisse an missurus nos in Indias sit, quod illi videatur; nos hîc non minus servituros Domino Nostro quam illic. Institerunt duo Episcopi quorum contraria sententia est, nos nullâ ratione detineri in his locis debere, sed mitti in Indias; quod futurum existiment ut aliqui Reges convertantur. Nos semper intenti sumus adjungendis nobis Sociis: & credo non defuturos, prout se res sensim

procedendo aperiunt. Si hîc remaneamus, fundabimus aliquas Domos. Faciliûs reperientur qui aggregentur nobis ad hic manendum, quàm ad illò eundum. Si tamen iverimus, & Deus Dominus Noster annuerit nobis aliquot annos vitæ, instituemus cum auxilio ejusdem Dei aliquas Domos inter Indos & Æthiopas.

5. Si breve quod tangit totam Societatem non est adhuc expeditum, tamen da, quæso Te, operam ut nobis detur facultas ædificandi Domos nostræ Professionis inter Infideles. Sive autem hîc hærebimus, sive navigabimus ad Indos, per amorem & obsequium Dei Domini Nostri obsecro Te, scribe ad nos modum & ordinem, quem observare debemus in aggregandis sociis, idque *multum ad longum*; quandoquidem clarè perspicis exiguitatem nostri talenti: unde nisi nos adjuves, ob nostram imperitiam negotiandi, omitteretur occasio promovendi majus obsequium Dei Domini Nostri. Vale. Ulyssippone VII. Kal. Augusti.

(\*) Vestræ S. Caritatis filius in Christo minimus.

Franciscus.

*Annus & subscriptio deerant autographo, revisa à quodam, ut apparet.*

EPI-

---

(\*) Cut.

Gratitudo  
congress  
dat, &

1. Ex qu  
ter  
nas. Chri  
tus es ac  
Caritati  
reddat;  
exsolvere  
pondere  
pem ben  
debilitate  
clementia  
nosse, in  
aliquem  
natum,  
Deo pone  
tiam refe  
potens es  
retributio  
2. Qu  
tæ instit  
derem e

## EPISTOLA V.

Doctori Martino Azpilcuetæ.

*Gratitudo Xaverii erga Azpilcuetam, & mutuâ congressus desiderium: Blasium Lopez commendat, & Doctorem officii sui commonefacit.*

*Multum Reverende Domine.*

1. **E**x quo in hâc Civitate sum, binas à Te litteras accepi *amoris & pietatis erga me plenas*. Christus Dominus Noster, cujus amore motus es ad mihi scribendum, æquam tantæ isti Caritati & benignæ in me voluntati mercedem reddat; quando ego, vel si cupiam, nequeo exsolvere me hoc debito; nec satis vicissim respondere eximiæ tuæ in me immerentem & inopem benevolentix: quare agnoscens & confitens debilitatem in hac parte meam; ac *per Dei clementiam*, cujus singulare donum est seipsum nosse, intelligens *quam inutilis ad omnia sim* post aliquem mei quoad possem explendi officii conatum, *studui spem omnem & fiduciam meam in Deo ponere, videns me nemini posse æquam gratiam referre: & hoc me plurimum solatur, quòd potens est Deus sanctæ Animæ tuæ & similibus retributionem amplissimam pro me dare.*

2. Quod de meis rebus, ac præsertim de meæ vitæ instituto præ te fers velle cognoscere, gauderem equidem offerri nobis occasionem mutuâ

congressûs. Nemo enim me paratior est ad omnia quæ in hoc genere scire aves Tibi plenissimè communicanda. Nec despero fore ut Deus mihi Dominus noster, inter multas quibus me divina ejus Majestas benignissimè cumulat quotidie gratias, hanc quoque adjungat eximiam, videndi semel in hac vitâ & per otium alloquendi Te, priusquam cum meo Socio in Indias solvamus. Tunc sane licebit plenissimam ex me coram auctore rationem omnium eorum, de quibus per tuas literas interrogas: tam multa enim illa sunt, ut *scripto id fieri commodè nequeat*. Ad id quod Epistola tua adjungit: *multa pro Hominum consuetudine de nostro Instituto dici*: hoc tantum in præsens repono: *parum refert, Doctor egregie, ab Hominibus judicari; præsertim ab iis qui prius judicant, quam intelligant*.

3. Qui has Tibi à me reddet Blasius Lopez in clientelam atque in disciplinam transcribi tuam peroptat. Hunc ego amo plurimum mei vicissim amantem; & pro eâ necessitudine Te rogo, ut *si preces meæ apud te quidpiam possunt* (*possunt autem multum per tuam humanitatem*) excipias benignè, me tradente ac commendante, prolixum istud ejus erga Te studium, quod offert; majorem in modum cupiens, & ut Patrono Tibi obsequi; & ut Magistro dare operam. Scribe igitur illum, quæso Te, in numero tuorum: in quo præterquam rem Deo Domino Nostro, ut spero, gratam, & haud dubiè Te dignam feceris; etiam singularem à me gratiam inibis. Obstringes, inquam, me Tibi magno & pecu-

peculiari  
nem, &  
dignaberi  
adolescen  
quibus T  
Reputare  
qui Te is  
locupleta  
sed ut m  
stræ pari  
Amen.  
MDXL.

Tuu

PP.

Auctus S  
rum fr  
obitu  
Pontifi

Gratia e  
bis

i. Ho  
Paucis ig

(\*) C

peculiari beneficio, si curare bonum hunc Juvenem, & in studiis literarum dirigere ac juvare dignaberis, sic animo & studio paratum, ut adolescentiam suam meditationi doctrinarum, quibus Tu excellis, certum habeat impendere. Reputare Te convenit, quantum Deo debeas, qui Te isto eximio talento insignis eruditionis locupletavit; non utique ad tuum unius fructum, sed ut multis prosis. Deus Dominus Noster nostræ pariter amborum semper custodiæ invigilet. Amen. Ulyssippone iv. Kal. Octobris Anno MDXL.

*Tuus in Christo quoadusque vixerit. (\*)*  
Franciscus de Xavier.

EPISTOLA VI.

PP. MM. Ignatio de Loyola, & Petro  
Codacio.

*Auctus Sociorum numerus, concionum & exercitiorum fructus, Regis commendatio & in Fratris obitu mæror. De M. Mederes, Rescriptisque Pontificiis. Edoceri se postulat.*

*Gratia & Amor Christi Domini Nostri adsit nobis semper auxilio & favore. Amen.*

I. **H**os raptim depropere versum cogimur pro-  
cincto & multum festinante Cursore.  
Paucis igitur sic habetote: bene valere nos &  
cre-

(\*) Cut. Vixero.

crefcere. Jam ſex numero hîc ſumus; omnes ex notis nobis Lutetiæ Pariſiorum, præter duos, Paulum videlicet & Emmanuelem de Sancta Clara. Domino enim noſtro placuit in tantum fortunare vota & conatus noſtros, hiſce nobis ſociandis adiutoribus ad celebrandum nomen ejus inter Gentes quæ ipſum non noverunt.

2. Imputamus cæleſti favori quem vos iſthinc conciliatis nobis, fructum qui hîc exiſtit ex noſtris miniſteriis; longè ſuperior facultate, ſcientiâ, intelligentiâque noſtris. Tam multi, iique præſtantis dignitatis ad nos accedunt aperiendæ cauſâ, per ſacram confessionem, conſcientiæ, ut tempus deſit quo cunctis ſatisficiamus. Dominus Princeps Henricus ſummus Inquiſitor Regni hujus, & Regis Frater, sæpius commendavit nobis, ut curam ſuſciperemus eorum in ſpiritu juvandorum qui Sacræ Inquiſitionis cuſtodiam tenentur. Hos itaque quotidie adimus; damuſque operam ut intelligant, quanto Dei beneficio in eo Pœnitentiæ Gymnaſio exerceantur. Ad eos ſimul cunctos exhortationem habemus ſemel quovis die: tradimusque Exercitia primæ Hebdomadæ, magno ipſorum ſolatio & fructu. Multi ex illis dicunt nobis, agnoſcere ſe ſingularem in ipſos Dei gratiam, quòd operâ noſtrâ primùm audiant plurima ſcitu neceſſaria ad ſalutem animarum ſuarum.

3. Ante hos paucos dies miſimus ad vos literas Regis ad Pontificem & ad Oratorem in Urbe ſuum, quibus commendat res noſtræ Societatis ut ſuas proprias. Ad commendatitias ejus gene-  
ris

ris in hæ  
interpoſi  
Nunc qu  
mortem  
Sanctiſſim  
Quatuor  
favor ne  
Verum it  
natus eſt  
domi cla  
tio negot  
ri juſtum  
cos dies  
quàm vo

4. Qui  
cit, vicæ  
Magiſter  
dinibus in  
quium or  
Pontifici  
tribus die  
ad Sacero  
byter ant  
eſſet imp  
noſtro co  
Ea res uſ  
ciendos q  
Per Dom  
rate quan  
dirigimur  
inſtat. M  
illâ noſtra

ris in hâc Aulâ impetrandas, jam non egemus interpositione ullius: per nos ipsi sufficimus. Nunc quoque Rex, nisi esset in gravi luctu ob mortem Principis Eduardi, scripsisset iterùm ad Sanctissimum Dominum & ad Cardinalem SS. Quatuor Coronatorum, aliosque quorum isthic favor necessarius aut utilis rebus nostris est. Verum ita, ut dixi, obrutus dolore ac consternatus est acerbo funere Principis sui Fratris, ut domi clausus neminem admittat; & tristi justitio negotia pendeant. Concedendum pio mœrori justum spatium est. Ubi resederit post paucos dies exorabimus ab optimo Rege literas quàm voletis multas ad quoscumque designabitis.

4. Quidam qui studiorum cursum Parisiis confecit, vitæ Societatem nobiscum iniit. Nomen ei, Magister Consalvus Mederes. Nondum est Ordinibus initiatus. Per Dei Domini Nostri obsequium oramus, impetrate & mittite Rescriptum Pontificium cujus vi, extra consueta tempora, tribus dièbus festis promoveri per solitos gradus ad Sacerdotium ritè possit, ut sacretur Presbyter antequam solvamus in Indiam. Opus etiam esset impetrari Privilegium sex Clericis arbitrata nostro communicabile, utendi Breviario novo. Ea res usum haberet nonnullum ad faciiliùs alliciendos quosdam, ut nos in Indias sequi vellent. Per Domini Nostri amorem vos obtestamur, curate quam celerrimè perferri ad nos Breve quò dirigimur in Indias. Nam tempus eò solvendi instat. Magna nos spes tenet fructûs uberis ex illâ nostrâ navigatione secuturi.

5. Fa-

5. Facite, oramus vos, quam primùm sciamus, quid nos oporteat constituere de iis, qui aut Parisiis fuerunt studiorum causâ, aut eò ituri sunt. Respondeatis etiam distinctè ad ea quæ scripsimus de Strada; deque consilio excitandi Contubernii Scholarium nostrorum in Conimbriensi Academiâ. Nam ad id, & pia ejus generis opera pronum hîc paratumque habemus favorem Procerum, & liberalitatem Locupletum. Docete igitur citò nos, quid circa hæc decreveritis, ut prout jusseritis efficere conemur quod videbitur *magis expedire ad laudem Dei*. Redit chartam è manibus Veredarius moras increpans. Ergo quod hactenus hic scripsi, sit instar epistolæ communis mecum Magistro Simoni: hujus autem, communis item utriusque, subscriptio, quasi sigilli vicem præstet. XI, Kal. Novembris Anno MDXL.

Utriusque nomine, Magister Simon,

### EPISTOLA VII.

Doctori Martino de Azpilcueta.

*Docendi studium laudat & urget; eundemque con-  
venire desiderat.*

1. **E**x tuis literis, quas idibus octobris ad me dedisti, tantum gaudii, tantamque animi consolationem percepi, nihil ut me magis recreare posset, quam earundem lectio, *a me per multos jam dies optata*; cum intelligam inde, labores et occupationes adeo sanctas, in quibus ver-

versaris, tam est docere cupiunt, ut vian. Pro quor, qua marem, pr Christus D quam a fi ploratum h quam fueri fatigatio, qui in mod in præsent aliqua præ debet, ut si nimirum do laboras num depo tuo, mirifi modo exso venda reliq vita luunt justo confi dere in ma denda villi

2. Faxit tibi doctri cæteris el eadem his avent, ut omnium, l ria, & eju

ver-



versaris, tantæ pietatis esse, quantæ profecto est docere illos, qui ea solum de causa discere cupiunt, ut Christo Domino nostro unice inserviant. Proinde non ea miseratione Te prosequor, qua prosequerer equidem, si modo existimarem, præstantissimas illas dotes, quibus Te Christus Dominus ornatum voluit, a Te, tanquam a fidei servo, non adhiberi; cum exploratum habeam, majus fore laboris præmium, quam fuerit ad promerendum illud adhibita defatigatio, *quando super multa erit constitutus, qui in modico fuit fidelis*. Quod si tibi labores in præsentia occurrunt in habenda prælectione aliqua præter solitum, hoc rursus addere vires debet, ut libentissime laborem istum assumas, si nimirum tecum ipse reputes, minus aliquando laborasse, quam excellentis ingenii tui donum deposcebat: & qui de bono gaudemus tuo, mirifice lætamur, quod antiqua debita hoc modo exsolvas, neque illa tuis heredibus solvenda relinquas; multi enim pœnas in futura vita luunt, quod testamenti curatoribus plus justo confisi fuerint: & *ideo horrendum est incidere in manus Dei viventis, præsertim in reddenda villicationis ratione*.

2. Faxit Deus, cui placuit tam liberaliter eam tibi doctrinæ copiam concedere, quam posses cæteris elargiri, ut Tu pariter liberalis sis in eadem his impertienda, qui tantummodo scire avent, ut Creatori serviant, ac Domino rerum omnium, proposita tibi ob oculos divina gloria, & ejusdem incremento: certissime quippe  
*dabit*

dabit Dominus juris (& ita fiet, Doctor egregie) ut in alia vita socii consolationum simus, si in hac fuerimus passionum comites. Cætera in eum diem rejicio, cum Te coram alloquar, qui dies præter opinionem tuam adveniet; quoniam eximius ille amor, quem mihi per literas exhibes, ut morem tibi in hac parte geram, me penitus cogit. Ego vero meum erga te amoris vinculum taceo: Dominus novit, qui amborum mentem solus ipse rimat, quam mihi sis intimus corde. Vale, Doctor egregie, & me, ut soles, ama. Olyssipone pridie Nonas Novembres MDXL.

Tuus in Domino humilis Servus

Franciscus.

### EPISTOLA VIII.

Societati Romam.

*Gaudet de prospero statu Societatis. Joannes Lusitanix Rex Societatis Patronus ac benefactor liberalissimus. M. Simonis & Xaverii sodales, præclaraque Indorum dispositio. Regis in Xaverium Proregisque beneficia: ejusdem Proregis decora, & cum Xaverio colloquium. Hujus modestia fiduciaque singularis: rogat Patres ut se minutè ac singillatim erudiant de omnibus. Regis in Religionem singulare studium, ejusque Aula cænobio similis. Xaverius ad navigandam procinctus.*

Gratia

Gratia &  
per

I. **A** Cc  
st  
quantum c  
nuncii. Co  
ac statu p  
pationibus  
tos impene  
tualibus &  
præsentibu  
utrique par  
borandum  
que ad fin  
spe maxim  
tificandi d  
nam Domi  
sentes tant  
quam magi  
do nobis q  
Christo D

2. Hinc  
quòd impe  
dum, & q  
nostris jam  
tur profect  
plicentur C  
Tom. I.

(\*) Cut.

*Gratia & Amor Christi Domini nostri adsit semper nobis auxilio & favore. Amen.*

1. **A**ccepimus desideratissimas nobis literas vestras tanto fructu nostrorum animorum, quantum offerre Filiis debueret felices de Matre nuncii. Cognovimus per eas videlicet de salute ac statu prospero Societatis universæ; de occupationibus piis ac sanctis in quas vos isthic totos impenditis; de ædificiis duplicis generis spiritualibus & materialibus quæ fundatis & struitis, præsentibus unâ posterisque consulentes, quod utrique pariter instructi necessariis *subsidiis ad laborandum in vinea Domini* provehere promovereque ad finem optatum possint, id quod cum spe maximâ Deo Domino nostro insigniter gratificandi dudum inchoatum est. Dignetur utinam Dominus noster adjuvare nos quoque *absentes tantum corpore, licet præsentis animo nunquam magis quàm nunc*, ut imitemur vos, quando nobis quoque viam monstravit (\*) inserviendi Christo Domino Nostro.

2. Hinc quæ nosse vos juvet hæc habemus: Rex quod impensè probet nostrum procedendi modum, & quod experienciâ spiritualis fructûs ex nostris jam ministeriis extantis, in spem excitetur profectûs animorum uberioris, si tales multiplicentur Operarii, decrevit fundare unum *Collegium*;  
 Tom. I. C legium;



(\*) *Cut. monstratis.*

Gratia

legium; unamque item domum Nostrorum, hoc est Societatis Jesu. His ædificandis remanent hîc tres, Magister Simon, Magister Gonzalus, & alter Sacerdos Juris Canonici peritus. Multi alii se in dies produnt, offeruntque ad Societatem ineundam. Porrò non perfunctorium aut nutans hoc propositum Regis est istarum Domuum excitandarum, sed fixum vehemensque: quoties ex aliquo jam tempore illum adivimus, illam suam ultrò professus voluntatem est, sermonem hujusmodi primus inferens, nullâ præviâ (1) suggestionem nostrâ, aut amicorum quos rogaverimus; ex proprio planè arbitrio judicioque in id domos istas ædificandi consilium prodit. Locum illis destinat, Civitatem Eboram. Credo illum scribere ad Pontificem, ut aliquos, aut aliquem è Societate huc mittat, qui Magistrum Simonem in his principiis adjuvent. Rex sanè ille optimus suo isto tanto affectu in nostram Societatem, cujus augmentum optat *tanquam unus ex* (2) *nobis*, totum id agens solo instinctu amore ac veneratione Dei Domini nostri, magno nos sibi vicissim officio devincit profitendû ei præstandique perpetuam *propter Deum* servitutem: nihil enim minus profectò debetur tam beneficæ prolixæque voluntati, haud se intra otiosam destinationem continenti, sed ultrò ac lar-

---

(1) Cut. *Quin nos ei unquam verbum fecerimus nec per nos, nec per tertias personas.*

(2) Cut. *Ex nostris.*

largè in o-  
litate oc-  
mus obstri-  
remur; ni-  
sacrificiis,  
mur quanti-  
ficisci, pra-  
Dei obsec-  
gniter con-  
statis; gr-  
& foedâ i-  
dinem lab-  
ties ulla  
sequiosissi-  
nis Patron-  
non cum  
nitate co-  
me ipsis  
hebdomad-  
net Dei M-  
sos, uber-  
sis inferen-  
ra referun-  
per annos  
disposition-  
meliora su-  
amplecten-

3. Dim-  
plenos cu-  
diligentiss-  
Indiam,  
que unâ

largè in omnem de nobis optimè merendi sedulitatem occurrenti. Quo nomine quantum ei simus obstricti, nisi & agnosceremus, & profiteremur; nisi, inquam, quotidianis orationibus ac sacrificiis, quoad possumus, rependere conaremur quantum à nostrâ potest infirmitate proficisci, præstantibus meritis eorum qui nobis ad Dei obsequium adjuvandis ac fovendis sese insigniter commendant in conspectu divinæ Majestatis; gravem utique conscisceremus culpam, & foedâ ingrattissimi animi ad insignem turpitudinem labe inureremur, vitâ ipsâ indigni, quoties ulla nos dies argueret memoriâ affectu obsequiosissimo conjunctam Regis Lusitanæ Joannis Patroni ac Benefactoris nostri liberalissimi, non cum vitæ ipsius nostræ quantalibet diuturnitate cœquasse. Paulus & alius Lusitanus, me ipsis adjuncto tertio, soluturi sumus hâc hebdomade versùs Indias. Spes magna nos tenet Dei Domini Nostri benigno auxilio confisos, uberis ex iis terris in Ecclesiæ horrea messis inferendæ: ut sic opinemur, movent quæ mira referuntur à Viris probis coram intuitis, quippe per annos multos in Indiâ versatis, de præclarâ dispositione gentium illarum ad audiendos qui meliora suadeant, & salutem oblatam animarum amplectendam.

3. Dimittit nos Rex omnis generis à se gratiis plenos cumulosque; commendatos quin etiam diligentissimè Proregi quem hoc anno mittit in Indiam, cujus ipsa Prætoria, vectura nos quoque unâ cum ipso est. Sanè is se nobis perbe-

nevolum ostendit. Adeo ut curam omnem nostræ navigationis in se sumpserit, vetueritque nos aut quemquam alium præter se ipsum de apparatu ac instrumento nobis ad istam transmissionem necessario providendo cogitare; constituit etiam jam nunc, habere nos quotidianos convivas ad prætoriam mensam. Quæ commoro, non istud quidquid est honoris aut commodi magnoperè ostentans, quasi fructus hic nos proprius delectet, quo multò libentiùs careamus: Sed ut vos intelligentes quantum ex hoc tam prolixo summi per Indiam Magistratùs affectu in nos, subsidii meritò speremus ad conversionem, quam toto animo cupimus, istarum gentium, & ipsi pro vestro Dei honoris zelo gaudeatis, & nobis gratulemini benignam facultatem portandi nomen JESU Christi coràm Regibus Gentilibus tractuum illorum; apud quos satis est compertum præcipuam esse auctoritatem & venerationem Lusitanici Proregis.

4. Et alunt hanc fiduciam sensus, mores, dotes ac studia præclara Proregis ejusdem, quæ partim observare per nos ipsi, partim ex aliis nosse potuimus hactenus. Pollet enim primum experientiâ & usu rerum Indiæ, ubi exegit multos annos famâ integritatis optimâ. Sanè consensu Aulæ, cujus scitis quàm acre sit ac perspicax de vitis hominum judicium, vir existimatur in primis probus: certisque autoribus creditur, eum in Indiâ à nostris juxta Indigenisque multum desiderari. Agenti secum mihi nudiustertius is familiari sermone memorabat, esse quandam in  
Indiâ

Indiâ insu  
Maurorum  
rare se a  
tionis Eva  
bitare, re  
observasse  
Rex, &  
Religione

5. Hos s  
nus viri,  
instituti a  
hîc plausi  
non obst  
imbecillita  
tave fore  
quòd mise  
cæcitatem  
tutarum p  
firmorum  
quius usu  
Deum ign  
deplorato  
hoc, ut r  
in hoc, i  
cis à De  
tota nost  
viget alac  
læto even  
paramus a  
hendis iis  
Religionis  
sequi erg

Indiâ insulam Gentilium merorum, sine ullâ Maurorum aut Judæorum misturâ, in quâ sperare se aiebat magnum & promptum prædicationis Evangelicæ proventum: adeoque nihil dubitare, recolentem quos ac quales illic præsens observasset habitûs animorum, quin & ipse Rex, & brevi cum eo totâ Insula Christi palam Religionem amplectatur.

5. Hos successûs ut augurentur prudentes id genus viri, facit perspecta ipsis & probata ratio instituti ac ministeriorum nostrorum, quorum hîc plausibilia specimina viderunt: nos autem ut non obstante intimâ conscientiâ tenuitatis & imbecillitatis nostræ confidamus haud vanâ irritave fore vota & auguria hujus generis, animat quòd miserari jam Deum credimus infelicissimam cæcitatem nationum istarum omni salutis destitutarum præsidio, ut ideò nostris quamlibet infirmorum & inutilium servorum paratissimis obsequiis usus benignè videatur ad *Gentes quæ Deum ignorant & dæmonia colunt*, ab errore ac deplorato in quo jacent statu revocandas. In hoc, ut nudemus vobis nostros intimos sensus, in hoc, inquam, solo sperati verisimiliter efficacis à Deo auxiliî fundamento fidit ac nititur tota nostra tanti negotii capessendi fiducia; hinc viget alacritas, hinc spes alitur fortunandorum læto eventu conatum, quos intendere maximos parâmus ad homines infelicissimos juvandos, trahendis iis ad veram notitiam Sanctæ Fidei ac Religionis nostræ, unico instinctu amoris & obsequii erga Deum Dominum nostrum, cui nos

istâ operâ gratificari & servire certissimum habemus.

6. Oramus vos majorem in modum, ut maturè nobis isthic otiosèque concinnetis longa & accurata monita, quæ per naves hinc in Indiam, redeunte Martio vertentis anni, soluturas perferri ad nos possint. In his à vobis plena & ad minuta quæque descendencia perscribi nobis cupimus, & suppliciter petimus, mandata, singillatim explicantia quid, quo modo, quibus cautionibus agere illic debeamus, quod vitæ institutum operandive rationem inter Infideles tenere. Etsi enim non diffidimus, quin nos experientia ipsa præsens doctrina ac directura nonnihil in eo sit: præcipuam tamen spem intelligendi quid in hujus totius administratione negotii potissimum Deo cordi sit, in suggestione admonitioneque vestrâ ponimus: utique persuasi vobis inspiraturum Dominum Nostrum quid & quatenus agi à nobis velit: perque eosdem quibus hactenus nobiscum est usus, interpretes, declarare dignaturum sensum ac beneplacitum suum intimum circa genus ac formam vitæ ministerii-que nostri. Ad hoc etiam atque etiam, adeoque instantissimè petendum moveor metu ne nobis accidat idem, quod non rarò usu venire multis magno ipsorum damno solet, ut vel per negligentiam attendendi ac circumspectandi satis omnia, loci, negotii, officii in quibus sunt momenta, vel per tumorem quendam sibi plus nimio fidentem, ideoque dedignantem consulere alios in dubiis, & sapientiorum sententias ex-

qui-

quirere, m  
futuris not  
cessisset, s  
professione  
priæ, consi  
præsertim  
significare  
sibi per no  
obsecramus  
illam nostr  
amicitiam,  
scribere m  
minutè ac  
fugere, qu  
opus est i  
omni, ac  
salutis ani  
voluntati,  
præceptis  
turis imbec  
dandum qu  
nibus, qua  
riam, ut à  
tates nostr  
longæ nav  
illic nobis  
hoc est cu  
rum conta  
noxia nos



quire, mereantur multis à Deo gratiis & profuturis notitiis privari, quas illis benignè concessisset, si animum iudiciumque demisissent ad professionem ignorantiae ac imbecillitatis propriae, consilium auxiliumque ab aliis poscendo; praesertim ab iis quorum interventu Deus solet significare nobis in quo & quâ ratione serviri sibi per nos velit. Oramus ergò vos Patres & obsecramus iterùm atque iterùm in Domino, per illam nostram in Christo JESU conjunctissimam amicitiam, ne vos pigeat diligenter ac fusè perscribere monita, mandata, documenta quibus minutè ac singillatim erudiamur de omnibus quæ fugere, quæ sequi, quæ cavere, quæ amplecti opus est iis qui, ut nos enixè cupiunt in vitam omni, ac praesertim in isto munere procurandæ salutis animarum, congruere adamussim divinæ voluntati, quam vestris potissimùm nutibus ac præceptis manifestandam nobis confidimus; adiuturis imbecillitatem nostram ad executioni mandandum quidquid illa præscribet, vestris orationibus, quas singulares, *ultrà (\*) consuetam memoriam*, ut à vobis imploremus admonent necessitates nostræ majores in extraordinariis periculis longæ navigationis, & post eam consuetudinis illic nobis assiduæ futuræ cum Indis Ethnicis, hoc est cum Gente omnibus vitiis perditâ, quorum contagio ne tepiditati atque ignorantiae noxia nostræ sit, abundantiori videlicet Dei

C 4

gra-

(\*) *Cut. Solitam.*

gratiâ, efficacioribusque auxiliis eluctandum est.

7. Ex Indiâ scribemus ad vos copiosè per primas, quæ illinc solvent post nos appulsos naves; paris scilicet argumenti ac sententiæ literas ad vos dantes, cum iis quâs daturi ad Regem sumus, ut ejus mandatis obtemperemus. Impensè siquidem & instanter Princeps optimus, cum vale soluturis ultimum diceret, commendavit nobis, Dei etiam Domini Nostri nomine interposito, ac per ejus amorem adjurans, ut prolixè ipsum accuratèque edoceremus, quænam appareat in Indiâ dispositio ad conversionem miserarum illarum animarum, utri se intimè ac discrucari significans infelici earum sorte; cupereque, ac nihil non pro eâ spe pacisci paratum esse, omninò impedire ne illic, ut hactenus, in posterum Creator & Redemptor omnium hominum à suis creaturis ad propriæ imaginis exemplar conditis, tantoque pretio emptis, offendantur. Tam ardenti zelo Christi Domini Nostri Gloriæ, ac salutis proximorum procurandæ Rex ille optimus flagrat! unde incitor equidem ad infinitas Deo laudes gratiasque reddendas, quòd mihi videre concesserit Regem potentissimum tam piè sentientem de divinis rebus: verèque affirmo; me nisi essem de his præsentium propriorum sensuum testimonio convictus; vix inducturum in animum credere, sæculare pectus in principali præsertim fastigio, ac tumultu Aulæ magnæ, adeo exquisitæ religionis ac caritatis capax esse potuisse. Velit utinam Deus augere in illo dona ista sua, diesque vitæ ipsius

in

in annos  
salubriter

est Populo

8. Hæc

te: nihil

dem; ut R

sæculari v

taria Pœn

quòque d

videndo d

des ac gr

Ita sumus

si essemus

rum esset

in sacro

cum tam

teris exc

Rex dive

rum neg

concurr

dinem; p

eos passi

diebus a

reter ac

attonitos

rabantur

pœnitenti

frequent

riorum p

dini, qu

fluere, n

cum Re

in annos plurimos multiplicet, quando eos tam salubriter impendit, & tam utilis ac necessarius est Populo suo.

8. Hæc de Rege: de Regis comitatu sic habete: nihil eo fieri emendatius posse, adeo quidem; ut Religioso Cœnobio similior, quàm Aulæ sæculari videatur: Tantus numerus ibi est salutaria Pœnitentiæ Eucharistiæque mysteria octavo quòque die constantissimè participantium, ut id videndo & admirando, non cessemus Deo laudes ac gratias ingentes eò nomine rependere: Ita sumus occupati audiendis confessionibus, ut si essemus duplò plures; abunde omnibus futurum esset in eo genere quod agerent. Sedemus in sacro Tribunali totos dies & partem noctium, cum tamen ad nos admittantur Aulicì soli, cæteris exclusis. Memini observasse, cum nuper Rex diversaretur Almerini; eos qui tractandorum negotiorum causâ undique, ut fit, ad Aulam concurrebant; valde admirari solitos consuetudinem; præsertim in Aulicis; novam: ac cum eos passim singulis Dominicis & Festis insuper diebus ad sacrum Christi Corporis epulum reverenter accedere cernerent, stupore quodam quasi attonitos hærare: nec pauci eorum quod demirabantur imitantes, purgabant ipsi quòque per pœnitentiam animas, & mensam Eucharisticam frequentabant. Quòd si par numerus confessorum præstò esset excipiendæ tantæ multitudini; quanta semper ad Comitatum solet confluere, nemo ferè aggrediretur tractare negotia cum Rege, quin prius calculos cum Deo postuisset;

set; nunc multi peccata deponere parati, qui audiant, non reperiunt: etsi, ut dixi, nobis non parcimus, adeo quidem ut audiendi confessiones assiduitas dicendi ad concionem nobis otium eripuerit. Verùm rationibus subductis, accommodatius ad Dei Domini Nostri obsequium iudicavimus, attendere administrationi pœnitentiæ, quàm de loco superiori perorare, quòd Concionatores in hâc Aulâ non desint, Confessariorum hîc quidem idoneorum rara sit copia. Ea nobis causa fuit pulpitem subsellio mutandi.

9. Aliud de nobis, quod nunciemus, non habemus, nisi nos in hoc procinctu navigandi versùs Indiam, vota Christo Domino Nostro facere, ut vobiscum, à quibus ejus causâ disjungimur, dignetur in vitâ meliori congregare, nam in hac difficile speratu est venturos unquam in conspectum mutuum, tum propter immania spatia terrarum ac marium, quæ Romam dirimunt ab Indiis, tum quòd ea quæ nos illic expectat messis uberrima cogitationem & facultatem verisimiliter ereptura nobis est alios agros areasve cogitandi, unde plus congerere queamus in horreum Domini, cujus obsequiis nos devovimus: qui ergò primus è nobis ad Beatam Vitam pervenerit, & illic *non invenerit fratrem quem in Domino diligit*, meminerit orare Christum Regem nostrum, ut & illo adducto, cunctos nos in suâ gloriâ societ. Ulyssipone xv. Kal. Aprilis Anno MDXLI.

Cunctis isthic in Domino dilectis.

*Franciscus de Xavier.*

EPIS-

*Ædificanda  
bello. Pr  
commend  
& ad H  
dilla, C  
Card. G  
nullis R  
Indiam n  
fructus.  
& Epist*

*Deest p*

1. **Q**uod  
æd  
ti  
batur, in  
auspiciamu  
gotium oc  
cis belli q  
unde frequ  
conjuratum  
minitari tu  
ditionis.

2. Tran  
cessum co

EPISTOLA IX,

D. Jajo, & D. Lainez.

*Ædificandæ domus impedimentum ab imminenti bello. Procuranda Cardinalium & Oratoris Regiæ commendatio. De literis ad Petrum Mascareniant & ad Regem mittendis. De Mansilla, Bobadilla, Cacerezio, & Paulo Camerte. Missæ pro Card. Guidiccionio, ejusdemque elogium. De nonnullis Romæ amicis ac notis. De aliis sociis in Indiam mittendis; ac de spe sua certa uberis fructus. Spirituales gratias, indulta Apostolica, & Epistolas longiores desiderat.*

*Deest principium in Autographo Mussipontæ servato.*

1. **Q**uod Regem attinet & eleemosynam ad ædificationem Domûs, scribo Petro Codasio quid isthic agere debeat. Mihi videbatur, in hoc quidem trimestre vernæ quam auspiciamur tempestatis parùm opportunè id negotium occurrurum; utique inter apparatus atrocis belli quod instare dicitur ex finitimâ Africâ; unde frequentes & concordés indicant nuncii, conjuratum omne Maurorum nomen irruptionem minitari tumultuosissimam in terras Lusitanicæ ditionis.

2. Tranquilliori tempore multùm ad rei successum conferrent procurata isthic officia Cardinalina.

dinalium gratiosorum apud Regem, si eum dignarentur accuratis literis docere; quam utiliter impenderetur regia pecunia in constructionem talis Domûs. Credo in isto numero peculiariter carorum Regi Purpuratorum Patrum esse Cardinalem Carpensem, argumento inde ducto, quod hunc Domino Petro intimè familiarem novi: quare commendatitiæ ab eo impetratæ, uti & à Cardinali SS. Quatuor Coronatorum, & si quorum aliorum amicitia cum ejus Majestate non ignota vobis sit, plurimum sine dubio jurent. Hi si quâ ex causâ detrectarent ad Regem protinus ipsum tali de re scribere, at non ægrè opinor adducerentur, præsertim Carpensis, ad Dominum Petrum, ut cum Rege negotium tractet, & boni hujus Operis patrocinium apud eum amplectatur, privatim orandum. Præterea si Orator Regis qui isthic est, optimè affectus in Societatem sit, prodesset sanè non parùm impetrare ab eo in id ipsum literas, quæ Regi exponerent in quantâ necessitate favoris Suæ Majestatis res in urbe nostræ sint.

3. Non omittatis vos ipsi scribere ad Dominum Petrum Mascareniam, nam quantum ille delectetur vestris literis, nullis satis verbis possem exprimere. Hoc certò teneatis, amari vos ab eo *multum in Domino*: quas à vobis accipit literas studiosissimè conservat, pedetentim lectitat, cum voluptate fructuque animi, cujus signa in vultu renidenti læta extant. Equidem ex his indiciis intelligens quàm is vester sit, obstringi eo nomine me sentio ad me ipsum in  
 omnem

omnem illam scribamur, sicut gem scribitur luntate quæ cietati fuerit situs in hunc di, mihi quod D. Petro isthinc, hinc morandum vos de beatitate ædificietatis nunciandi, quod instantius quod sci habeat, quod per multas gendas.

4. De expertem Indiâ Episcopi non gravatur utcumque simplicitate nisi Dominum illi committit, ut ex de more quod si a Cuperet impetrari sil

omnem illi vitam addicendum. Nos hîc opinabamur, *salvo meliori Judicio*, expedire ut ad Regem scriberetis, agendo illi gratias pro eâ voluntate quam ostendit Collegii aut Domûs Societati fundandæ; nam multus & passim requisitus in hâc Aulâ usus viget officiorum istiusmodi, mihiq; compertum est ex iis quæ audiui à D. Petro, epistolam talis sententiæ missam isthinc, Regi jucundissimam futuram. Commemorandum in eâ esset, certiores à nobis factos vos de beneficâ Majestatis ejus declaratâ voluntate ædificandi Collegii aut Domûs nomine Societatis nostræ. Etenim hoc ipsum calcar currenti, quod ajunt, addet, urgebitque ad tantò instantiùs corripendas incepti moras. Etiam hoc quod scio vobis indico non frustrâ; sic certò habete, quas tali argumento huc dabitis literas, per multas ituras manus, multorum oculis legendas.

4. De Francisco Mansillâ narro vobis; planè expertem eum esse Sacrorum Ordinum. Est in Indiâ Episcopus, quem confidimus in Domino non gravatum iri bonum hunc virum initiare; utcumque magis illum quidem zelo, bonitate, simplicitate, quàm multis literis instructum: ac nisi Dom. Paulus partem suæ multæ doctrinæ illi communicet, valde vereor, ni Deus adjuverit, ut examini Sacrorum Ordinum collationem de more præcessuro, par sustinendo reperiatur: quod si accideret, rationes conturbaret nostras. Cuperet is in omnem eventum talis casûs, impetrari sibi à vobis Româ literas quibus ei exquisi-

sitio-

ultioris à doctrinâ ad Ordines sacros apparatus gratia fieret; & susceptio *extra tempora* trium majorum Ordinum totidem festis diebus concederetur, *ad titulum voluntariæ paupertatis & sufficientissimæ simplicitatis*. Ad quod impetrandum verè allegari potest, suppleri in eo multâ bonitate, & sanctâ simplicitate, defectum uberioris literaturæ: nimirum si tantum fuisset versatus cum Bobadillâ, quantum cum Cacerезio familiaris usûs habuit, traxisset, ut sit, fortè aliquid, intimi convictûs affrictu, quò magis eruditionem prioris, quàm posterioris ruditatem saperet: nec conflictaremur hisce difficultatibus, ipso scilicet tunc eructaturo scientiam, inter decurrendum plenis velis æquor Scripturarum. Porrò tam hic quàm D. Paulus communiter optarent impetrare isthic à gratiâ Sanctissimi Domini, ut quoties ad aram facient, possint animam unam Purgatorio eruere,

5. Missæ Sacrificia quæ jam obtulimus pro Cardinali Guidiccione sunt omninò ducenta & quinquaginta, ex quo Româ discessimus, usque ad hunc diem, Faciet per suam gratiam Deus Dominus Noster ut reliqua in Indiâ persolvamus. Equidem dum mente recolens reputo, quanto semper hactenus fructu gustuque mei animi pro illo Reverendissimo Ecclesiæ Patre sacrificaverim, allici me sentio ad eundem Deo Domino Nostro apud Sacrum Altare commendandum, quoties per totam deinceps vitam rei divinæ operari mihi contigerit.

6. Plurimum cupimus scire, ecquid, quando  
jam

jam confirm  
tantum amo  
ob egregian  
trò prosequ  
studioque;  
tatem dede  
primùm der  
pacem anin  
nem vitæ  
qui tamen  
terit ut qu  
quem refor  
si quando c  
piendi. Ha  
cum Zapat  
velim Don  
mo non m  
terendis, u  
um. Quod  
Ignatium I  
baturus rat  
surus, si p  
tem stoma  
Bobadillæ.  
non habeo  
ut Mundu  
ciat, satis  
eos velit.

7. Nesci  
quosdam è  
abigere ex  
su speciem



jam confirmata Regula Nostra est, illi quibus tantum amoris mutui debere nos profitebatur, ob egregiam benevolentiam quâ res nostras ultrò prosequerentur, promovendo illas ope omni studioque; an, inquam, isti vel jam in Societatem dederint nomen, vel in eo sint, ut quamprimum dent. Suspicio in iis esse aliquos qui pacem animi reperire cuperent, citrà susceptio- nem vitæ hujus nostræ humilis & ærumnosæ: qui tamen an inventuri sint nescio: & fieri poterit ut quod ubi libet quærunt, in eo tantum quem reformidant, loco reperturi denique sint, si quando consilium expedierint in eum se recipiendi. Hæc à me dicta non ad solum Franciscum Zapatam pertinent; haud enim exclusum velim Dom. Licentiatum, quem equidem autumno non multâ frui quiete tranquillæ mentis in terendis, ut facit, liminibus magnarum Domuum. Quod spectat Dom. Doctorem Medicum Ignatium Lopez is mihi planè videtur conturbaturus rationes famæ suæ, & quasi foro cessorus, si priùs abeat quàm percuraverit languentem stomachum Patris Ignatii, & cachexiam Bobadillæ. De Didaco Zappatâ & ei similibus non habeo quod dicam; nisi verisimiliter fore, ut Mundus eos inutiles sibi deprehensos abjiciat, satis deinde laboraturos in reperiendo qui eos velit.

7. Nescio quid sit, quod ex quo Rex statuit quosdam è nobis hîc hæere, alios proficisci, abigere ex animo non possum occurrentem injussu speciem Carissimi Fratris nostri Antonii Araozii,

zii, suggerente sibi præ sagâ mente venturum illum ad nos ad Indias cum sex saltem Clericis, & cætero idoneo comitatu, qui etsi non constet ex eruditissimis, modò homines habeat benè animatos ad impendendum quantum ipsis vitæ superest in Dei Domini Nostri obsequium, prætereaque alienos ab omni specie avaritiæ, speramus adventum eorum non parùm utilem futurum. Ac quamquam nullos tales hoc anno (hoc est Martio consequentis) mitteretis; sed evoluto duntaxat inde biennio, quando jam nostras ex Indiâ literas accepisse potueritis, nihil magni esset incommodi: dummodo indicato tempore id quod dixi subsidium non deesset certi numeri bonorum Operariorum à vobis huc destinatorum. Rem totam Sapientiæ vestræ permittimus, magnoperè tamen optantes, ut in deliberatione tali, præ oculis id habeatis quod vobis pro certissimo confirmo; planè mihi persuasum esse, laborum in Indiâ nostrorum non exiguum fructum extitutum: neque hoc putetis esse merum augurium sibi faventis animi: sic enim constans affirmatio versatorum illic multis annis prudentium hominum sperare nos omninò jubet. Quid in re præsentis deprehenderimus scietis ex nostris literis, diligenter ac copiosè declaraturis ex oculatâ notitiâ verum statum locorum ac gentium illarum, quantum ad negotium salutis animarum & Christi regni propagandi spes ac facultates pertinet. Prout nunc augurabamur, magni per omnia momenti ad successum nostrorum ejus generis conatum erit  
emi-

eminens i  
stensus Pr  
ritatem q  
rum tract  
pria illic  
amplissim  
conciliatu

8. Si vo  
tuales ex  
queunt,  
illic mini  
vobis cari  
cuperemus  
diplomate  
cultatem,  
Indiis deg  
rem licea  
pora sine  
missæ De  
xato, ubi  
illegitimo  
ut quando  
quam per  
volumus c  
& singuli  
cogitent,  
neque id  
xat quovi  
ditura vob  
stræ isthi  
dierum lee  
cenur nos  
Tom. I.

eminens in nos & nullis non officiis palàm ostensus Proregis favor, propter summam auctoritatem quam ei apud Reges ac Dynastas illorum tractuum Lusitanici Regis socios, & propria illic olim nota virtùs, & nova Dignitas amplissimi & Regem repræsentantis magistratus conciliatura meritò creditur.

8. Si vobis viderentur Gratia quædam spirituales ex iis quæ impetrari à Summo Pontifice queunt, nobis profutura ad efficaciam nostris illic ministeriis addendam, agite prout vestra vobis caritas & sapientia suaserit: certè illam cuperemus obtineri, & ad nos ritè consignato diplomate primâ quaque occasione transmitti facultatem, quâ nostræ Societatis hominibus in Indiis degentibus per supremum Ecclesiæ Pastorem liceat, accipere Sacros Ordines *extra tempora* sine patrimonio aut beneficio, titulo promissæ Deo voluntariæ paupertatis; etiam relaxato, ubi opus fuerint, canonico impedimento illegitimorum natalium. Ad extremum oramus, ut quando ad nos in Indias scribetis, id nequaquam perfunctoriè breviterve faciatis: omninò volumus doceri nominatim à vobis de omnibus & singulis Nostrorum, quid agant, valeant, cogitent, quam sui spem, quem fructum edant: neque id grave videri debet cum semel duntaxat quovis anno dandarum ad nos literarum reditura vobis opportunitas est. Planè facite ut vestræ isthinc epistolæ in octo nobis solidorum dierum lectionem abundant. Sic vicissim pollicemur nos quoque facturos. Valete.

Tom. I.

D

Ulys-

Ulyssipone xv. Kal. Apriles Anno MDXLI.

Nomine Cunctorum hîc vobis Carissimorum Fratrum

*Franciscus de Xavier.*

EPISTOLA X.

Societati Romam.

*In Indiam appulsus, itineris casus & labores. Goanæ occupationes, & imminens ad Comorinum profectio: institutiones flagitat.*

*Gratia & Amor Domini Nostri Jesu Christi adsit nobis semper auxilio & favore. Amen.*

I. **O**lyssipone cum P. Paulo, & Francisco Mansilla profecturus scripsi ad vos pluribus de nostra in Indiam profectio. Nunc, quoniam me rogastis, ut cùm primum per otium liceret, de meo in Indiam adventu perscriberem, faciam vos de Indico nostro cursu atque itinere certiores.

2. Ad VII. Id. Aprilis anni post Christum natum M. D. XLI. (\*) Olyssipone solvimus. Indiam

---

(\*) Cut. in eadem Proregis navi.

diam attig  
quentis.  
nere posu  
Vecti sum  
ab eo sen  
usi comm  
re confes  
valentium  
prætermis  
qui hoc  
jiciens in  
ciarem m  
non minù  
ministrare

3. Ex  
bico nom  
titudine,  
navibus,  
oppida s  
sidio fir  
rum. In  
ginta per  
ægotis r  
& Mans  
animos c  
Corpus i  
quidem u  
bus Don  
gnâ sanè  
rat Præt  
nes aud  
quamdiu

diam attigimus pridie Nonas Majas anni insequentis. Itaque annum eòque amplius in itinere posuimus, quod ferè semestre esse solet. Vecti sumus eàdem quâ Prætor navi, honorificè ab eo semper tractati, valetudine etiam omnes usi commodâ. Non defuerunt toto eo tempore confessiones excipiendæ vel ægrorum, vel valentium: nec diebus Dominicis sacra concio prætermittitur. Magnam DEO gratiam habeo, qui hoc mihi tribuit, ut regnum piscium trajectans invenirem homines, quibus divina enunciarem mysteria, & Confessionis Sacramentum non minùs mari, quàm terrâ necessarium administrarem.

3. Ex itinere Insulam tenuimus, cui Mozambico nomen est; ubi cum magna hominum multitudine, quæ quinque ingentibus advecta erat navibus, sex menses hiemavimus. Ea in insula oppida sunt duo, Lusitanorum unum regio præsidio firmatum, Saracenorum alterum amicorum. In hybernis plurimi ægotârunt; ad octoginta perierunt. Nos perpetuò in valetudinario ægotis ministrantes diversati sumus. P. Paulus & Mansilla corporibus ministrabant; ego etiam animos curabam, peccata expiando, Christique Corpus impertiendo assiduè; quanquam ne sic quidem unus omnibus satisfacere poteram. Diebus Dominicis verba ad populum faciebam magnâ sanè hominum frequentiam, quòd ipse aderat Prætor. Sæpè etiam ad aliorum confessiones audiendas evocatus ire cogebam. Itaque quamdiu substitimus Mozambici, haudquaquam

MDXLI.

Carissimo-

er.

& labores.  
Comorinum

Christi  
fa-

Francisco  
ad vos  
ne. Nunc,  
per otium  
perscri-  
cursu at-

istum na-  
imus. In-  
diam

xxxxxx

cessavimus. Prætor cohórsque Prætoria, & milites universi magnam erga nos præ se ferebant benevolentiam: nósque DEO bene juvante, magnâ omnium voluntate & emolumento spatium illud semestre traduximus.

4. Abest Mozambicus ab India leucas circiter nongentas, hinc Prætor in Indiam pergere maturabat. Sed erant propter anni tempus ægri complures: proinde nos rogavit, ut nostrum aliquot in insula remanerent, qui ægrotis ibidem relictis, quòd in præsentia per valetudinem non possent iter persequi, subvenirent. Itaque ex Prætoris sententia Paulus & Mansilla apud ægros manserunt, ego Prætorem ipsum haud sanè valentem secutus sum; ut si fortè ingravescente morbo gravius aliquid incidisset, ejus confessionem audirem. Quocirca jam dudum appuli cum illo in Indiam. Socios cum navibus, quæ Septembri mense Mozambico venturæ sunt, in dies expecto.

5. Quintus jam mensis agitur, cùm Goam, Indiæ caput, applicuimus. Goa urbs est præclara ad aspectum, civitas tota Christianorum. In ea Franciscanorum cœnobium est sanè frequens; Sedes Cathedralis magnifica, & Canonicorum frequentiam insignis; sacræ prætereà ædes non paucæ. Est, cur DEO gratulemur, Christi nomen in terra adeò longinqua inter Ethnicos tantoperè florere.

6. E Mozambico profecti menses in itinere consumpsimus duos eoque ampliùs. Melindæ, quæ urbs est maritima Saracenorum amicorum,

pau

paucos sub  
plerumque  
dem exced  
lis, qui pa  
pter urben  
pulcherrim  
potest, qu  
ptatis. Ap  
dia Sarace

6. Melin  
Indiæ salu  
amicèque  
elatus est  
obierat:  
cum Sarac  
stram sept

7. Sara  
me percor  
lemus ora  
rentur; &  
in Christ  
jamdudum  
se scire,  
ret. Quip  
dæ essent  
modum  
conturba  
tandem o  
ret. Nim  
nefario a  
tis verbis  
dixi, DE

paucos substitimus dies: hinc Lusitani mercatores plerumque versantur; quorum si qui fortè ibidem excedunt è vita, magnis humantur tumultis, qui passim crucibus insignes visuntur. Propter urbem Lusitani ingentem è saxo inaurato pulcherrimamque statuerant crucem. Dicitur vix potest, quantum ex eo aspectu ceperim voluptatis. Apparebat enim vis crucis, quæ in media Saracenorum ditioe victrix emineret.

6. Melindanus Rex in navim ad Prætorem Indiæ salutandi causâ venit, eumque benignè amicèque excepit. Melindæ cum essem, funere elatus est quidam, qui in nostra navi mortem obierat: ei iusta ritè persoluta sunt, magna cum Saracenorum approbatione, mirantium nostram sepulturæ exequiarumque rationem.

7. Saracenus Melindanæ civitatis primarius ex me percontatus est, num templa, ubi nos solemus orare, Christianorum frequentiam celebrarentur; & quam fervidi assidue iidem essent in Christo colendo. Aiebat enim apud ipsos jamdudum refrixisse pietatem: quocirca cupere se scire, idemne Christianis hominibus usuveniret. Quippe ex septemdecim fanis, quæ Melindæ essent, tria dumtaxat, eaque à paucis admodum frequentari. Itaque homo erat sanè conturbatus, hærebátque, quòd ignoraret, quid tandem causæ esset, cur suorum pietas interiret. Nimirum tantum mali dicebat non nisi ex nefario aliquo ipsorum scelere natum esse. Multis verbis super ea re ultrò citròque habitis, dixi, DEUM, quippe qui fidelissimus sit, ab

infidelibus, eorúmque precibus abhorrere; atque hanc esse causam, cur preces, quas respueret, apud eos extingui vellet. Quod cùm homini longè à me dissentienti minùs probarem; extitit Saracenus Caciz, idem ac magister Mahometicæ disciplinæ, eruditus inprimis: is confirmavit, nisi Mahometes intra biennium eos reviseret, se verò illius religioni nuncium remissurum. Nimirum infidelium sceleratorúmque hominum proprium est, ut anxiam ac desperatam vitam trahant: atque id ipsum DEI beneficium est, ut eâ re admoniti aliquando resipiscant.

8. Porrò à Melinda cùm vela fecissemus, ex itinere Socotoram insulam tenuimus, quæ circuitu ad centum millia passuum complectitur. Terra est vasta, & ab omnibus rebus inops; non triticum, non oryzam, non milium, non vinum, non poma arborum fert, planè sterilis & arida, nisi quòd dactylis, ex quibus panem conficiunt, & pecore abundat: incolæ caryotâ, lacte & carne vivunt.

9. Magnis insula urgetur æstibus Solis: incolitur à Christianis non tam re, quàm nomine: gens quippe mirè rudis, & imperita: neque scribere, neque legere vulgò norunt. Itaque nulla apud eos monumenta litterarum. Christianos se esse gloriantur: visuntur apud eos templa, & cruces cum lychnis: suus cuique vico Caciz est instar Parochi; Cacizes autem nihilo magis, quàm alii, scribendi legendive periti. Ne libros quidem habent ullos; tantùm precationes quasdam memoriâ tenent. Itant in templa

pla quater  
inclinato  
vesperam.  
gneis crep  
madâ asso  
tur. Preca  
Cacizes in  
dæâ opino  
lum sanctè  
prædicant  
sto peperit  
aliquoties  
ja. Cacize  
neque omni  
cùm essem  
vi, summâ  
libentissim  
suos: offe  
pia sua,  
dactylos ta  
tiquam asp  
etiam, ut  
mnino in  
Itaque Pra  
ibi maner  
jam ac pa  
tanorum p  
nibus expo  
vitutem a  
quendum  
Christianos  
etiam mag



pla quater in die, de media nocte, primâ luce, inclinato in pomeridianum tempus die, & sub vesperam. Campanæ apud eos nullus usus: ligneis crepitaculis, uti apud nos sanctâ hebdomadâ assolet, populo conveniendi signum datur. Precationes, quas recitant, ne ipsi quidem Cacizes intelligunt: quippe alienâ linguâ (Chaldæâ opinor) continentur. S. Thomam Apostolum sanctè admodum colunt, quod se oriundos prædicant ab iis, quos ille hisce in locis Christo peperit. In precationibus, quas dixi, iterant aliquoties vocem, quæ nostrum imitatur *Alleluja*. Cacizes porrò neque baptizant quemquam, neque omnino quid Baptisma sit, sciunt. Ibi cum essem, pueyos complures Baptismo lustravi, summâ parentum voluntate. Vulgò plerique libentissimis animis liberos ad me deducebant suos: offerebant quoque perliberaliter ex inopia sua, quod habebant; sic prorsus, ut ego dactylos tam propensâ voluntate oblatos nequiquam aspernarer. Rogarunt me etiam atque etiam, ut apud eos commorarer; neminem omnino in illa insula fore, quin baptizaretur. Itaque Prætorem oravi, ut liceret mihi per eum ibi manere, ubi messem offenderem maturam jam ac paratam. Sed quoniam insula ab Lusitanorum præsidio nuda, Turcarum populatioribus exposita est; Prætor veritus, ne in servitutem abducerer, nullo modo ibi me relinquendum putavit. Respondit igitur, me ad alios Christianos venturum, qui nihilo minùs, aliquantò etiam magis, quàm Socotoræi, doctrinæ atque

opis egerent, apud quos utique multò meliùs operam essem positurus.

10. Interfui Vesperis à Cacize recitatis, quæ horam expleverunt. Nunquam preces iterare, ac thus incendere desistebat; perpetuò enim fana odoribus complent. Cacizes autem etsi uxores habent, tamen ciborum abstinentiâ sunt & jejuniis insignes. Quoties jejunant, non solum carne ac lacte, sed etiam pisce (cujus magna copia est) abstinent; usque eò religiosè, ut moriantur citiùs, quàm quicquam tale degustent: palmis modò, & oleribus victitant. Et quidem Quadragesimas jejunant binas, quarum altera est bimestris. Hoc jejuniorum tempore si qui fortè profani homines gustaverint carnem, his aditus in templum haudquaquam patet.

11. In vico quodam Saracena erat mulier, cum duobus parvis filiis, eos ego, Saraceni hominis liberos esse ignarus, volebam abluere Baptismò. Repentè illi ad matrem refugiunt, quærentes quòd eos baptizare conarer. Tum mulier me aggreditur, denuncians ne Baptismò liberos lustrarem suos: se Saracenam esse, nec velle filios suos Christianis initiari sacris. Ibi tum Socotoræi clamare: enimverò illos tanto beneficio indignos esse; prohibere eos, ut maximè vellent baptizari: negare se passuros quemquàm è Saraceno fieri Christianum. Tantum eos cepit odium Saracenorum.

12. Inde cùm Februario exeunte solvissemus, pridie Nonas Majas (ut dixi) pervenimus Goam. Quinque naves, quæ Mozambici substiterant, medio

medio me  
rum una,  
onusta m  
salvis inte  
Goæ dive  
ta Confe  
Tanta po  
cupientium  
possem, n  
exciperem  
adeuntibu  
meridiem  
bam, tra  
tius antea  
negotio c  
tudinario  
rant aute  
cationes,  
re institu  
templis fi  
ctus hinc  
& quiden

13. Ap  
habitavi,  
cionem h  
dio indig  
hominum  
pere pos  
Angelica  
vinæ legi  
minicis,  
suburban

medio mense Martio indidem discesserunt. Earum una, magnitudine præcipua, & pretiosis onusta mercibus, naufragio facto, vectoribus salvis interiit: ceteræ Goam appulerunt. Ego Goæ diversor in valetudinario, ægris Sacramenta Confessionis & Communionis impertiens. Tanta porrò est multitudo sanorum confiteri cupientium, ut si decem in locis simul esse possem, nusquam deessent, quorum confessiones exciperem. Post operam ægris datam, manè adeuntibus confitendi causâ aures dabam; post meridiem in custodiam ad vinctos me conferebam, traditæque eis ritè confitendi ratione, totius anteactæ vitæ audiebam confessiones. Quo negotio confecto, in ædem B. MARIÆ, valetudinario proximam, migravi: ibi pueros (adeant autem sæpè amplius c. c. c.) usitatas preces, Symbolum, Decalogi præcepta docere institui. Itaque Episcopus idem in ceteris templis fieri iussit: quod etiam hodie fit. Fructus hinc percipitur hominum opinione major, & quidem libentissimâ civitate.

13. Apud eam, quam dixi ædem, quamdiu habitavi, Dominicis ac festis diebus manè concionem habebam promiscuè ad populum, à prandio indigenis Symboli capita explicabam majore hominum frequentia, quàm quantam ædes capere posset. Inde Orationem Dominicam, & Angelicam, Symbolum Apostolorum, decem divinæ legis capita inculcabam. Diebus porrò Dominicis, leprosis (quorum nosocomium est in suburbano) faciebam Sacrum: eòsque post auditas

ditas eorum confessiones Christi Corpore imper-  
tiebam. Nemo ibi fuit omnino, qui non ea Sa-  
cramenta perceperit. Cùm semel me audissent  
verba facientem è suggestu, omnes valde mei  
studiosi extiterunt.

14. Nunc Prætoris missu in certam regionem  
proficiscor, ubi spes est plurimos factum iri  
Christianos. Mecum tres illius terræ alumnos  
duco; quorum duo Diaconi sunt, Lusitanæ si-  
mul & patriæ linguæ satis periti, tertius mi-  
noribus ordinibus dumtaxat initiatus. Equidem  
magnopere spero, meum laborem Christianæ rei  
magno emolumento futurum. Cùm primùm P.  
Paulus, & Franciscus Mansilla Mozambico ve-  
nerint, recepit Prætor, se eodem, quò ego  
contendo, illos quoque missurum. Is locus Co-  
morinum Promontorium appellatur; abest à Goa  
ad sexcenta millia passuum. DEUM oro quæ-  
sòque, ut vobis deprecantibus, meorum delicto-  
rum oblitus, tantum mihi impertiat opis, ut præ-  
claram ei operam illis in locis navare queam.

15. Ærumnæ tam longinquæ navigationis; su-  
sceptio alienorum peccatorum, cùm tuis ipse  
urgearis; diuturna commoratio inter Ethnicos,  
& in terra, quæ nimio Solis torreatur ardore;  
hæc, inquam, omnia incommoda, si DEI cau-  
sâ, uti par est, subeantur, profectò magna so-  
lacia sunt, & materia multarum magnarumque  
coelestium voluptatum. Equidem sic mihi per-  
suadeo, Crucis Christi Domini amatores vitam  
ejusmodi exercitam ærumnis beatam ducere;  
crucis autem fugam, aut vacuitatem, mortis  
instar

instar put  
potest, qu  
staveris, v  
quaris cup  
cum hac o  
tum est v  
frangendo  
nostra sun

16. Qua  
tres charis  
hominibus  
niam hau  
rum esse  
tem per æ  
Nolite ho  
denegare.  
ctos, à qu  
& acciper  
cis & San  
per Christ  
Nam sic  
scripturum  
los ad Ch  
ducam. C  
expecto;  
præceptis  
rum esse  
tione san  
habeo fid  
brorum, e  
non diffid  
per me, e

instar putare. Quæ enim mors acerbior esse potest, quàm sine Christo, ubi semel cum gustaveris, vivere; eùmque deserere, tuas ut sequaris cupiditates? Mihi credite, nulla crux est cum hac cruce comparanda. Rursus quàm beatum est vivere, quotidie moriendo, nostràsque frangendo voluntates, ut quæramus, non quæ nostra sunt, sed quæ JESU Christi?

16. Quæso vos, obtestorque per DEUM, Fratres charissimi, ut de singulis nostræ Societatis hominibus ad me perscribatis; nimirum, ut, quoniam hæud quaquam spero me in hac vita visurum esse eos, ut ait ille, *facie ad faciem*; saltem *per ænigma*, hoc est, per litteras, videam. Nolite hoc mihi beneficium, quamvis indigno denegare. Mementote vos à DEO dignos factos, à quibus ego & sperarem multum solatii, & acciperem. Quæ ratio, qui modus cum Ethnicis & Saracenis, ad quos mittor, tenendus sit, per Christum JESUM diligenter mihi præcipite. Nam sic in animum induxi, per vos mihi perscripturum DEUM ejusmodi rationem, quâ illos ad Christianam religionem nullo negotio traducam. Quicquid intereà, dum vestras litteras expecto; in hoc genere peccavero, ex vestris præceptis me intellecturum, & deinde correcturum esse confido. Interim meritis, & deprecatione sanctæ Matris Ecclesiæ, cujus magnam habeo fiduciam; itèmq; vivorum ejus membrorum, ex quorum numero vos estis, precibus non diffido fore, ut Christus Dominus noster, per me, quamvis servum nequam, in Ethnicorum

rum terra Evangelium serat suum: cùm præsertim si inutili homuncione ad tantum opus utatur, ea res & viris ad magnas res natis dedecori futura sit, & pusilli animi hominibus incitamento: quippe cùm videant me, qui sum pulvis & cinis, & omnium perditissimus, testem esse oculatum summæ, quæ ibi est, operariorum penuriæ. Equidem libenter servum me in perpetuum addicam iis, qui huc profecti suam operam communis Domini vineæ addixerint. Itaque finem faciam scribendi DEUM obtestans, ut pro sua immensa misericordia nos ad suam aliquando felicitatem aggreget, ad quam facti sumus; & simul in hac vita vires nobis augeat, quò sedulam illi, ut par est, navantes operam, ad ejus nutum & voluntatem totos nos usquequaque conformemus. Valete. XII. Kalend. Octob. Anni MDXLII. Goæ.

Vester inutilis Frater in Christo

*Franciscus de Xavier.*

## EPISTOLA XI.

P. M. Ignatio Lojolæ.

*Missio Comorinensis: pagus ex itinere lustratus, Prætoris victoria, & religionis studium dignum Pontificis Maximi & Ignatii laudibus, sacrisque Societatis precibus.*

*Græ.*

1. **E**x urb  
stra  
Nunc de  
expedition  
suavissime

2. Profe  
genis Goa  
ætate Ec  
jam ordin  
rum vicos  
sacra susc  
sitans inc  
est, & pa  
stituti à S  
se esse C  
Divinam f  
& Ave, I  
quo igitur  
cos sedulo  
baptizatos  
magnum i  
dici solet  
inter dext  
neque div  
bum sumer  
quoad aliq  
verò sentin  
Proinde cù  
nisi impiè

*Gratia & Charitas D. N. &c.*

1. **E**x urbe Goa scripsi ad te verbosius de no-  
stra ex Lusitania in Indiam navigatione.  
Nunc de mea in Comorinum Promontorium  
expeditione (quoniam ita vis Pater optime ac  
suavissime) paucis accipe.

2. Profectus sum cum aliquot ejus loci indi-  
genis Goani Seminarii alumnis, qui ab ineunte  
ætate Ecclesiasticis cæremoniis instituti sacris  
jam ordinibus initiati sunt. Obiimus Neophyto-  
rum vicos, qui paucis abhinc annis Christiana  
sacra susceperant. Hæc terra nequaquam a Lu-  
sitanis incolitur, utpote quæ summè & sterilis  
est, & pauper: Christiani autem indigenæ de-  
stituti à Sacerdotibus, nihil aliud norunt, nisi  
se esse Christianos. Nemo est, qui eis rem  
Divinam faciat; nemo qui Symbolum, Pater,  
& Ave, Divinæque Legis præcepta tradat. Ex  
quo igitur huc veni, haudquaquam cessavi: vi-  
cos sedulò circumibam; pueros omnes nondum  
baptizatos sacrâ abluëbam aquâ. Itaque per-  
magnum infantium numerum expiavi, qui, ut  
dici solet, planè ignorarent, quid interesset  
inter dexteram & sinistram. Pueri autem me  
neque divinum officium persolvere, neque ci-  
bum sumere, neque quietem capere sinebant,  
quoad aliquam precationem eos docuissem. Tum  
verò sentire cœpi *talium esse regnum Cælorum*.  
Proinde cùm tam pium postulatum non possem  
nisi impiè repudiare, initio facto à confessio-

AC

um præser-  
opus uta-  
natis dede-  
nibus inci-  
ui sum pul-  
us, testem  
perariorum  
ne in per-  
i suam ope-  
int. Itaque  
ans, ut pro  
m aliquan-  
cti sumus;  
geat, quò  
peram, ad  
squequaque  
d. Octob.

Xavier.

lustratus,  
um dignum  
us, sacris-

Gra-

ne Patris, Filii, & Spiritûs Sancti, Symbolum Apostolorum, orationes Pater noster, & Ave Maria eis inculcabam. Animadverti magna in illis ingenia, ac si foret, qui Christianis eos præceptis informaret, non dubito, quin perboni Christiani essent futuri.

3. Ex itinere in Ethnicorum pagum diverti, ubi nemo volebat fieri Christianus, etsi finitimos pagos Christo adjunctos viderent, quippe in Ethnici reguli ditione se dicebant esse, qui suos populares Christi sacra suscipere prohiberet. Hic mulier quædam ad pariendum vicina tertium jam diem partûs difficultate laborabat, ut à multis desperaretur ejus salus. Atque ut impiorum imploratio invisâ est DEO, *quoniam omnes Dii gentium dæmonia*, eorum preces haud quaquam audiebantur. Contuli me cum uno è comitibus meis ad parturientis domum; statimque cœpi fidenter *invocare nomen Domini*, oblitus me esse in terra aliena: verum illud occurrebatur: *Domini est terra, & plenitudo ejus, orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo*. Ergo fidei nostræ capita per interpretem explicare institui. Et illa DEI benignitate credidit his, quæ à nobis dicebantur. Demum rogata, utrum vellet esse Christiana, se verò, & libenter respondit. Ibi tum ego Evangelio (quod nunquam ibi auditum esse arbitror) recitato, mulierem rite baptizavi. Quid multa? sub Baptismum peperit, quæ *in Christo speravit & credit*. Inde ego ejus virum, ac liberos, & infantem illo ipso natum die, omnemque familiam per

per Bapt  
pago mi  
percrebu  
nomine  
gnosceret  
omnium  
Regulo  
suros. R  
fortè ad  
ubi me  
affirmat  
de se, o  
suscipien  
silium ali  
oppidani  
ad Chris  
tatem cæ  
atque æt  
tuchurinu  
perbenigi  
fore, ut  
uberrimo

4. Præ  
fovet; ei  
cenis, au  
timam or  
catu, ma  
in piscan  
Id ubi res  
Saraceno



per Baptismum Christo peperit. Confestim toto pago miraculi divinitus in ea domo patrati fama percubuit. Itaque primores adii, eisque DEI nomine denunciavi, ut Christum ejus Filium agnoscerent, in quo (\*) una consisteret mortaliura omnium salus. Negabant illi, nisi potestate a suo Regulo factâ, avitam religionem mutare se ausuros. Reguli igitur procuratorem conveni, qui fortè ad exigendum domini vectigal venerat. Is ubi me de nostra religione disserentem audivit, affirmat Christianum esse bonum sibi videri: proinde se, omnibus, qui vellent, Christi religionem suscipiendi facere potestatem. Sed qui bonum consilium aliis dederat, sibi ipse non cepit. Tum verò oppidani primarii, cum sua quisque familia, primi ad Christi cultum se aggregarunt; horum auctoritatem cæteri secuti sunt: omnes cujusque generis atque ætatis baptizati. His rebus ita confectis Tutuchurinum rectâ contendimus. Ibi ab oppidanis perbenigné accepti sumus, atque in spem venimus fore, ut ex his locis capiamus fructus animorum uberrimos.

4. Prætor hosce Neophytos mirè amplectitur ac fovet; eisdemque nuper, cum vexarentur à Saracenis, auxilium tulit. Piscatores vulgò sunt; maritimam oram incolunt; séque, ac suos sustinent piscatu, maximè margaritarum. His naviculas, quibus in piscando utebantur, Saraceni nuper ademerant. Id ubi rescivit Indiæ Prætor, ipsemet valida classe Saracenos adortus devicit; magnâque eorum cæde

fa-

---

(\*) *Cut. uno.*

facta, omnes eis naves ad unam eripuit. Neophytis locupletioribus sua restituit navigia, tenuioribus scaphas condonavit Saracenorum. Ita insignem victoriam egregiâ liberalitate cumulavit: atque ut opem ipse divinam expertus erat in victoria, ita Christianos suam experiri benignitatem voluit. Saraceni jacent afflicti, atque prostrati, nec quisquam inter eos est, qui oculos tollere audeat, cæsis omnibus eorum Principibus, cæterisque, qui aliquid viribus pollere videbantur. Quamobrem Neophyti Prætorem quasi parentem diligunt; atque ab illo vicissim liberum habentur loco. Dicit vix potest, quantopere ille novellam hanc Christi vineam mihi commendavit. Nunc præclarum quiddam molitur, & ab posteritatis memoriam, & ad Christianæ religionis emolumentum. Hosce omnes Christianos, locorum intervallis disjunctissimos, certam in insulam transcribere cogitat, eisque Regem dare, qui jus dicat, eorumque commodis & saluti consulat. Si Pontifex Maximus exploratum haberet, quàm diligentem Indiæ Prætor operam navet religioni, profectò illum pro egregiis suis in rem Christianam studiis atque officiis collaudaret. Proinde efficies, si videbitur, ut literis ad eum missis declaret, ipsius officia sibi gratissima accidisse. Nec verò est, quod illi Neophytos commendet (nihil enim cuiquam magis est cordi) sed potius, ut religiosissimo Præsidi pro suo merito laudem tribuat & gratiam: quippe cum tantopere Christianæ rei consulat, tam sollicitè pro Christi excubet grege, ne quid ab Ethni-

Ethnicis  
ad eum  
perjucund  
eo unà c  
divinam i  
in bene c  
sed qui p  
vus erit.  
simul tuis  
cibus fret  
licuerit,  
gaudio, n  
post Chri

Tuus

Collegium  
tias pet  
rum ven  
tem J.

Gratia

I. Certi  
in  
runt, qu  
Tom. I.

Ethnicis lupis raptum intereat. Tu verò utique ad eum scribas velim: tuas enim illi litteras perjucundas fore certò scio. Simul DEUM pro eo unà cum universa Societate deprecaberis, ut divinam illi opem impertiat, & perseverantiam in bene cœptis: non enim qui bene cœperit, sed qui perseveraverit usque ad finem, hic salvus erit. Ego verò infinitâ DEI benignitate, & simul tuis, totiùsque Societatis sacrificiis ac precibus fretus, confido fore, ut si in hac vita non licuerit, certè in beata illa, longè majore cum gaudio, nos revisamus. v. Kal. Novemb. Anno post Christum natum MDXLII.

Tuus in Christo Filius.

*Franciscus Xaverius.*

EPISTOLA XII.

Eidem.

*Collegium Goanum & Proregem laudat: Indulgentias petit ac socios: Lusitanos ab Indulgentiarum religione, Proregem a singulari in Societatem J. studio mirificè laudat.*

*Gratia & Charitas Domini nostri JESU Christi, &c.*

I. **C**erti quidam homines divino planè numine instincti nuper Goæ Collegium instituerunt, quo nihil his locis erat necessarium magis.

Tom. I.

E

gis.

gis. Id augetur in dies. Et sanè est, cur DEO gratulemur, tale domicilium excitari, ad multorum Neophytorum institutionem, conversionemque infidelium plurimorum. Hujus Collegii ædificationi præsent viri sanè honesti, ac primarii. Prætor ipse negotio mirificè favet: is usque eò sibi persuasit rem ad Christianæ religionis amplificationem pertinere, ut ejus potissimum ope atque operâ brevè destinatæ ædes augendæ absolvendæque videantur. Templum ipsum, quod Collegio proximum ædificatur, perpulchrè descriptum est; jacta dudum fundamenta, perducti ad summum usque parietes, jam fastigium ac tectum imponitur. Proximâ æstate sacris initiabitur. Duplo majus est (si quæris) quàm templum Parisiense Collegii Sorbonici. Collegio attributi annui redditus tanti, ut sustinere queat alumnos facilè centum: opinio autem est, ejus vectigalia auctum iri quotidie. Nos quidem DEO bene juvante, confidimus hinc multos paucis annis exituros, qui & rem Christianam valdè juvent hisce in locis, & Ecclesiæ sanctæ fines longè ac latè proferant.

2. Ego vero, ut principia se dant, in spem venio intra sexennium hujus Collegii alumnos facilè trecentos fore; eòsque variarum gentium, nationum atque linguarum, quorum operâ paucorum annorum spatio, Christianorum numerus non mediocriter augeatur. Prætor, ubi primum otium erit ab Ethnicis (perpetuè enim cum eis bellum gerit) Collegii ædes celeriter se exædificaturum recepit: sic enim in animum induxit  
suum

suum, nihil  
ctum reper  
dicatas, c  
adhuc mul  
portavit,  
riores se,  
te ego pe  
etiam atq  
cietatis p  
mendandu  
sillii auxil  
hanc Indi  
nòque, u  
*non amitt*

3. Equ  
mendatio  
nem com  
suâ me i  
ut non n  
ipse in n  
studia ac  
si quand  
peret ob  
tam ing  
turum. S  
gem, ut  
litteras  
tendos i  
tuos. I  
*Pauli, a*  
mihi no  
alumni

sum, nihil in tota India æquè pium ac sanctum reperiri; ejusmodi autem domus Christodicas, conciliatrices esse victoriarum, quas adhuc multas atque præclaras de Ethnicis reportavit, speratque in posterum etiam præclariore se, DEO adjuvante, relaturum. Quare te ego per Christum Dominum, ejusque cultum etiam atque etiam rogo, ut tuis totiusque Societatis precibus Martinum Sosam DEO commendandum cures; quò videlicet satis illi consilii auxiliique divinitus suppeditet, ad vastam hanc Indiæ provinciam bene gerendam, omninoque, ut *sic transeat per bona temporalia, ut non amittat æterna.*

3. Equidem si arbitrarer ullum relinqui commendationi meæ locum, non secùs tibi hominem commendarem, quàm me ipsum. Etenim suâ me ille egregiâ virtute adeò sibi devinxit, ut non minùs ego in ejus ære esse videar, quàm ipse in meo; quanquam mutua hæc officia ac studia ad unam Christi gloriam referuntur. Quod si quando (quod DEUS avertat) ejus me caperet oblivio, enimverò existimarem, me pro tam ingrato animo gravissimas DEO pœnas daturum. Scribit Prætor de hoc Collegio ad Regem, ut si videatur, Pontificem Maximum per litteras impellat, ad aliquot è Societate mittendos in Indiam, columnina hujus Collegii futuros. Id Collegium ab aliis *Conversionis Sancti Pauli*, ab aliis *Sanctæ Fidei*, appellatur; quod mihi nomen magis appositum videtur, quòd ejus alumni ad Christianæ fidei semen in Ethnicorum

rum animis serendum instituti esse videantur.

4. Mandavit mihi Prætor, ut de hoc Collegio, ejusque institutione pluribus ad te scriberem; itaque faciam. Institutum igitur id est, indigenis, variarumque nationum pueris Christiana religione imbuendis, qui deinde satis eruditi domos remittantur, ad suos populares docendos. Nullis verbis consequi possim, quantopere Prætor Societatem nostram, ejusque institutum probet. Sic enim censet, quoniam per te in Societatem Filii sui nos omnes DEUS vocavit; se & DEO & suo officio tum demum satisfacturum, si quam necessaria sit alumnorum hujus Collegii institutio, te per litteras docendum curaverit, ut ad eam rem aliquot huc è Societate mittendos putes. Suum enim esse ait hoc Collegium exædificare; tuum idoneis alumnorum magistris instruere. Idem, ad Christianæ religionis dignitatem, pietatisque hisce in locis accessionem, multum referre statuit, impetrari à Rom. Pontif. privilegium aræ maximæ hujus templi; ut quoties ad eam Sacrum pro mortuis fiat, toties una anima eximatur è Purgatorio; similiter ut si Romæ feret ad altaria, quæ privilegiata dicuntur. Atque ad arcendam Sacerdotum ibi celebrare cupientium avaritiam, diploma ita componi vellet, ut illud ipsum ita concederetur, si Sacerdos gratis, nullâque spe præmii ac mercedis humanæ ad aram illam Missæ sacrificium faceret: qui autem rem Divinam faciendam curarent, confessione expiati, sacrosanctæ Eucharistiæ sub  
idem

idem Sacrum  
est, ut alien  
rus, prius a  
Quocirca vo  
crum facien  
tificæ Maxim  
rem Divina  
Pontificis be  
existimatio  
gentium pi  
Vel ex hisc  
de ejus an  
bene sentia

5. In iis  
to, quin v  
spectatâ pro  
ministratur  
narum perp  
cessariò. M  
virtutem sa  
ejusmodi, c  
florete æt  
certè quam  
vigentes ac  
nient, ben  
colis, atqu  
siones audi  
cras habea  
multa & c  
genas amp  
Jacobo Bo  
disciplina, er

idem Sacrum fierent participes. Et sanè æquum est, ut alienam è Purgatorio animam liberaturus, priùs ab inferno ac tartaro liberet suam. Quocirca vellet Sacerdotibus ad eam aram Sacrum facientibus Indulgentiarum aliquid à Pontifice Maximo concedi, ut hoc præmio invitati, rem Divinam ibi facere exoptarent. Hoc ille Pontificis beneficium cùm ad conciliandam loci existimationem, tum verò ad excitandam harum gentium pietatem, expetit mirum in modum. Vel ex hisce postulatis conjecturam capias licet de ejus animo, qui de rebus sanctis ac piis tam bene sentiat, tam sedulò laboret.

5. In iis qui huc abs te mittentur, non dubito, quin unus atque aded plures venturi sint spectatâ probitate ac fide: quippe cùm tale administraturi sint Collegium, tantùmque ærumnarum perpessuri, quantum hæc regio affert necessariò. Mare utique & terra eorum robur ac virtutem satis explorabit. Negotium scilicet est ejusmodi, quod firmâ constitutione corporis, & florente ætate viros postulet; adolescentibus certè quàm senibus aptius: quanquam senes vigentes ac vividos non respuit. Quicumque venient, benignè ac benevolè excipientur ab incolis, atque identidem urgebuntur, ut confessiones audiant, pias meditationes tradant, sacras habeant Conciones. Nimirum erit messis multa & copiosa. Habemus jam pueros indigenas ampliùs sexaginta paratos, qui nunc à Jacobo Borbano, viro egregio è Franciscana disciplina, erudiuntur; in itaque ætate in hoc Col-

legium migrabunt. Horum plerique legere norunt, complures etiam scribere, satis præculti ad Grammaticorum præcepta capessenda. Hoc eò scribo, ut idoneus mittatur magister litterarum, cui quidem in suo munere obeundo sat negotii sit futurum.

6. Ex eorum numero, quos isthinc expectamus, Prætor Concionatorem aliquem optat esse, qui de sacris Litteris aliquid, aut de Sacramentis explanando, Sacerdotes necessariis rebus (neque enim ferè qui huc veniunt, abundant doctrinâ) instruat: eadèmq; operâ ad DEI amorem, hominùmque conservationem impellat; idque non doctrinâ magis quàm exemplo. Si quidem, quod te non fugit, ad persuadendum facta dictis sunt potiora. Reliquos autem socios tales desiderat, qui in confessionibus audiendis, Sacramentis ministrandis, convertendis Ethnicis operam sedulò collocent suam: quippe in hac insula ex infidelium conversione fructus percipi potest uberrimus. Complures enim eorum omni ope destituti in superstitionis caligine ac tenebris jacent, Conditoris ac Domini sui penitus ignari. Itaque Sacerdotes tres, præceptorem litterarum unum isthinc Prætor expectat. Scribit etiam ad Regem (si rectè memini) ut à Pontifice quatuor de Societate nostra postulet: Indulgentias item certas petat, quas in epistola perscribo, uti per Regem impetratas. iidem Socii, qui isthinc venturi sunt, perferant in Indiam. Sic autem tibi persuadeas velim, hac re illos omnium, quotquot in India sunt Lusitano-

norum c  
apud eos  
ros; quo  
inserend  
vidi, na  
tiarum  
antecelli  
magis ad  
Quare t  
religione  
erga Pon  
tam obs  
tis conc  
generis  
ficiis co  
dum cur  
gnitatis.

7. Pra  
enim ne  
men tui  
versæ. C  
gentiis P  
ram ipsi  
Pergratæ  
tiis præc  
insuper a  
ducia, h  
ipse, eju  
bus frua  
septem  
ficies, n  
me aliqu



norum conciliaturos benevolentiam, multumque apud eos existimationis & auctoritatis quaesituros; quod sanè ad res divinas in eorum animis inserendas valet vel plurimum. Omnibus, quas vidi, nationibus Lusitana Romanarum Indulgentiarum æstimatione (ut mihi quidem videtur) antecellit; & istiusmodi rerum dulcedine multo magis ad crebrum Sacramentorum allicitur usum. Quare tum ad alendam eam, quam dixi gentis religionem; tum verò propter summam ejusdem erga Pontif. Max. observantiam, illum ego in tam obsequentes filios perliberalem in postulatis concedendis fore cõfido. Quicquid hujus generis à Pontifice impetratum erit, id Pontificiis consignatum diplomatis ad nos mittendum curabis, ut res & fidei plus habeat & dignitatis.

7. Prætor ad te, ut opinor, dat litteras. Etsi enim neutiquam te de facie novit, valde tamen tui studiosus est, & simul Societatis universæ. Quæso te, scribe homini & cum Indulgentiis Pontificiis par sacrarum coronarum, alteram ipsi, conjugii alteram munusculum mitte. Pergratæ illi erunt, vel quod Pontificiis Indulgentiis præditæ, vel quòd abs te dono datæ. Petit insuper abs te Prorex, pro ea, quam habet tui fiducia, hoc ut sibi à Pontifice impetres, ut quoties ipse, ejus uxor, & liberi confiteantur, toties omnibus fruantur Indulgentiis, quas perciperent, si septem Urbis Ecclesias ritè obirent. Hoc si perficies, næ ille plurimum tibi debet: & simul me aliquid apud te posse existimabit, si meis

hisce adductus litteris, suo ad te nomine scriptis, hæc quæ dixi beneficia a Pontifice Maximo impetraveris. Sed finem scribendi facio, Christum Dominum obtestans, ut qui pro sua infinita misericordia nos conjunxit in vitæ ratione, post mortem item in sempiterna felicitate jungat. XII. Kalend. Octobris, anni à Christo nato MDXLII. Goâ.

Tuus in Christo filius

*Franciscus Xaverius.*

### EPISTOLA XIII.

Eidem.

*De Indulgentiis, de Confirmandi potestate Proepiscopis deleganda, de Quadragesima transferenda, & de Conimbricensi Societatis Collegio.*

*Gratia & Charitas Domini nostri JESU Christi, &c.*

1. **P**rætor Indiæ, cui nos omnes, qui hic sumus, quique Romæ versantur, tum propter summum ejus studium cultus divini, tum propter egregiam erga nostrum Ordinem voluntatem debemus plurimum, rogavit me, ut de quibusdam horum locorum spiritualibus necessitatibus facerem te per litteras certiozem. Itaque cum & ipse tantoperè ad pias res sit propensus, & ejus postulata pietati virtutique congru-

gruant,  
nomine

2. Pr

Apostol

lunt; a

tionem,

septem

tifice M

dies rito

serint n

videlicet

fessione

festus

præsert

(quod

sint in

domina

re in

milites

Euchar

ut hom

Pontific

sanè ex

3. P

hoc à

eorum

Corpus

Indulge

culpâ

ob cau

tur fre

viant

gruant, facile adductus sum, ut hæc abs te ejus nomine postularem.

2. Primum igitur quoniam Indi S. Thomam Apostolum, Indiæ patronum, sanctissimè colunt; ad hujus venerationis & cultus amplificationem, vellet in diem Apostolo sacrum, & septem insequentibus plenam Indulgentiam à Pontifice Maximo impertiri iis duntaxat, qui per eos dies ritè confessi ad sacram Eucharistiæ accesserint mensam. Hanc ille conditionem idcirco videlicet requirit, ut populus ad sacram Confessionem Communionemque inducatur, dièsque festus piè sanctèque, ut par est, celebretur; præsertim verò cum Quadragesimæ tempore (quod his locis in æstatem incidit) omnes hic sint in armis. Quippe Indi terrâ, Lusitani mari dominantur. Quo fit, toto ut sacro illo tempore in re militari ac navigatione consumpto, milites ac mercatores vulgò sint Confessionis & Eucharistiæ prorsus expertes. Quocirca Prætor, ut homines ad sacramenta pelliciantur, hanc à Pontifice Indulgentiæ illecebram postulat; quæ sanè erit quasi altera Quadragesima.

3. Petit deinde, ut hujus urbis nosocomis hoc à Pontifice impetres beneficii, ut ægroti, eorumque administri, quoties confessi Christi Corpus accipient, omnium peccatorum suorum Indulgentiam consequantur: morientes autem culpâ pariter absolvantur & pœnâ. Id verò eam ob causam expetit, ut ægri Sacramentis utantur frequentius; valentes autem libentius inserviant ægris, atque in piis operibus se exercent;

I  
omine scri-  
tificæ Ma-  
endi facio,  
ui pro sua  
vitæ ra-  
na felicitatis,  
anni à

verius.

I.

te Proepis-  
ansferenda,  
io.

JESU

qui hic su-  
tum pro-  
ivini, tum  
em volun-  
ne, ut de  
s necessi-  
orem. Ita-  
es sit pro-  
tique con-  
gru-

ceant ; omnes denique DEUM castè pièque venerantes exemplo sint Ethnicis, inter quos versantur & vivunt.

4. Jam Prætor ut eximiâ pietate DEI parentem colit, summâ religione ejus dies festos agit. Is multò maximam anni partem magna cum cohorte versatur Goæ. Hæc urbs sita est in insula ejusdem nominis, quæ patet millia passuum fermè decem. In insula autem sunt aliquot B. MARIÆ templa sanè religiosa & opulenta, ædificiorum specie, vestibus Sacerdotum, sacrâ supellectili, ministrorum frequentiam cultûque visenda ; quæ cæteris instructa & ornata rebus spiritualia tantum ornamenta desiderant. Itaque Prætor, quoniam maximo apparatu ædes illæ suo quæque tempore festos B. Virginis agitant dies, ad augendam eorum celebritatem, veramque B. MARIÆ religionem, postulat, ut sacris eis diebus, quicumque post sacram Confessionem Communionemque ritè factam, illa templa piè ac religiosè adierint, delictorum omnium referant indulgentiam. Nimirum ejusmodi beneficiis præter cæteras Christianorum regiones eget India, ubi in maxima Christianorum multitudine (complures enim Lusitani, plurimi Neophyti sunt, multi etiam quotidie Christiani fiunt) mira est Sacerdotum paucitas. Itaque per Quadragesimæ tempus confessiones omnium audiri nullo modo possunt. Prætor autem id agens, ut nemo hic Confessionis & Communionis expers vivat, hæc quæ dixi, postulata per te edit Pontifici Maximo, ut omnes Sacra-

men-

E  
mento  
sauris  
beatit

. 5. I  
stiano  
tas, q  
tum v  
boran  
pellat  
stat.

seduld  
ni vir  
benign  
tor à

comm  
catoru  
simul  
niam  
ris cu  
munia

6. I  
sed e  
præsid  
habita  
maxim  
est R  
laca,  
leucas  
& ab  
ab op  
cas C  
in opp

mentorū participes esse cupiant, verisque thesauris nobis à Christo Domino ad sempiternam beatitudinem comparandam relictis utantur.

5. Est in hac urbe, ut in plerisque aliis Christianorum locis, honestorum hominum Sodalitas, quæ hoc suscepit, ut indigenas Christianos tum veteres, tum novos rei familiaris inopiâ laborantes subleuet. Misericordiæ Sodalitas appellatur, totâque è Lusitanis hominibus constat. Incredibile dictu est, quàm studiosè ac sedulò in miserorum egestate sublevandâ hi boni viri operam navent DEO. Ad horum igitur benignitatem magis accendendam postulat Prætor à Pontifice, ut Sodalibus confitentibus & communicantibus, quot annis cumulatam peccatorum Indulgentiam; morientibus verò, culpæ simul ac poenæ absolutionem largiatur. Et quoniam plerique eorum uxores habent, eadem viris cum conjugibus beneficia vellet esse communia.

6. Lusitani non maris solùm Indici potiuntur, sed etiam in ora maritima complura oppida præsiidiis tenent, ubi cum conjugibus ac liberis habitant. Hæc loca intervallis sunt disjuncta maximis. Velut Goa distat à Moluco, ubi arx est Regis Lusitani, leucas circiter mille; à Malaca, quæ urbs Christianis est sanè frequens, leucas quingentas; ab Armuzia, urbe præclara & ab Lusitanis valde celebrata, leucas CCCC. ab oppido Dio leucas CCC. à Mozambico leucas CM. à Sofala leucas MCC. Hisce omnibus in oppidis Episcopus Goanus singulos habet Vicarios

carios, quòd ea propter maxima locorum intervalla intervisere ipse non queat. Itaque Prætor, haud ignarus, quàm necessarium sit Confirmationis Sacramentum versantibus inter barbaros, & adversus Ethnicos perpetuò bellantibus, petit à Pontifice, ut ad Christianam in India stabilendam, Episcopo faciat potestatem Confirmationis suis Vicariis committendæ; cum tam disjunctis locis unus Episcopus satisfacere, ut maximè velit, minimè possit.

7. In hoc terræ tractu adedò natura statutas temporum mutat vices, ut cum in altero Indiæ latere æstas viget, hoc alterum hieme urgeatur: contràque cum illud hibernis laborat frigoribus, hoc æstivi fervore Solis exæstuet. Atque æstate quidem hæc incredibilis æstus existit: quippe Solis vapor est tantus, ut pisces, simul atque extincti sunt, putescant. Itaque per æstatis tempus, dum hoc mare navigatur, illud alterum clausum est, quippe quod usque eò concitatur procellis, ut ei se committere audeat nemo. Quadragesimæ autem tempore, ut supra dixi, milites omnes armati instructâ classe exeunt in expeditionem, itèmq; mercatores commercii causâ ultrò citròque commeant. Hic enim Lusitani, qui mari potiùs quàm terrâ potiantur, mercaturam vulgò faciunt; eaque se, familiasque sustentant suas. Quamobrem cum propter æstus intolerabiles, quos dixi, tum propter continentem Lusitanorum navigationem, Quadragesima jacet, paucis admodum jejunii legem servantibus. Mandavit igitur mihi Prætor,

tor,  
mul p  
in me  
possit  
locis  
frangu  
gitatio  
anni t  
omnes  
confite  
est ej  
cultum  
hemen  
potuer  
Horum  
omniur  
& divi  
benefic  
Goâ x  
8. O  
legio q  
publico  
Mandav  
rem per  
studium  
laborari  
nuriâ, q  
Ethnicos  
præcepti  
re actum  
Tuu

tor, ut te de tota re docerem sedulo, & simul per DEUM obtestarer, ut Quadragesimam in menses Junium ac Julium (si quomodo fieri possit) per Pontificem Maximum rejiciendam his locis cures. Siquidem eo tempore non solum sefrangunt calores, verum etiam propter maris agitationes navigatio conquiescit. Itaque ob ipsam anni temperiem & plerique facile jejunarent, & omnes Quadragesimæ admonitu facile parerent confitendi communicandique legibus. Postulatum est ejusmodi (nisi quid tu secus) ut ad DEI cultum maximè pertinere videatur. Rogat te vehementer Prætor, quicquid in hoc genere effici potuerit, ne prætermittatur procuratoris incuriâ. Horum omnium laborum illud erit præmium, quod omnium, qui hic sunt, tibi voluntates conciliabis; & divini cultûs, meritorumque, quæ ex hisce beneficiis consequentur, particeps eris. Vale.  
Goâ XII. Kal. Octob. Anni MDXLII.

8. Olyssipone discedens scripsi ad te de Collegio quodam Societatis, quod Conimbricæ in publico Gymnasio Rex constituere decreverat. Mandavit is mihi, ut aliquot è Societate ad eam rem per litteras postularem, suamque opem ac studium ad ejus Collegii ædes, dotemque deferrem; laborari enim illis locis idoneorum hominum penuriâ, qui tanto tot locorum intervallo disjunctos Ethnicos populares suos JESU Christi fide ac præceptis imbuant. Tu velim, quid super hac re actum sit, quam primùm facias me certiolem.

Tuus in Christo filius

Franciscus Xaverius.

EPI-

S. FRANCISCI XAVERII  
EPISTOLA XIV.

Societati Romam.

*Acceptæ literæ. Xaverii ac Mansillæ apud Comorinum gesta. Puerorum operâ & ægrotantes sanant, & imperitos edocet: Indiæ Prætor Societatis rei que Christianæ studiosissimus. Europæi Doctores convertendarum gentium incuriosi. De Goano Collegio, de Brachmanum & Comorinensium moribus, ac de Brachmanum præstantissimo victoria. Gaudet in ærumnis, maxime ab confirmato Soc. J. Instituto: infantes a se in Cœlum præmissos apud Deum adhibet deprecatores.*

Gratia & Charitas D. N. &c. (1)

1. **T**ertius annus est, cùm è Lusitania discessi; ex quo jam tertium ad vos scribo, cùm unas duntaxat à vobis litteras in Indiam acce-

(\*) Ed. Lovan. Gratia & pax Jesu Christi Salvatoris nostri sit semper vobiscum &c.

Cum elapsi duo sint anni, eoque amplius novem menses, quod a Lusitania petiturus Indiam solverim, ac ternas dum in India sum, ad vos literas dederim, a vobis verò unas duntaxat receperim, que idibus Januarii data An. 1542., mihi nunc duobus abhinc mensibus sunt redi-  
dita: diutius mihi silendum non putavi, quin de propagatione fidei, cujus hic magna incrementa largitur Deus O. M., ac ratione instruendi rudiores in fide pauca ad vos tran-

EP  
acceper  
datas:  
DEUS  
sunt du  
perlatæ  
erant,

3. Eg  
rinenses  
magnus  
Cùm pri  
Christi  
rùm pe  
sentiren  
anteà E

transcrib  
Christo J  
vissimis  
est in Sa  
liceor au  
gloria au  
qui nulli  
optant,  
obscurant  
ex grata  
tias mise  
Franciscu  
Paulus G  
suo fungi  
tium est  
jam & ec  
que indig  
(\*) C



EPISTOLARUM. *Lib. I. Ep. XIV. 79*

acceperim, Idibus Februarii (\*) Anni MDXLII. datas: ex quibus quantum ceperim voluptatis, DEUS est mihi optimus testis. Redditæ autem sunt duobus ab hinc mensibus, tardiùs videlicet perlatae in Indiam, propterea quòd navis, in qua erant, ad Mozambicum hiemavit.

3. Ego & Franciscus Mansilla inter Comorinenses Christianos commoramur, quorum permagnus est numerus, & valdè augetur in dies. Cùm primùm veni, sciscitatus sum ex eis, ecquam Christi Domini nostri notitiam haberent? Verùm percontanti mihi de fidei capitibus quid sentirent, quidve ampliùs jam crederent, quàm antea Ethnici; nihil respondebant aliud, nisi se esse

transcriberem. Scribam autem ingenuè ad vos, fratres in Christo Jesu dilectissimi, qua Christus Dominus hisce novissimis temporibus per nostra Societatis patres dignatus est in Salutem humani generis operari apud Indos. Polliceor autem mihi de vostra aequitate, quòd non in vana gloria aucupationem sitis interpretaturi; quem ad modum qui nullius sibi virtutis conscii omnes esse sui similes optant, aut saltem opera dei magnifica per alios gesta obscurant, aut etiam elevant malevolè: sed potius quod ex grata (ut spero) lectione materiam sitis arrepturi gratias misericordi Deo agendi. Igitur Dominus Paulus, Franciscus Mansilla, & ego bene in Domino valemus. Paulus Goæ agit in Collegio S. Fidei, ubi strenuè sanè suo fungitur officio, ac penes eum puerorum, ibi habitantium est cura. Ego verò & Franciscus Mansilla annum jam & eo ampliùs sumus apud Christianos ejus regionis, qua indigenarum lingua Comorin appellatur.

(\*) *Cut. die 5. Febr.*

bud Como-  
tantes sa-  
tor Socie-  
Europæi  
incuriosi.  
& Como-  
num præ-  
mnis, ma-  
infantes a  
adhibet de-

(I)  
nia disces-  
vos scribo,  
in Indiam  
acce-

risti Salvato-  
novem men-  
verim, ac ter-  
erim, a vobis  
Januarii data  
bus sunt red-  
quin de propa-  
largitur Deus  
e pauca ad vos  
tran-

esse Christianos: & quodd Lusitanæ linguæ rudessent, Christianæ religionis præcepta & mysteria ignorare. Itaque cum neque illi meam, neque ego illorum linguam intelligerem, quodd ego Hispanice, (1) illi Malavaricè loquerentur; primùm delegi ex eorum numero maximè ingeniosos ac litteratos; deinde sermonis utriusque peritos diligentissimè conquisivi. Ita cum dies complures unum in locum convenissemus, comuni operâ, summo labore convertimus (2) Catechismum in Malavaricam linguam (3). Quem ego ut didici, omnes ejus oræ vicos obire cœpi, tintinnabulo quàm plurimos tum pueros, tum viros cogens. His unum in locum coactis, Christianam disciplinam bis (4) tradebam in die: quocircà eam pueri unius mensis spatio memoriæ bellissimè commendarunt. Interea eisdem præcipiebam, ut quæ ipsi didicissent, parentes, do-

(1) Ed. Lovan. quod illi lingua uterentur Malavarica, ego verò Celtiberica, vulgo Vaziquenxa. Ubi Vaziquenxa est pro Vasquenxe, qua patria erat Xaverii lingua, Xaverium autem apud Indos patriâ Vasconum linguâ usum fuisse, quis credat?

(2) Ed. Lov. transfuderunt. Cut., converti.

(3) Ed. Lov. & Cut. ,, Complectebatur autem figura crucis vim, in personarum Trinitate unius Dei confessionem, Symbolum Apostolorum, decem mandata Dei, orationem Dominicam, salutationem Angelicam, Salve Regina & confessionem generalem. His ita eorum lingua donatis, & altius mea in memoria fixis, obibam totam urbem. ,, (Cut., Lugar, oppidum).

(4) Ed. Lov. Diebus singulis quatuor dabam horas, duas orto jam sole, duas alias sub occasum.

domesticos

3. Domi  
pueros ac

Convenieb

cum studio

tibus exor

tis, Domi

gelicam,

rum sermo

præeuntem

ex re volu

de Symbo

gulis ejus

tem mihi

tatione cr

ce, confo

nibus, se

utique sæp

recitare:

ea, quæ S

stianos. S

eis inculc

nam legen

quicumque

probum e

exploratar

eorum ne

ad inferos

pœniteat

scilicet ob

tant, quâ

sibi conse

Tom. I.

domesticos, vicinòsque deinceps docerent suos.

3. Dominicis porrò diebus viros ac mulieres, pueros ac puellas sacram in ædem convocabam. Conveniebant omnes sanè alacriter, magnòque cum studio audiendi. Tum ego omnibus audientibus exorsus à confessione sanctissimæ Trinitatis, Dominicam Orationem, Salutationem Angelicam, Symbolum Apostolorum patrio ipsorum sermone, claràque voce pronuntiabam; præeuntem omnes pariter sequebantur, eaque ex re voluptatem capiebant non vulgarem. Inde Symbolum ego iterabam solus, & in singulis ejus capitibus insistebam. Percontanti autem mihi singillatim, utrùm illa sine ulla dubitatione crederent, omnes pariter contentâ voce, conformatis ad pectus in crucis figuram manibus, se verè credere affirmabant. Symbolum utique sæpiùs, quàm alias preces eos jubeo recitare; & simul doceo, quicumque credant ea, quæ Symbolo continentur, appellari Christianos. Secundùm explicationem Symboli ita eis inculco Decalogum, ut ostendam Christianam legem decem illis præceptis contineri; ea quicumque ut par est, servet omnia, hunc & probum esse Christianum, & æternam salutem exploratam habere; contrà, qui unum aliquod eorum negligat, Christianum esse improbum, & ad inferos detrusum iri, nisi eum commissi ritè pœniteat. Ad hæc tum Neophyti, tum Ethnici scilicet obstupescunt, cum vel hinc animadvertant, quàm sancta sit Christianorum lex, quàm sibi consentanea, quàm congruens rationi. Sub

Tom. I.

F

hæc

hæc præcipuas orationes Pater noster, & Ave Maria, illis subsequentibus præire soleo. Inde Symboli articulos sic iteramus, ut ad singulos, pariter Pater & Ave, cum certo carmine recitemus. Nam primo fidei capite decantato, mox patrio ipsorum sermone hoc præeo carmen: *JESU Fili Dei vivi da nobis, ut hoc primum fidei tuæ caput planè credamus: quod abs te, ut impetremus, hanc tibi precessionem offerimus à te ipso institutam.* Inde alterum hujusmodi carmen subjicimus: *Sancta Maria Mater Domini nostri JESU Christi, impetra nobis à tuo dulcissimo Filio, ut sine ulla dubitatione hunc Christianæ Fidei credamus articulum.* Eandem planè rationem in reliquis undecim Symboli capitibus tenemus.

4. Decalogi deinde præcepta inculcamus ad hunc maximè modum. Primum præceptum, quod est de diligendo DEO, ubi pariter decantavimus, ita simul precamur: *JESU Christe Fili DEI vivi, da hoc nobis, ut te præter cetera diligamus:* statimque ad eam rem Dominicam adhibemus Orationem. Mox ejusmodi carmen unà omnes canimus: *Sancta Maria, mater JESU Christi, impetra nobis à Filio tuo, ut primum ejus præceptum servemus sedulò:* Inde salutationem Angelicam adjicimus. Eadem ratio in reliquis novem præceptis servatur, carminibus illis intercalari- bus paullulùm, ut res ipsa fert, immutatis. Hæc sunt, quæ usitatis precibus illos petere à DEO assuefacio: atque identidem eis denuncio, si hæc impetraverint, reliqua etiam cumulatius, quàm ipsi petere possint, consecuturos. Con-

fes-

fessionis g  
verò bap  
inter Sym  
gula capit  
quibus af  
soleo ipso  
stianæ rel  
cessariæ s  
ita institu  
est, Salv  
& auxiliu

5. Quar  
le aggreg  
test, quò  
ptizandi  
interdum  
tos pago  
boli (1),  
virésque  
ex infant  
que insti  
diffido,  
gè melior  
nam Leg

(1) C  
terarumque  
tatione, q  
nomen, q  
huc venia  
bolum ac  
stra summa

fessionis generalis formulam cum omnes, tum verò baptizandos recitare jubeo, eosdemque inter Symbolum recitandum percontor ad singula capita, utrum ea non dubitanter credant; quibus affirmantibus, cohortationem adhibere soleo ipsorum linguâ compositam, quâ Christianæ religionis, disciplinæque ad salutem necessariæ summa explicatur breviter. Postremò ita institutos ritè baptizo. Institutionis clausula est, *Salve Regina*, quâ beatæ Virginis operi & auxilium imploramus.

5. Quanta autem sit eorum, qui ad Christi ovile aggregantur, multitudo, vel hinc intelligi potest, quòd sæpe mihi usu venit, ut manus baptizandi defatigatione fractas haberem: quippe interdum Baptismo lustrabam diebus singulis totos pagos. Itaque non rarò, ex crebra Symboli (1), taliùmque rerum iteratione, vox me virèsq; deficiunt. Incredibile est, qui fructus ex infantium Baptismo, puerorum, cæterorùmque institutione capiatur. Hos ego pueros non diffido, DEO bene juvante, parentibus suis longè meliores fore. Quippe egregiam erga divinam Legem voluntatem, flagransque disciplinæ

F 2

Chri-

(1) *Cut. Et Decalogi in propria ipsorum lingua, cæterarumque precum, adhibita eorundem idiomate exhortatione, quâ ipsis declaro quam vim habeat Christiani nomen, quid sit paradisi, quid inferni, quinam huc veniant, quique illuc: atque in primis eisdem Symbolo ac Decalogo identidem inculco, quibus fidei nostra summa continetur.*

Christianæ vel cognoscendæ, vel aliis tradendæ studium præ se ferunt. Mirum eos tenet odium idololatriæ; usque eò, ut cum Ethnicis ob eam causam suscipiant simultates; ipsòsque parentes, si quando illos senserint cultum tribuere idolis; objurgare, atque ad me deferre non dubitent. Ego sicubi diis litatum esse rescivi, repenti advolo cum magna puerorum manu. Ibi enim verò diabolus majoribus injuriis & contumeliis oneratur à pueris, quàm modò honoribus ac cæremoniis à puerorum parentibus, cognatis, notis, cultus fuerat. Ipsi enim pueri suapte sponte deorum simulacra invadunt, pro se quisque deturbant, affligunt, comminuunt, conspuant, proculcant, omnibúsque onerant probris.

6. Cùm quartum jam mensem in oppido quodam Christianorum commorarer, quò Catechismum converterem; ingens indigenarum numerus ad nos undique confluebat rogatum, ut ad ipsorum domos ire, & super ægrotos domesticos DEUM orare ne gravarer. Tantaque erat etiam ipsorum ægrorum eandem ob causam adrepentium frequentia, ut vel in recitando singulis Evangelio, satis haberem negotii. Neque tamen quotidianæ intermittebantur occupationes pueros docendi, conversos baptizandi, vertendi Catechismum, profligandi quæstiones, mortuos sepeliendi. Equidem & iis, qui me valetudinis causâ adierant; & iis, qui deprecatores advenerant aliorum, satisfacere cùm optarem, ne quid videlicet remitterent de fiducia ac studio Christianæ religionis, nefas putabam

bam tam  
res usque  
satisfacere  
tare, cur  
conaretur  
quendi.  
pueros id  
ad ægros  
nos conv  
pariter re  
explorata  
lemnes E  
multa? I  
ac pietat  
porum &  
dem insi  
cium. S  
lutem an  
sti trahe  
7. Eo  
compitis  
imperitis  
cedere v  
idem pr  
atque it  
bus per  
in orber  
gulis in  
relinqu  
id descri  
ter reci  
diebus

bam tam justis postulatis deesse. Verùm cum res usque eò cresceret, ut ne unus omnibus satisfacere possem, nec eorum controversias vitare, cum suam quisque domum me adducere conaretur primus; rationem inii omnibus obsequendi. Itaque quoniam ipse ire non poteram, pueros idoneos meo circummittebam loco: qui ad ægros profecti, domesticos omnes ac vicinos convocabant, atque unà cum iis Symbolo pariter recitato, laborantes erigebant ad certam exploratamque salutis spem. Tum demum solemnes Ecclesiæ orationes pronunciabant. Quid multa? DEUS puerorum, cæterorumque fiduciã ac pietate adductus, ægris compluribus & corporum & animorum restituit sanitatem. Et quidem insigne existebat DEI in ægrotos beneficium. Siquidem per morbum ipsum eos ad salutem animi vocabat, ac penè per vim ad Christi trahebat fidem.

7. Eosdem ego pueros in privatis tectis, viis & compitis Christianæ doctrinæ rudimenta tradere imperitis jussi. Quod præscriptum, ut satis procedere video in uno aliquo pago: in alium ad idem præscribendum instituendumque demigro; atque ita deinceps vicos oboeo universos. Quibus perlustratis, rursus eodem ordine per omnes in orbem noster recurrit labor. Discedens, singulis in vicis Christianæ institutionis exemplum relinquo, & simul præcipio scribendi gnaris, ut id describant; cæteris, ut ediscant, ac memori-ter recitent quotidie. Itémque statuo, ut festis diebus cuncti pariter unum in locum congregati,

ti, Christianæ Fidei rudimenta decantent. Ad eam rem in singulis Christianorum pagis, qui sunt numero xxx. idoneos homines, qui huic muneris præsent, designavi. His mercedis loco Martinus Alphonsus Indiæ Prætor, idémque Societatis, reique Christianæ studiosissimus, pro sua erga Neophytos benevolentia, nostro rogatu numulorum aureorum (Fanajos ipsi vocant, instar denariorum nostratium) quaterna millia assignavit (1). Is plane nostrorum hominum amicissimus, mirum in modum expetit aliquot è Societate huc venire: idque ab Rege per litteras petit vehementer.

8. Complures his locis ob id unum modò Christiani non fiunt, quòd desint, qui eos faciant Christianos. Mihi verò persæpe venit in mentem circum Europæ Academiæ, ac præcipuè Parisiensem cursare, & insani ritu passim vociferari; eosque, qui doctrinæ plus habent quàm charitatis, his compellare verbis: *Heu quàm ingens animorum numerus vestro vitio exclusus cælo deturbatur ad inferos! Utinam illi quemadmodum in litteras, ita in hanc quoque curam incumberent, ut reddere DEO possent doctrinæ, creditorumque talentorum rationem. Enimverò istorum plurimi hac cogitatione commoti, appositis rerum divinarum meditationibus exercerent*

(1) Cùt. In eos conferenda, qui diligenter et accurate Christianam doctrinam in neophytorum pagis docuerint, quos hic Canacapolas appellant.

rent se, u  
minus, suis  
posthabitis  
bitrium fin  
Domine ecc  
di est, ve  
mortalem,  
tam vivere  
fiduciâ su  
subterfuge  
rent! Siq  
usurparent  
didisti mib  
Quòd si  
comprehen  
solido scie  
ligentiam  
quibus stu  
sunt ad sa  
haud paul  
tionem D  
cationis tu  
Gymnasiis  
inania ho  
gis specte  
quæ illis  
eò jam lo  
studiis da  
teantur,  
quam auc  
sto Dom  
Sed profè



rent se, ut audirent, quid in eis loqueretur Dominus, suisque cupiditatibus, ac rebus humanis posthabitis, se totos ad DEI nutum atque arbitrium fingerent. Clamarent utique ex animo: *Domine ecce adsum, mitte me, quocumque tibi cordi est, vel usque in Indiam.* Prò DEUM immortalem, quantò lætiorum illi tutiorumque vitam viverent! quantò majore divinæ clementiæ fiduciâ summum judicii illius discrimen, quod subterfugere nemo potest, extremo spiritu subirent! Siquidem illam Evangelici servi alacriter usurparent vocem: *Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum:* Quòd si quantum dies noctesque elaborant, in comprehendenda rerum scientia, tantundem in solido scientiæ fructu elaborarent; & quam diligentiam adhibent in cognoscendis iis artibus, quibus student, eam in docendis imperitis, quæ sunt ad salutem necessaria, adhiberent, næ illi haud paulò paratiorum essent ad reddendam rationem Domino dicenti: *Redde rationem villificationis tuæ.* Malè metuo, ne qui tamdiu in Gymnasiis ad bonarum artium studia incumbunt, inania honorum ac sacerdotiorum insignia magis spectent, quàm ipsa munera atque onera, quæ illis ornantur insignibus. Video enim rem eò jam loci venisse, ut qui maximarum artium studiis dant operam diligentius, vulgò profiteantur, se doctrinæ laude Ecclesiasticam aliquam aucupari dignitatem, quò scilicet Christo Domino & Ecclesiæ operam narent suam. Sed profectò miseri falluntur; quippe qui stu-

dia illa ad privatam magis referunt, quàm ad publicam utilitatem. Et quoniam verentur, ne DEUS ipsorum cupiditati non obsequatur, nolunt totam rem divinæ permittere voluntati. Testor DEUM, propemodùm me deliberatum habuisse, quoniam mihi ipsi in Europam redire non licebat, ad Parisiensem Academiam, nominatimque ad Doctores nostros Corneum & Picardum litteras dare, quibus ostenderem; quàm multa Barbarorum millia ad Christi cultum nullo negotio adduci possent; si copia esset hominum, qui non sua quærerent, sed quæ JESU Christi. Ergo fratres mihi charissimi: *orate Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.*

9. Scripsi ad vos anno superiore de Collegio, quod Goæ inchoatum ædificatur strenuè. Jam magna ædium pars absoluta est. Hic alumni complures ab Ethnicis orti variarum nationum instituuntur; quorum alii Latinam linguam, alii legendi scribendique rationem addiscunt. His P. Paulus Collegii Rector præest, Sacrum facit quotidie, eorum confessiones excipit, eosdemque salutaribus præceptis imbuere desistit nunquam. Collegium peramplum est: capiet alumnos ad quingentos; atque ad eos sustentandos habet facultatum satis. Nam magna pecuniæ vi, eleemosynæ nomine, cùm ab aliis multis juvatur, tum verò ab Indiæ Prætoze. Est sanè, cur Christiani omnes hoc Seminarium, quod Sanctæ Fidei appellatur, DEO gratulemur. Quippe in spem venimus, fore ut intra  
pau-

paucos an  
DEO app  
gat; brevi  
alumnos, l

10. Gen  
rum, qua  
rum cultur  
eorum col  
perversius  
ferre sole  
*cta, ab ho*  
no genus  
tum. In e  
que mult  
vulgo eni  
res in te  
desiderant  
alendas.  
mulacra i  
re. Nec  
cœnam c  
die. Brac  
epulantes  
lari. Pri  
pulo den  
ea missa  
suis ratio  
dæmonun  
ros. Ita  
tu, Brac  
chmanes  
taxat li

paucos annos maximus Ethnicorum numerus, DEO approbante, ad Christi fidem sese adjungat; brevique Ecclesiae fines, per hujus Collegii alumnos, longè latèque propagentur in Oriente.

10. Gens est in his locis ex numero Ethnicorum, quam illi Brachmanes vocant. Hi Deorum cultum ac superstitionem tuentur, templaeorum colunt, simulacra custodiunt. Nihil illis perversius, nihil improbius. Itaque in eos conferre soleo illud Davidicum: *De gente non sancta, ab homine iniquo & doloso eripe me.* Omnis genus est hominum mendax, ac fraudulentum. In eo sunt toti, ut simplicem imperitamque multitudinem quàm callidissimè fallant: vulgo enim Deos imperare prædicant, ut certæ res in templis offerantur; videlicet quas ipsi desiderant, ad se, conjuges, liberos, familias alendas. Itaque persuadent idiotis, Deorum simulacra item ut homines, prandere ac cœnare. Nec sanè desunt, qui ante prandium & cœnam certam Idolo pecuniam offerant bis in die. Brachmanes ipsi, festo tympanorum sono epulantes, imperitis fidem faciunt, Deos epulari. Priusquam eis res necessariæ desint, populo denunciant esse iratos Deos, quòd non ea missa sint, quæ postulaverint: proinde nisi suis rationibus consulant, per cædes, morbos, dæmonum incursiones, pœnas ab eis expeturos. Ita homines creduli, objecto Deorum metu, Brachmanibus dicto audientes sunt. Brachmanes quidem homines sunt tincti duntaxat litteris; sed quod eruditioni deest, cal-

calliditate ac malitiâ compensant. Hujus oræ Brachmanes, suas à me fraudes patefieri, scilicet indignè ferunt. Quoties mecum sine arbitris agunt, nullum habere se fatentur patrimonium, præter illa Deorum simulacra, unde fictis ad populum mendaciis cibum petant. Iidem plus me unum, quantuluscumque sum, quàm ipsos omnes scire confitentur. Mittunt mihi sæpe salutatores cum muneribus: eaque à me remitti valde dolent. Id agunt videlicet, ut donis delinitus in eorum flagitiis conniveam. Itaque exploratum sibi esse dicunt, unum esse DEUM, eique se supplicaturos pro me. Quibus ego, ut referam gratiam, ea, quæ videntur, respondeo. Denique imperitæ multitudini, quam insana superstitio illis addixit, eorundem ludibria, dolos aperio, quantum queo. Quibus rebus adducti complures, repudiato Deorum cultu, certatim fiunt Christiani. Quòd si Brachmanes non obstarent, profectò omnes ad Christi se aggregarent religionem.

II. Ethnici hujus regionis indigenæ vulgò rudes sunt litterarum, flagitiorum non item. Ex quo tempore his in locis versor, unum duntaxat Brachmanem ad Christi Fidem adduxi. Is adolescentulus sanè probus hoc suscepit, ut Christianæ doctrinæ rudimenta traderet pueris. Ego Christianorum vicos circumiens, per Brachmanum ædes (Pagodes vocant) transire soleo. Itaque mihi nuper usu venit, ut Pagodem ingressus, ubi erant Brachmanes ferè ducenti, eorum plerosque haberem obvios; multis verbis

ul-

ultrò citrò  
 sis sui dii p  
 gum inter e  
 mihi respo  
 delata res  
 te usúque  
 narius vic  
 Christianis  
 senis perv  
 prius esse  
 bus interro  
 coactus sua  
 os iis, qui  
*Primum, u*  
*rum specie*  
*Deorum c*  
 responso c  
 dolorem, c  
 DEO) rog  
 gnâque vo  
 rum, & c  
 tione patri  
 Paradisus  
 mul qui ad  
 lum, qui  
 rentur. Q  
 certatim

(1) Apu  
 sed adoranda  
 (2) Ed.  
 nibus surrexi

ultrò citròque habitis; quæsi ex eis, quid ipsis sui dii præciperent ad beatam vitam. Longum inter eos certamen extitit, quis potissimum mihi responderet: demum communi consensu delata res est ad unum ex eis, qui ceteros ætate usúque anteibat: Senex igitur jam octogenarius vicissim ex me percontatus est, quid Christianis eorum præscriberet DEUS. Hic ego senis perversitate cognitâ negavi me verbum prius esse facturum, quàm ipse ad ea, de quibus interrogatus erat, respondisset. Tum ille, coactus suam prodere inscitiam, respondit: Deos iis, qui ad ipsos ire vellent, duo imperare: *Primum, ut (1) abstinerent cade vaccarum, quarum specie Dii colerentur.* Deinde, *ut Brachmanis Deorum cultoribus benignè facerent.* Hoc ego responso commotus (magnum enim cepi animi dolorem, dæmonem à cæcis hominibus coli pro DEO) rogavi, ut me vicissim audirent (2), magnâque voce pronuntiavi Symbolum Apostolorum, & capita Decalogi. Inde brevi explanatione patrio ipsorum sermone interposita, quid Paradisus esset, quid infernus, ostendi; & simul qui ad beatorum cœtum evolarent in cœlum, qui ad æterna inferorum supplicia raperentur. Quibus illi auditis subito surgentes certatim me amplexari, Christianorum DEUM

ve-

(1) Apud Lucenam p. 105. *Non occidendas vaccas, sed adorandas.*

(2) Ed. Lov. *Eos autem sedere jussi, ac sedentibus omnibus surrexi, stansque inter eos magna voce pronuntiavi.*

verum esse profiteri, cujus leges omni ex parte congruerent rationi. Rogarunt deinde: *Num animus hominum, item ut ceterorum animantium, simul cum corpore interiret.* Suppeditavit mihi DEUS tales rationes, tamque illorum sensibus accommodatas, ut eis singulari ipsorum voluntate plane probarem immortalitatem animorum. Argumenta utique, quibus idiotæ isti homines convincendi sunt, nequaquam subtilia esse oportet, cujusmodi reperiuntur in doctorum hominum libris, sed ipsorum ingeniis consentanea. Sciscitati sunt rursus, *quâ morientis animus exiret: quâ fieret? ut in somnis* (id quod mihi ipsi sæpe usu venit, Fratres charissimi, cum vos somnio) *cum amicis notisque versari nobis videamur? Num quia animus exiliat è corpore?* Denique *albus ne, an ater sit Deus.* Nam cum tanta cernatur in hominibus colorum varietas, Indi (utpote qui naturâ nigri, suum cæteris anteponunt colorem) Deos atros esse arbitrantur. Quocircâ pleraque eorum simulacra admodum atra sunt, ut subinde peruncta oleo gravem halent odorem: adedò ut non minùs terream speciem præferant, quàm foedam & horrendam. Ad hæc ego ita eis respondi, ut planè acquiescerent. Verùm urgenti mihi ad extremum, ut amplecterentur religionem, quam veram esse sentirent; opponebant id, quod inter Christianos quoque multi solent, sermonum materiam hominibus se duros, si vitæ rationem religionemque mutassent, simul verendum esse dicebant, ne ad victum cultumque necessaria sibi deessent religione mutata. 12. U-

12. Unu  
in hac ora  
ac nobili  
dedi opera  
bitris. Is  
dam indic  
miæ discip  
ipsorum m  
mihi pro  
steriis illu  
que Cond  
coli oport  
dæmonum  
dam velu  
quibus div  
docendo  
est apud  
apposita  
sigillatim  
esset per  
Dominicu  
die hanc  
guâ usurp  
opem in  
jurisjurand

(1) Lu  
illorum ling  
(2) Ec  
On cerii M  
gratia et a  
missa voce

12. Unum omnino Brachmanem nactus sum in hac ora maritima eruditum, qui in celebri ac nobili Gymnasio institutus ferebatur. Itaque dedi operam, ut convenirem hominem sine arbitris. Is mihi demum tamquam arcanum quoddam indicavit; *Primum omnium illius Academiae discipulos à magistris adigi sacramento, ne ipsarum mysteria enuncient.* Veruntamen ea se mihi pro amicitia indicaturum. Unum ex mysteriis illud fuit: *Unum esse DEUM, coeli terræque Conditorem ac Dominum, illumque ab ipsis coli oportere.* Nam idola nihil aliud esse, quàm *demonum simulacra.* Habent Brachmanes quædam veluti sacrarum monumenta litterarum, quibus divinas leges contineri ferunt. Linguâ in docendo magistri utuntur reconditâ, cujusmodi est apud nos Latina. Exposuit idem mihi cum apposita explicatione divina illa (1) præcepta sigillatim, quæ & longum, nec operæ pretium esset perscribere, Sapientes diem, quem nos Dominicum appellamus, festum agitant. Quo die hanc unam precationem identidem suâ linguâ usurpant: (2) *Veneror te DEUS, tuamque opem in perpetuum imploro.* Hanc precationem jurisjurandi religione adstricti, submissâ admodum

(1) Lucena et Garzia: *decem præcepta in recondita illorum lingua conscripta.*

(2) Ed. Lov. *Oni ciri Marania. Lucena et Garzia: On cerii Narayva Noma, hos est, adoro te cum tua gratia et auxilio in aeternum: omnes citati; Quam submissa voce recitant, ne juramentum violent.*

dum voce iterant sæpius. Idem adjecit: *Uxorum multitudinem ipsis naturæ lege (1) permitti; atque in suis litterarum monumentis esse, tempus aliquando fore, cum mortales unam omnes religionem amplecterentur.* Postulavit denique, ut ego vicissim præcipua Christianæ disciplinæ mysteria enuntiarem sibi, pollicens ea se silentio esse tecturum. Tum ego verbum me facturum negavi, nisi ante promitteret, se, quæ de Christiana religione dixissem, indicaturum in vulgus. Itaque cum vulgaturum recepisset (2), ego diligenter explanavi illam Christi vocem, in qua summa nostræ religionis consistit: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit.* Hoc ille dictum unà cum explicatione, quæ totum Symbolum Apostolorum amplectebatur, retulit in commentarios. Decalogi etiam præcepta propter eam, quam habent cum Symbolo conjunctionem, adjecit. Narravit inde, somniasse quadam nocte, se magna cum voluptate factum Christianum; mihi que socium atque comitem accessisse: proinde rogavit me, uti clam se Christianis Sacris initiarem. Sed quoniam conditiones quasdam contra jus fasque imponebat, supersedi eum baptizare. Nec dubito, quin DEI benig-

(1) Ed. Lov. *Vetitum sibi juro natura habere plures uxores.* Garzia: *Polygamiam, licet consentanea legi non sit, natura tamen permitti.*

(2) Ed. Lov. *Postulavi a Domino Deo, ut ea mihi suggereret verba et sermonem, quæ in sacris literis pondus et energiam habeant singularem: diligenter explanavi.*

gnitate C  
nui homin  
ceat: Un  
torem, reg  
di religio  
esse, cum  
rea oppri

13. His  
terea nihil  
piam gau  
neæ oper  
laborantib  
ac solida  
esse vide  
his labor  
*Quæso te*  
*dere in k*  
*fnita bon*  
*me in don*  
*semel dulo*  
*sine tuo*

(1) Ed  
mei, ni m  
multiplicia  
(2) Ed  
rarent, u  
aliquando  
vanam hug  
dia, qua  
nova indag  
operibusque



gnitate Christianus aliquando sit futurus. Monui hominem, ut idiotas atque imperitos doceat: Unum esse DEUM, cæli terræque procreatorem, regnantem in cælo. Verùm ille jurisjurandi religione obstrictus, negavit sibi integrum esse, cùm præsertim extimesceret, ne propterea opprimeretur à dæmone.

13. Hisce de rebus (1) quod scribam, præterea nihil habeo, nisi tantam esse vim & copiam gaudiorum, quæ DEUS suis hujusce vitæ operariis in hac barbarie excolenda sedulò laborantibus elargiri solet, ut si qua vera est ac solida in hac vita jucunditas, hæc una mihi esse videatur. Soleo sæpenumerò quemdam in his laboribus versantem audire, cùm dicat: *Quæso te, Domine, noli me tantâ lætitiâ perfundere in hac vita, aut certè quando pro tua infinita bonitate ac misericordia perfundis, transfer me in domicilium Beatorum. Siquidem, qui tuam semel dulcedinem interiore gustavit sensu, vitam sine tuo aspectu acerbam putet, necesse est* (2).

14. Ge-

(1) Ed. Lov. Permulta adhuc forent scribenda, fratres mei, ni me temporis excluderet angustia, ac alio me multiplicia vocarent negotia, unum dumtaxat addam.

(2) Ed. Lov. O si qui scientiis vacant, tantum laborarent, ut his quoque deliciis et voluptatibus Deus eos aliquando dignaretur! Quas non arumnas sufferunt, ut vanam hujus mundi Sapientiam assequantur? O si gaudia, qua multorum animis oboriuntur ex rei alicujus nova indagine, illis provenirent ex institutione proximi, operibusque caritatis, dum alios ea docerent, que sunt  
ad

14. Genus est delectationis meæ identidem cogitare de vobis, charissimi Fratres: deque vestra jucundissima familiaritate, qua me DEUS, pro sua immensa benignitate, dignatus est. Eâdem enim operâ mecum reputo, ac planè sentio, quantum olim temporis frustrâ contriverim, qui ex vestra sanctissima consuetudine, rerumque divinarum notitia, tam exiguum ceperim fructum. Vobis profecto deprecatoribus hoc in me tantum DEUS contulit beneficii, ut quamvis absens corpore, intelligam vestro studio ac deprecatione infinitam delictorum meorum multitudinem mihi divinitus ostendi, atque ad has Ethnicorum regiones strenuè colendas animos ac vires addi. Quamobrem ingentes divinæ benignitati charitativæque vestræ gratias ago. Ex multis autem ac magnis hujus vitæ fructibus, quos adhuc DEI beneficio cepi, & quotidie capio, illum enimverò duco maximum; quod nostræ Societatis Institutum Pontificis Maximi auctoritate comprobatum confirmatumque esse cognovi. Immortales DEO gratias & ago & habeo, qui, quam vitæ rationem servo suo Parenti nostro Ignatio clam ipse præscripserat (1), eam aliquando per suum Vicarium palam stabiliri voluit, ad memoriam posteritatis

*ad salutem necessaria; ab ovili lupos arcerent; nutantes, aut lapsos jam a fide corroborarent, et erigerent: quanto paratiores essent ad reddendam Domino rationem, quam exacturus est, dicens: redde rationem villicationis tuæ.*

(1) Ed. Lov. Inspiraverat.

tis sempiterni  
bendi fac  
nos (quæ  
junxit, id  
corum di  
get in se

15. Ad  
alios (si  
ac pueror  
quàm inn  
hisce loc  
Hos ego  
etiam at  
nobis à  
hujus, au  
cere vol  
cumque r  
velit, ex  
MDXLI

Tom. I.

(1) E  
Missarumq  
Ignatii fec  
teneo.

(2) E

Cu

tis sempiternam. (1) Atque hic ego finem scribendi faciam, DEUM obsecrans, ut quoniam nos (quæ ejus benignitas est) morum Societate junxit, idémque rei Christianæ causâ tanto locorum disjunctis intervallo; rursus nos congreget in sede ac domicilio Beatorum.

15. Ad id impetrandum, deprecatores inter alios (si placet) adhibeamus animos infantium ac puerorum, quos mea manu baptizatos, priùs quàm innocentiam amitterent stolam, DEUS ex hisce locis ad cœleste domicilium evocavit. Hos ego ampliùs mille fuisse arbitror, quos etiam atque etiam rogo, quæsóque, uti hoc nobis à DEO impetrent, ut in reliquum vitæ hujus, aut magis exilii tempus, doceat nos facere voluntatem suam; sic prorsus, ut quæcumque requirit à nobis, haud secùs quàm ipse velit, exequamur. Pridie Idus Januarii Anno MDXLIV. Cocini. (2)

Tom. I.

G

EPI-

(1) Ed. Lov. *Anno elapso scripsi ad vos Sacrificiorum Missarumque numerum, quæ apud Indos jussu Domini Ignatii fecimus. Factorum verò hoc anno numerum non teneo.*

(2) Ed. Lov. *Ex Cochín 15. Jan. an. 1544.*

*Vester in Christo charissimus frater*

*Franciscus Xavier.*

*Cut. Vester in Christo minimus frater*

*Franciscus.*

## EPISTOLA XV.

Francisco Mansillæ in Comorinum eunti.

*Petit accuratas de gestis Sociorum literas, monetque ut ærumnas suas reputet Purgatorium. De nummis ab Arteaga reddendis.*

*Gratia & Amor Domini Nostri JESU Christi adsit nobis semper auxilio & favore. Amen.*

I. **C**arissime Frater: multum cupio scire quid agatis; quare oro te, per amorem JESU Christi, doce me accuratis otiosè scriptis literis, de omnibus quæ te, quæ socios isthic tuos quoquo modo spectant, quando pervenero Manaparem, disces statim meis inde ad te literis. Fac memineris mandatorum, quæ perscripta dedi tibi à me digredienti, & Deum ora ut multâ te corroboret patientiâ, necessariâ in primis ad tractandum cum istâ gente. Sic tecum reputa, quasi Purgatorium isthic tuum sit, in quo jam hinc noxarum tuarum pœnas luas, & agnosce non vulgare Dei beneficium, indulgentis tibi, ut vivens spiransque summo gratiæ quæstu, ærumnâ multò minore, peccata juventutis expies.

2. Dices Joanni de Artiaga: significasse mihi per literas Præfectum, se ipsi numerasse decem Pardaos imputandos rationibus meis: rescriptis-

sc

se autem m  
Artiagam,  
orâ Piscaria  
tiagam, isto  
à me jube  
donatur, se  
pertinens;  
nullam. Su  
Regis jussu  
saria suppe  
grapham C  
de nobis e  
is, quonia  
præsens, ne  
pareret, ne  
res, redhib  
rit: si hoc  
se res habe  
renumeretu  
volo. Vobi  
viendum D  
cor. Vale  
MDXLIV.

Non s  
una tibi &  
stola.

Vester

se autem me Præfecto: nec vos, nec Joannem  
 Artiagam, nec me, pecuniâ egere ante ejus ex  
 orâ Piscariæ adventum: ideoque meo jussu Ar-  
 tiagam, istos ei nummos redditurum, quod eum  
 à me jube facere, nisi fortè summa ista non  
 donatur, sed solvitur, ad nostrum aliunde jus  
 pertinens; cujus suspicandi causam habeo non-  
 nullam. Subaudiivi enim, Prætorem, qui nobis  
 Regis jussu ad victum & usum cæterum neces-  
 saria suppeditat, curasse istuc Præfecto Syn-  
 grapham Collybisticam decem Pardaorum, un-  
 de nobis emeret interpretem. Fieri posset ut  
 is, quoniam emptionis fortè istius nec facultas  
 præsens, nec propinqua spes opportunitatis ap-  
 pareret, ne in manu suâ consenesceret aliena  
 res, redhibere illis cuja sciebat esse, maturave-  
 rit: si hoc ita est, retineatur sanè; sin aliter  
 se res habet, suum utique argentum Præfecto  
 remuneretur. Idque sine morâ exequi Artiagam  
 volo. Vobis tantum Cœlestis gratiæ ad inser-  
 viendum Deo, quantum ipsi mihi opto ac pre-  
 cor. Valete. Punicali ix. Kal. Martias An.  
 MDXLIV.

Non scribo Joanni Artiagæ quoniam hæc  
 una tibi & illi communis isthuc destinatur Epi-  
 stola.

Vester amantissimus Frater

*Franciscus.*

## EPISTOLA XVI.

Eidem.

*Cum seeleratis agendum, ut sœvit Deus cum eisdem, et parentes cum liberis. De ebriosis mulierculis, de Matthæo quodam, ac de Patangatibus. De parvulorum salute, adultisque informandis.*

1. **C**arissime in Christo Frater: Multum me recrearunt tuæ literæ. Etiam atque etiam oro te: sic agas cum istâ hominum fæce, ut boni Patres solent, cum malis Filiis; ne animo frangaris quantumvis multa sint quæ vides ab iis pravè ac sceleratè fieri: nam Deus ipse quem tam graviter offendunt, non eos tamen interficit, quod uno potest nutu: non iis desinit ad victum & cultum suppeditare necessaria, quæ nisi manum ipsis ultrò suam ille liberalem aperiret, utique deficèrent, & inopia miseri, uti sunt digni, tabescerent. Hoc exemplo ad æquitatem & tu animi te componas velim; angore supervacaneo excusso.

2. Plus sunt frugiferi quàm putas labores isthic tui: & quanquam non tantùm proficis quantum cuperes; navas tamen, mihi crede, satis operam, ut ejus te poenitere neutiquam debeat. Denique in qualicumque successu certa illa tibi consolatio est, per te non stetisse; nec culpæ imputandum tuæ quod secus evenerit.

rit. Cæterùm indomitarum beri vim regtio suadent, re Apparitorum liberibus quæ dictâ, contrahuc inguriosos argenti cant Fanam rantia comper. Id inextum, per oventricula cmmno ebriocausentur. vicorum, ciceps tempo id mihi suc

2. Mattheum Filium præ ipsi longè buendum, Parentibus isthuc pervigates istos turè pravo familiaribus prehenderint state à Præduci jubere defuncturi

rit. Cæterùm quia frangendæ duritiei cervicum indomitarum subjectæ Regi Gentis, rectè adhiberi vim regiam, probata exempla & bona ratio suadent, mitto ad vos impetratum à Prætore Apparitorem, cui mandavi ut à singulis mulieribus quæ potione dementante, Orrachâ isthic dictâ, contrâ quàm edicta sanciant publica, se adhuc ingurgitant, mulctæ nomine duos denarios argenti, hoc est unum nummum quem vocant *Fanam*, exigat, prætereaque talis intemperantiæ compertas in triduum custodiæ mancipet. Id inexorabiliter omninò deinceps exequendum, per omnes pagos & cuncta isthic conventicula curabis clarè promulgari: ne ictæ damno ebriosæ mulierculæ postea ignorantiam causentur. Patangatibus quoque, sive Magistris vicorum, disertè denunciabis, si ex hoc deinceps tempore Punicali Orracha potetur, ipsos id mihi suo gravi damno luituros.

2. Matthæum hortaberis ut se bonum mihi Filium præstet; certum, si ita fecerit; à me ipsi longè plus bonorum ac commodorum tribuendum, quàm expectare umquam posset à Parentibus propriis. Interim dum distineor ne isthuc perveniam quò propero, fac seriò Patangates istos moneas: emendent, si sapiunt, maturè pravos suos mores; alioqui quoscunque in familiaribus vitiis hærerè, isthuc appellens deprehenderim, deliberatum mihi esse, pro potestate à Prætore acceptâ, vinctos Cocinum abduci jubere, nec sibi blandiantur tanquam citò defuncturi brevi pœnâ. Ex animi quippe mei

certâ sententiâ pronuncio , daturum me operam , ne unquam Punicalem redire sinantur . Compertum enim satis est , flagitiorum ac scelerum quæ isthic perpetrantur plurima , omnium penes unos ipsos culpam invidiamque residere .

3. Diligentissimè curabis ut parvulos qui nascentur , sacro quam primùm baptismo impertias . Egressos autem infantiam , & institutionis utcumque capaces , maturè occupes Christianæ Doctrinæ rudimentis imbuere ; prout tibi tam impensè commendatum à me scis . Singulis præterea Dominicis Catechesim consuetâ formulâ ad congregatos unum in cœtum omnis sexûs & ætatis simul homines habebis , inculcandis orationibus , & virtutum actibus doceri à me solitis , ut nosti ; adjungendaque insuper utilis ad mores formandos argumenti conciuncula . Omni ope prohibe invigilans , scrutandis etiam latibulis officinarum , ne quis Pagodes sculpat aut fabricet . Quam Epistolam mihi inscriptam audio isthuc missam ab Alvaro Fogazâ , eam ne huc mittito , sed isthic in meum adventum serva . Deus Dominus Noster tantâ vos in hac & futurâ vitâ consolatione cumulet , quantam ipsi quoque precor mihi . Vale . Manapare pridie Idus Martii Anno MDXLIV .

Tuus in Christo amantissimus Frater

*Franciscus .*

EPI-

*Exhortatio a  
tisque anim  
curinensibu  
nè gerenda  
patienter f*

I. **C**arissimi  
dibili  
gnovi ex tu  
mum , & m  
doquidem ,  
tur , fac ej  
Cave tædiu  
ris , aut fas  
invictam pe  
semper dem  
sensu perpe  
gerit te in  
in quo ver  
tibi à me t  
mendo am  
non vicissin  
bonum se l  
ter bonum  
occasiones  
Dominicis



## EPISTOLA XVII.

Eidem.

*Exhortatio ad patientiam cum sensu demissi gratique animi erga Deum. De Matthæo, Tuturicensibus, Lusitanis, Prætoris. Spes rei benè gerendæ: amandos esse omnes, ferendosque patienter fragilium lapsus.*

1. **C**arissime in Christo Frater: cum incredibili gaudio & fructu animi mei cognovi ex tuis literis, vivere te isthic lætissimum, & miris è Cœlo deliciis perfundi. Quandoquidem, prout experiris, Deus tui recordatur, fac ejus vicissim tu quoque memineris. Cave tædium te subeat quamvis ingrati laboris, aut fastidio debilitatus remittas acrem & invictam perseverantiam in benè cœptis. Tene semper demissum ante Deum animum in dulci sensu perpetuæ gratiarum actionis, quod elegerit te in officium tam sublime quàm istud est in quo versaris. Habes Chartam mandatorum tibi à me traditorum: nihil addo, nihil commendo amplius. Vive memor mei, nunquam non vicissim cogitantis de te. Dic Matthæo: bonum se Filium præstet, experturus me pariter bonum Patrem: attentè invigilo in omnes occasiones ejus juvandi. Adde: jubere me, ut Dominicis diebus, quando reddet in cœtu Ca-

techesim audientium, quæ vos eum Domi docueritis, adeò voce contendat, ut non solùm tota concio exaudiat, sed ad nos quoque qui Manapere sumus pertingat sonus. Fac me certio- rem de Christianis Tutucurinensibus quo statu sint; & ecquid eos vexent Lusitani qui illic hæserunt, tum de Præto- re quid feratur; an is hyematurus Cocini sit.

2 Hic exerere se incipit res magna, ingentem pollicens Deo Domino Nostro splendè inserviendi facultatem. Insta precibus apud eundem Dominum Deum, ut dignetur fortunare spes ostensas, maturarèque cœptum in opportunitatis optatæ successum. Oro te ut erga istam Gentem universam, tam Primarios & nobiles, quàm plebem infimam, præcipui semper amoris indicia exhibeas, inde sine dubio sequetur ut omnes te vicissim ament: quod si eris assecutus, pronior erit cursus uberiorque fructus ministeriorum quibus eos ad Domini Dei Nostri perducere notitiam & cultum satagis. Assuesce tolerare cum multâ patientiâ infirmitates eorum & ex fragilitate lapsus, tecum, clementer sperando, reputans, bonos eos, etsi adhuc non sint, tamen aliquando evasuros.

3. Quod si non planè profectum eorum perducis quò destinaveris, tamen haud te pœniteat conatûs, satis accipientem quantum illud ipsum quod extundere potuisti. Ego quidem sic me consolor in similibus ærumnis. Dominus Deus sit semper tecum, & det nobis suam gratiam, ut semper ipsi serviamus. Vale. Ma-  
na-

napare x i i  
Tuus in

E P

*De mancipio  
obortis, a  
capti proci  
verius in*

I. **C**arissimè  
exp  
urgear desic  
Confirmo ti  
die conting  
continuò p  
tres nobile  
conquerent  
prehendisse  
Iniquitribir  
lem, audin  
rendum Tu  
re sit; scri  
re. Et si c  
quicumque  
ram ut ca  
quid Lusita  
Principem,

napare XIII. Kal. Aprilis Anno MDXLIV.  
Tuus in Christo Frater

Franciscus.

EPISTOLA XVIII.

Eidem.

*De mancipio a Lusitanis capto, ac de malis inde obortis, aliisque imminentibus: de restitutione capti procuranda. Rei indignitate commotus Xaverius in Aethiopiam ire cogitat.*

- I. **C**arissime in Christo Frater. Nullis satis exprimere tibi verbis possem quanto urgear desiderio ad vos in istam Oram eundi. Confirmo tibi ut rem verissimam, si hoc ipso die contingeret copia navis isthuc solventis, me continuo profecturum. Nunc venerunt ad me tres nobiles ex comitatu Regis Travancoris, conquerentes de Lusitano quodam, quem ajuntprehendisse Patanai mancipium istius Principis Iniquitribirimi, ac vinctum perduxisse Punicalem, audirique ab eo jactatum, à se transferendum Tutucurinum. Cum cognoveris quid in re sit; scribe, quæso te, ad Præfectum eâ de re. Et si quidem illic reperiatur ille Lusitanus, quicumque demùm sit, omni efficaciâ da operam ut captivus statim liberetur. Quod si aliquid Lusitano debet, deferatur querela ad ejus Principem, statuturum utique quod æquum erit,  
& jus

& jus suum, prout solet, nostris servaturum. Serò quidem hoc consulitur, nam eâ viâ gradiendum ab initio fuerat, nec subditus Regis Socii, eo inconsulto, ex loco ditionis ejus debuerat corripì. Sic præposterè fortes, Hostibus parcimus; Amicos deprædamur. Præcludit hæc injuria mihi aditum ad Regem alioqui benevolum: quâ enim sapientiâ os objicerem indignationi Aulæ frementis recenti sensu contumeliæ tam gravis? Ignosco iræ illorum justâ utique causâ exardescenti, quàm enim est intolerabile agi ferrique ab iis qui Socii vocantur famulos Regis Amici in ipsâ ejus terrâ, ipsius assensu nec expectato nec petito: id quod ne tempore quidem Pularum penè tyrannicè ibi olim dominantium, fuisse attentatum fando unquam sit auditum? Equidem quid consilii capiam nescio; ita mihi rationes agendi ac cavendi conturbat omnes inconsultissima audacis hominis eruptio. Impetus me capit hinc evolandi, quid enim ampliùs tempus terimus, inter homines securissimos justî respectûs omnis; nec pensi quidquam habere solitos, quo Religionis, quo Reipublicæ damno cupiditatibus obsequantur suis? præsertim quorum temeritas impunitate alitur. Cui enim est obscurum, si castigati, ut meruerant, nuper fuissent qui in illo Myoparone furtum impudentissimum fecerunt, Lusitanos in ausa nunc similia non fuisse prorupturos? Vix aberit quin irritatus insultu tam procaci Travâncoris Rex sinistri aliquid in Christianos sibi subditos consulat.

2. Scri-

2. Scribas  
lestum acci  
vancoris per  
inde immine  
diam facino  
quam ampli  
facere quod  
cet non sus  
qui ausit hi  
tunt. Si cer  
tano captu  
Deo gratifi  
fectum con  
ut vinctus s  
eum dederat  
quid petat,  
ratio juris  
satisfiat.

3. Probar  
cum quopiar  
ab eo vi ac  
num, & vi  
nimè profè  
sunt: cur  
nollemus?  
dignantur  
niâ dignior  
fide optimâ  
exactè serv  
optamus co  
plausibilis  
specioso fu

2. Scribas velim Præfecto, quàm mihi molestum acciderit istud in mancipio Regis Travancoris perpetratum plagium, ob damna quæ inde imminent maxima, præter cæteram invidiam facinoris improbi. Ego penè decrevi nunquam ampliùs de talibus scribere; quoniam isti facere quod lubet volunt, audire quod displicet non sustinent: quasi faciat illis injuriam qui ausit hiscere, dum ipsi jura omnia pervertunt. Si certò rescieris istum hominem à Lusitano captum, esse Tutucurini, per quantum Deo gratificari studes, oro, raptim te ad Præfectum confer, & efficacissimè cum eo age, ut vinctus statim solvatur. Lusitanus autem qui eum dederat in vincula, veniat huc expositum quid petat, aut quid queratur, habebitur enim ratio juris ejus quantum erit opus ut plenè illi satisfiat.

3. Probarentne Lusitani, si quid Indus aliquis cum quopiam ipsorum controversiæ haberet, raptim ab eo vi ac manu è terrâ nostræ ditionis Lusitanum, & vinctum in Continentem abduci? minimè profectò: ita & Indi quoque animati sunt: cur igitur illis facimus quod nobis fieri nollemus? aut miramur si pariter uti nos, indignantur læsi? si justitiam negarent, esset veniâ dignior grassatio; nunc cum præ se ferant fide optimâ jus dicturos, cum leges Societatis exactè servant, & pace ac æquitate quantam optamus commercium nobiscum exercent, quid plausibilis excusationis allegamus? aut quo satis specioso fuce foedifragæ infidelitatis turpissimam

macu-

maculam obducimus? Quod si obstaculum isthic inluctabile teneret, ne proficisci statim posses, mitte Paulum Vazium cum tuis literis ad Præfectum.

4. Iterùm tibi affirmo: plus me conturbatum eo nuncio, quàm tibi significare scribendo possum. Det utinam nobis Deus Dominus Noster tantum robur animi quanto est opus ad inconsultas istiusmodi temeritates quâ decet patientiâ ferendas. Licet idoneis autoribus quæ dicta sunt comperi: tamen quæso te ne graveris diligenter perscribere de toto negotio quid isthic perspexeris. Verène mancipium Regis Travancoris Lusitanus in ejus terris ceperit: si fecit, quam facti causam alleget; præterea ecquid, ut dicitur, tracturus sit Tutucurinum & quamobrem: cupio aliquid audire, unde mihi saltem atrocitas illaudati facinoris queat, & famæ convicium coargui. Sin nihil est invidiæ levandæ; & verè ita res contigit ut narratur passim, omittendum mihi scilicet propositum erit adeundi Regis, apud quem eram tractaturus quædam è re obsequii divini. Scis quàm effereatur ista gens raptibus mancipiorum, præsertim in loco ditionis eorum, attentatis: non est dubium quin omnes illic ultionem fremant; Lusitanamque Gentem ac Christianum nomen contumeliis proscindant. Huic invidiæ me obijcere consultum non sit.

5. Quare aliud cogitandum erit, & expediendus tandem impetus in consilium quod dudum mihi pellaci specie blanditur, omissâ Indiâ, ubi tet  
ob-

obstacula pro  
de minimè op  
me in Æthio  
milis vocat I  
ter promover  
ubi non eru  
evertendo qu  
tam vehemen  
verisimile, r  
surum navicu  
lium adest c  
dam, ibi qu  
terras Præste  
xilio & grat  
Kal. Aprilis

Tuus Fr

E

*De forti per  
stianos a  
raptores fe  
nulla in  
Ægros  
constanter*

1. **M**ultū  
tua  
bus perspe

obstacula promulgationi Religionis Christi, unde minimè oportuerat objectantur, transferendi me in Æthiopiam, quò spes magna & verisimilis vocat Dei Domini Nostri gloriæ insigniter promovendæ, promulgando illic Evangelio; ubi non erunt Europæi qui nobis obsistant evertendo quantum struimus: non te celo, me tam vehementer illuc impelli, ut non sit inverisimile, me hîc Manapare brevi conscensurum naviculam ex iis quas *tonos* vocant, quæ adest copia, quâ me sine morâ Goæ redam, ibi quæ opus sunt ad profectionem in terras Præstejannis paraturus. Deus nos suo auxilio & gratiâ dignetur. Amen. Manapare XII. Kal. Aprilis MDXLIV.

Tuus Frater in Christo amantissimus

*Franciscus.*

EPISTOLA XIX.

Eidem.

*De forti perseverantia. Ægre fert novos Christianos a veteribus vexari. Excommunicatio in raptores ferenda; Matthæus demulcendus. Nonnulla in Symboli interpretatione corrigenda. Ægros visitandos, omniumque saluti seriò et constanter incumbendum.*

I. **M**ultùm me juvit cognoscere de te quæ tuæ isthinc literæ docuerunt, ex quibus perspexi quantus è tuis laboribus fructus  
exi-

existat. Fortunet utinam cui servimus Dominus, istam in posterum quoque sedulitatem tuam, viresque benignè sufficiat, quibus par esse possis continuandæ contentioni, promovendoque è bono semper in melius negotio, forti perseverantiâ, & obstaculorum ærumnarumque, quæ se cumque objiciant, plenè victrici.

2. Vexari opprimique Christianos cum à Gentilibus, tum etiam à Lusitanis dum audio, facere non possum quin penitens animo convulserer, pro rei atrocitate atque perniciæ. Quamquam me quidem, si, quod ajunt, usu hebetaretur aculeus istiusmodi dolorum, obduxisse jam pridem callum, assiduo talium sensu, oportuerat. Sed nescio quomodo inutilem experior huic levando malo medicinam consuetudinis & temporis: quotiesque vel præsens video, vel alicunde fio certior, agi ferrique indignissimis injuriis, etiam quorum minimè decebat, tenellos Ecclesiæ fœtus, quos in istâ novitate ac quasi infantiâ susceptæ religionis, foveri potius blanditiis majorum natu Fratrum, quàm ipsorum aut destitui contemptu, aut violari maleficiis par fuerat, rapi discerpique feris incursibus, quos nulli nostri ad protegendum conatus retardare, nedum eluctari, satis queunt, miserimâ discrucior ægritudine, cordoliumque istud intimè vellicans mecum quocumque circumfero. Cognovi ante hos tres dies literis Patangatorum, flagitiosissimum plagium raptarum à quibusdam Lusitanis Punicale servarum. Accepto diro nuncio, statim scripsi Colanensi, & Colanen-

cinensi Proestitis majorum publicè inquirat quo nomina infligi pœna exemplum quod

3. Matthæ ad vestitum paternæ ind devincias, servat; nam c nostro conv culis nequit sedulam ope amoris signi imitari magis

4. In tuâ est de quo istis verbis C linguæ subst Gentili hîc tem profect lo in Deum: Vichuam. H in hujus Ge in articulo Passione ag le, nam ha quædam not coactè, sed est.

5. Quand



cinensi Proepiscopis, enixè rogans, ut propositis majorum excommunicationum minis, publicè inquirant, quinam isti raptores fuerint, quo nominatim agnitis extorqueri præda, & infligi pœna quam leges jubent, ad cæterorum exemplum queat.

3. Matthæo ne omittas suppeditare quidquid ad vestitum est opus; tum cæterâ comitate paternæ indulgentiæ enitere, ut puerum tibi devincias, sic efficiens, ut tecum libenter vivat; nam cum is liber & sui juris sit, affigi nostro convictui, aliis quàm benevolentiae vinculis nequit. Equidem dum mecum erat dabam sedulam operam, ut cunctis eum propè materni amoris significationibus tenerem: quod & te imitari magnoperè velim.

4. In tuâ interpretatione Apostolici Symboli est de quo te arbitrer monendum: non benè istis verbis *Credo in Deum* illa popularis hujus linguæ substituis *Enaquvenum*, nam vox *venum* Gentili hîc Idiomate significat *volo*. Vides autem profectò quàm non conveniat dicere: *volo in Deum*: quare censeo pro *venum* usurpes *Vichuam*. Hæc enim vox Latino verbo *Credo* in hujus Gentis sermone respondet. Præterea in articulo ejusdem Symboli quo de Christi Passione agitur, cave utaris vocabulo *Vao pinale*, nam harum usu gentium tali voci subest quædam notio coactionis. Christus autem non coactè, sed sponte & liberâ voluntate passus est.

5. Quando isthuc pervenerint qui è Piscariâ tran-

transmigrant, quamprimùm invises eos qui ex ipsis ægrotant, circumducens tecum per eorum casas puerum qui super illos recitet orationes quas habes designatas in mandatis tibi à me scriptò traditis. His expletis tu ad extremum, Evangelii commã solitum tali occasione dici, semel pronuntiabis: de cætero memineris multã semper significatione caritatis cum hac Gente agere, studiosè affectans mutuam erga te ipsorum benevolentiam allicere. Delectaret me si nunciare, neminem jam ex illis Orracam bibere, neminem Pagodes sculpere; accurrere universos Dominicis diebus ad recitationem precum, nec ubi fortè minus hæc semper ad votum successerint, frangamur animis; utique reputantes: Si jam tum ex eo quo primùm hæc miserima Gens Christo nomen dedit tempore, sedulos semper ad latus Magistros habuisset, qui eam, ut tu nunc facis, necessaria docerent; næ illos haud paulò quàm sunt, meliores modò Christianos fuisse futuros. Largiatur utinam Tibi Dominus Noster tantum consolationis in hac vitã, & gloriæ in futurã, quantum ipsi mihi cupio. Vale. Manapare vi. Kal. Aprilis An. MDXLIV.

Tuus in Christo amantissimus Frater

*Franciscus.*

EPI.

*Mansillæ ind  
siderat: L  
De rebus  
ministran  
ctumque a*

I. **C**arissus  
visendos C  
tibi comme  
deo, isthin  
ligens fruct  
tione, Anir  
Expectabar  
nuncium. I  
adventum  
eo itinere,  
conveniam  
quantumvis

2. Joann  
dis quibusd  
gitationibu  
ret, Spiritu  
scit; nec  
Ajebat, m  
ut istum p  
se viciniam  
Tom. I.

## EPISTOLA XX.

Eidem.

*Mansillæ industriam laudat, eumque convesire desiderat: De Arteaga ad omnem auram mobili. De rebus necessariis Mansillæ & Matthæo subministrandis. De ratione pagos lustrandi, fructumque acceptum Deo referendi.*

I. **C**arissime Frater: mirum quantum gavisus sum cognitâ profectioe tuâ ad invisendos Christianos sparsim habitantes, quos tibi commendaveram: multò autem magis gaudeo, isthinc huc venientium sermonibus intelligens fructum ingentem qui ex tuâ istâ lustratione, Animarum & Ecclesiæ lucris accrescit. Expectabam hodiè aut cras manè à Prætore nuncium. Is si erit qualem spero, non differam adventum isthuc meum, deflectamque de viâ eo itinere, ut te ubicumque peregrinaris obiter conveniam. Cupio enim incredibiliter videre te, quantumvis in spiritu te semper intueor.

2. Joannes de Artiaga discessit à me, turbidis quibusdam ejus animum inquietantibus cogitationibus abreptus, à malo, quantum apparet, Spiritu suggestis. Sed hoc ipse nec agnoscit; nec viam init ejus notitiæ assequendæ. Aiebat, me relinquens, iturum se Combuture, ut istum populum erudiat. Addebatque spectare se viciniam tui in talis delectu loci parùm distantem.

Tom. I.

H

stan-

EPI-

stantis ab eo ubi tu degis. Sic fortè tunc voluit, sit ne perseveraturus in isto proposito, nescio: nosti enim quàm sit homo instabilis, & ad omnem auram mobilis; utcunque est, si te accesserit, haud putarim operæ pretium longis te cum eo colloquiis tempus absumere.

3. Scripsi Præfecto ut tibi subministret necessaria. Rogavi etiam Manuëlem à Cruce ut tibi pecuniam commodet quoties egebis, idque hic se libentissimè facturum, perofficiosè recepit. Cura diligenter tuam valetudinem, quando ea instrumentum tibi est ad tam insigniter Deo Domino Nostro serviendum. Matthæo dices: Velle omnino me ut tibi obsequatur, & diligenter in omnibus obtemperet. Adeoque sic habeat: ita demùm, quod sæpe promisi, futurum me illi vice Patris & Matris, si se tibi probaverit; alioqui nisi eum perfectè morigerum expertus testaberis, haud esse causam putabo cur eum magnoperè curare, & ejus prospicere utilitatibus tanti ducam. Te vicissim volo suppeditare ipsi liberaliter quibus ad vestitum indiget.

4. In istâ in quâ versaris concursatione Patrum sic velim te geras: quemcunque in locum adveneris, ejus loci viros cunctos unâ die coire unum in conventum jube; alio die universas simul fœminas: utrosque docebis quædamno suo ignorant, nec satis habeas, illo in coetu reddere ipsos memoriter Orationes quas ex usu Ecclesiæ Christiani omnes mente tenent: sed easdem ut in suis quique domibus, manè præ-

præsertim a  
& commemo  
dum salutar  
vulosque. I  
obvio, sic  
moletrinâ  
laudem esse  
aquam affu  
incitatur ac  
ster custodi

Val

MDXLIV.

Tuus

E

*Semper Ma  
singulis  
Patangan  
de Arte  
ad stata*

I. **C**aris  
sperem è  
ti me citò  
quâ te no  
tu quoque

præsertim ac vespere, iterent, cura præterea, & commenda diligenter. Babtizabis etiam nondum salutari lavacro tinctos, adultos juxtà parvulosque. In er quæ ne tibi placeas in fructu obvio, sic tecum reputa: si quid bonæ frugis moletrinâ elaboretur, totam ejus in solidum laudem esse Magni Molitoris & Domini, qui aquam affundit unde mola versatur, & tota incitatur ac viget machina. Deus Dominus Noster custodiâ te suâ regat, & auxilio adjuvet.

Vale. Manapare VI. Idus Apriles Anno MDXLIV.

Tuus amantissimus in Christo Frater

Franciscus.

EPISTOLA XXI.

Eidem.

*Semper Mansillæ memor ab eodem petit, ut de singulis se doceat. De Pula Travancoris, de Patiangatinis, ac de Præfecto mature monendo: de Arteaga, puero Matthæo, & de parvulorum ad statas horas frequentia.*

I. **C**arissime in Christo Frater: magno te-  
neor desiderio tui videndi, & est quod sperem è Dei benignitate, hujus compotem voti me citò futurum. Interim nulla mihi dies abit quâ te non videam in spiritu; nec dubito quin tu quoque isto modo me visas: itaut mutuo

continuè fruamur invicem conspectu. Te per quantum Deum amas, oro, scribe mihi de te, de Christianis omnibus, ut valetis, quid agitis, quo loco sint apud vos omnia. Volo autem distinctè ac minutim de singulis doceas. Expecto hîc Pulam à Travancore hac omninò hebdomade, nec puto aliter futurum; quoniam ipse mihi scripsit se intra id tempus affore. Quid quæris? viget mihi animus alacri de Dei bonitate fiduciâ, extitutum ex isto congressu quidpiam quod ad aliquod ejusdem Dei Domini Nostri obsequium pertineat: quidquid ejus rei erit, statim ex me scies, ut Deo Domino gratias agas. Scribo Patangatinis de Tabernaculo ex ramis frondentibus excitando. Mihi videbatur commodum congregari mulieres in Ecclesiam Sabbato mane, sicut fit Manapare; viros autem Dominicis diebus, tuo tamen arbitrio totum id permitto. Quando ut subvenias egestati cuiquam tuæ, voles ad Præfectum scribere, ne expectes ultimum articulum necessitatis, sed maturè præoccupata monere, ut si quo erit opus Præfecto spatio, ad rem tibi necessariam curandam, tu non excrucieris, per illam moram, penuriâ urgente.

2. De Joanne Artiagâ scire per te velim ubi sit, & an Deo inserviat; multum enim vereor ut perseveraturus in Dei obsequio sit, propter ejus inconstantiam quam nosti. Pater qui mecum est & ego benè valemus. Dic à me puero Matthæo, ut pergat bonus esse, ac voce contentâ in Catechismi scholâ reddat quæ tu eum docu-

docueris; a quando istum festivum, cùm. Scribi simul recitata ex ipsis eas in his & huius chartæ nec pio, cui primum mitti. Sit opto. Vale MDXLIV.

Tuus i

E

*De sua febr  
Pula Tra*

1. **C**arissimè die quarum me satis posse hisce diebus continuâ, est, nunc ipsam pensens ex f

docueris; atque hæc ipsa decorè pronunciet: quando isthuc veniam, feram ipsi munusculum festivum, quo, scio, accepto gaudebit plurimum. Scribe mihi ecquid pueri accurrant ad simul recitandas Orationes statis horis: & quot ex ipsis eas rectè memoriâ teneant. Velim te in his & hujusmodi particulatim explicandis nec chartæ nec verbis parcere. Literasque istas cupio, cui primùm occures huc venienti, committi. Sit Dominus Tecum, ut esse mecum eum opto. Vale. Livare ix. Kal. Majas Anno MDXLIV.

Tuus in Christo amantissimus Frater

*Franciscus.*

EPISTOLA XXII.

Francisco Mansillæ.

*De sua febre, de bonis a Mansilla nuntiis, de Pula Trawancoris, ac de Francisco Coellio.*

1. **C**arissime in Christo Frater. Hoc primo die Mensis Maji accepi literas à te, quarum me lectio quàm delectaverit, nunquam satis possem exprimere scribendo. Ægrotaveram hisce diebus quatuor aut quinque febre ardens continuâ, eo spatio temporis bis mihi secta vena est, nunc Dei beneficio melius valeo, quin ipsam penè memoriâ præteriti languoris præsens ex faustis de te nunciis lætitiâ delevit.

H 3

Ita-

Itaque spero, Deo juvante, iturum me ad te Punicalem hebdomadâ sequenti. Pulam Travancoris hodie aut cras manè omninò venturum credebamus. Cum isthuc advenero, quæ cum illo transegerimus, ex me audies. Faciat utinam Deus Dominus Noster ut inde aliquid existat quo ejus obsequium promoveamus. P. Franciscus Coëllius mittit ad vos duas umbellas. Propediem ut dixi acturus tecum coràm, quod his literis addam aliud non habeo, nisi consuetum votum; ut Deus Dominus Noster dignetur adesse nobis suâ gratiâ, cujus ope ipsi fideliter serviamus. Vale. Nare, Kal. Maji, Anno MDXLIV.

Tuus amantissimus in Christo Frater

Franciscus.

## EPISTOLA XXIII.

Eidem.

*Consolatio propter Deum dimittenda. Quid cum importunis agendum? Quid in summis occupationibus? De templi ædificatione, de perferenda capsula, mutuoque se videndi desiderio: postremò de constanti laborum patientia.*

I. **C**arissime in Christo Frater. Scit, quem nihil latet, Deus, quantò libentiùs aliquot tecum dies exigerem, quàm pari spatio Tutucurini detinerer. Sed quoniam hîc mihi neces-

necessaria ista  
controversiis  
se jurgiis co  
venit optat  
conspectus,  
speratur ad  
postponere l  
non ubi vell  
ctissima Vo  
gloriæ ratio

2. Etiam  
miseræ isti  
vel lapsu bi  
simam inter  
in quo totu  
ctant, com  
concoque, s  
tionibus se  
modans; sic  
supra facult  
prætermittat  
non potes, v  
mirum excus  
ipsorum cau  
tes optatum  
Domino N  
censeo, qu  
dem esse o  
cumstant,  
agas oggeru  
quantivis c  
Dei Damin

neces-



necessaria ista mora est componendis quibusdam controversiis quæ Gentem hanc periculosam inter se jurgiis committunt, Te pariter & me convenit optatam utrique consolationem mutui conspectus, ingenti quod ex istâ pacificatione speratur ad Divinum obsequium, operæpretio postponere libenter; & gaudere ibi nos esse, non ubi vellemus; verum ubi Dei Domini Sanctissima Voluntas, & regni ejus ac Majoris gloriæ rationes postulant.

2. Etiam atque etiam oro te, ne stomacheris miseræ isti Genti, quocunque illa vel errore, vel lapsu bilem irriter tuam. Scio esse molestissimam interpellationem avocantium à negotio in quo totus sis, ad sua, quæ una scilicet spectant, commoda. Sed & istas importunitates concoque, sereno perstans animo, & occupationibus se undique oggerentibus te placidè commodans; sic ut, quantum potes, efficias; quod supra facultatem præsentem est, æquâ mente prætermittas aut differas: interim quibus facto non potes, verbo ut satisfacias, curans; blandè nimirum excusando: haud te valere quantum velles ipsorum causâ; & quod plerumque non assequentes optatum, mulcet, spem pro re præbendo. Deo Domino Nostro multas gratias debes, & referas censeo, quod te ibi posuit, ubi, ne volenti quidem esse otioso liceat: adeo assiduè plurima circumstant, certatimque se in omnes horas quæ agas oggerunt: sed (quod jucundissimum laboris quantivis condimentum est) omnia talia quæ ad Dei Domini Nostri obsequium clarè pertineant.

3. ~~Mit~~to isthuc ad vos Petrum. Tu vicissim Antonium statim atque convaluerit, quod sex aut octo diebus futurum credebamus, fac ad nos destines. Dedi ad Manuëlem à Cruce Epistolam accuratè scriptam, quâ cum & rationibus & precibus, vehementer urgeo ad maturandam ædificationem Templi. Quæ prima navicula ex iis quas Tonos vocant, isthinc solvet ad nos, ei fac imponas huc perferendam meam capsulam. Expeditis quàm celerrimè licebit, negotiis quæ hîc sub manum sunt, avolabo ad te: plus enim quàm fortè autumas cupio esse agereque tecum per aliquot dies. Quæcunque vel rei vel consilii te inopia presserit, ejus me statim certio rem scripto fac, nec deesse Tabellarius potest, tam mûltis quotidie ultrò citròque commeanantibus. Porta istam Gentem & tolera infatigabili longanimitate patientiæ, retrahendo à malo, promovendo ad bonum quantum potes. Tum si quos expertus, clementiâ & beneficio ad officium non allicis, tempus oblatum tibi puta exercendi illius operis misericordiæ, quod in opportunâ castigatione merentium, nec nisi malo ad bonum adigi valentium, situm est. Deus te adjuvet, ut me quoque adjuvari ab eo cupio. Vale. Tutucurino pridie Idus Maii Anno MDXLIV.

Tuus in Christo amantissimus Frater

*Franciscus.*

EPI-

*De juven  
clesia, p  
pagis, &*

1. **C**ariss  
sp  
buture occ  
nuncii de  
Agi, ferri  
gis: abduc  
vernas pro  
me ac siti  
ipsâ nocte  
parensibus  
nobis. Cu  
preces off  
2. Com  
ibi Eccles  
pollicitus  
tum Fana  
buturem,  
dare te i  
quintâ. T  
volente,  
usque Al  
gulas cas  
reperies r

## EPISTOLA XXIV.

Eidem.

*De juvandis Comorinensibus, Combuturensi Ecclesia, pagisque lustrandis: tum de Carearum pagis, & Francisco Coellio.*

1. **C**arissime in Christo Frater. Sabbato vespere perveni Manaparem. Obiter Combuture occurrentes consternarunt me tristissimi nuncii de Christianis Promontorii Comorinensis. Agi, ferrique, captivos abripi miseros à Badagis: abductos plurimos, diffugisse reliquos in cavernas prominentium in mare rupium. Ibi fame ac siti confici. Illuc suppetias accurro, hac ipsâ nocte soluturus cum viginti Tonis Manaparensibus. Ora Deum pro infelicibus illis & nobis. Cura præsertim ut Pueri Deo pro nobis preces offerant.

2. Combuture mihi promiserunt loci incolæ se ibi Ecclesiam structuros; & Manuel de Limâ pollicitus est, se ad structuram adjuvandam centum Fanaos de suo collaturum. Confer te Combuturem, ut instes & præscribas modum isti Operi: dare te in istud iter poteris feriâ quartâ vel quintâ. Tum hebdomadâ sequente, ibis, Deo volente, visitatum Christianos qui à Punicali usque Alendalem sparsim per agros degunt, singulas casas lustrabis, baptizando quoscunque reperies nondum regeneratos primo illo Sacramento.

mento, docens omnes & monens quæ opus est. Peculiarem eamque acrem diligentiam velim adhibeas in parvulis ubique recens natis aquâ sacrâ lustrandis. Quibus cura incumbit docendi Pueros, eosque statis horis congregandi, an officio fungantur vide.

3. Manuêli à Cruce Combuture moranti commenda, ut plurimum invigilet duobus illis Christianorum Carearum Pagis, diligenter attendens primùm, ut subnascentes fortè discordiæ statim extinguantur maturâ reconciliatione gratiæ, deinde ne quis Pagodes sculpat, nemo potu Oracæ se inebriet. Omnes Dominicis congregentur ad preces recitandas, audiendumque Catechismum: Viri quidem manè; Mulieres vespere. Si erit isthic Franciscus Coëllius, dic illi, festinet venire, sic jubere me. Deus te suâ protectione custodiat. Vale. Manapare hâc feriâ secundâ XII. Kal. Julias Anno MDXLIV.

Jam persolvi huic Mauro, cui trado hanc Epistolam, quod illi promiseram, ut iret Careapataum.

Tuus in Christo amantissimus Frater

*Franciscus.*

EPI.

*De ratione  
erudiendi  
conservandi  
non expr*

1. **M**agnis  
gress, vica  
ceteris que  
paratim ac  
pariter rec  
que domi  
uspam diu  
identidem  
isthic essen  
facio, etsi  
cujusmodi  
nes habeat  
ego lingua  
Verum tan  
eam rem i  
modis cons  
facile oste  
jorem in r  
baptizare,

EPISTOLA XXV.

Eidem.

*De ratione oram Piscariam obeundi, lustrandi, erudiendi: de Neophytis juvandis, tuendis, conservandis; pecuniam ab invitis & egentibus non exprimendam.*

*Gratia & charitas D. N. &c.*

I. **M**agnopere à te quæso, frater carissime, istam ut oram continenter perages, vicatimque obeas, infantes baptizando, ceterosque erudiendo. Viros autem omnes separatim ac mulieres convenire, & Catechismam pariter recitare, idemque privatim suæ quemque domi factitare jubeas. Cavebis omnino, ne uspiam diutiùs commoreris; sed loca ista omnia identidem lustrabis, item ut ego faciebam, cum isthic essem, & nunc quoque hic, ubi sum, facio, etsi caream interprete: ex quo profectò cujusmodi vitam ducam, quos tandem sermones habeam, facile existimare potes cum nec ego linguam horum intelligam, nec ipsi meam. Verum tamen baptizo infantes; neque enim ad eam rem interpretem desidero: egentium commodis consulo, qui suas misérias, atque egestatem facile ostendunt sine interprete. Illud à te majorem in modum peto, quæsoque, ut infantes baptizare, pueros instituere non desistas. Nam

ut

EPI-

ut grandiores ac parentes cœlesti beatitudine excidant, eorum quidem certè liberi ac pueri fruuntur, qui priùs hujus lucis usuram, quàm baptismalem innocentiam amittent.

2. Simul ac primùm Neophyti à piscatione margaritarum domum reverterint, ægros, si qui erunt, invisēs, eisq̄ res curabis necessarias; & simul super eosdem pueri certas preces, tu verò Evangelia (quod me factitare vidisti, cùm istis in locis essem) recitabis. Ego ad Comorinum Promontorium contendo, eoque naviculas deduco xx. cibariis onustas, ut miseris illis subveniam Neophytis, qui Bagadarum acerrimorum Christiani nominis hostium terrore percussi, relictis vicis, in desertas insulas se abderunt; ibique in scopulis subire coguntur ardorem Solis, extremamque famem ac sitim. Quocirca etiam nonnulli ærumnis confecti pereunt, quorum casus mirum in modum meum pectus effodit. Oro te etiam atque etiam, DEUM pro nobis deprecari non desinas. Istius oræ Pantagatinis, ac Magistratibus eas litteras mitto, quibus eos hortor, ut miseros illos suis eleemosynis juvent. Tu velim efficias, ut ea pecunia non exprimatur ab invitis atque pauperibus; sed à volentibus ac pecuniosis conferatur, ut in stipe corroganda & voluntas spectetur erogantium, & facultas. Vale.

EPI-

*Festinanda  
rum inst  
prasertim*

1. **C**aris  
me  
gnetur ut  
cedere eti  
pendam. I  
quo loco  
omni stud  
cræ struct  
statim fier  
fecto insc  
Tabellario  
cordi tibi  
diligentissi  
ne quis re  
primum,  
mabus, pl  
rationis u  
adulti ne  
sinunt. M  
mam impe  
& proficia  
num cùm  
Magistrati

EPISTOLA XXVI.

Eidem.

*Festinanda ædis sacræ structura, curanda puerorum institutio; humanitas cum in omnes, tum præsertim in Adigares.*

1. **C**arissime in Christo Frater. Nuncio Tibi, me per Dei gratiam, benè valere: dignetur utinam qui mihi dat valetudinem, concedere etiam, ut eam in ipsius obsequium impendam. Fac in dies sciam quid isthic geratur: quo loco res tuæ sint, quid Christiani agant, omni studio incumbere ad festinandam Ædis Sacræ structuram. Cum ea perfecta fuerit, velim statim fieri certior. His adjunctas literas Præfecto inscriptas, cupio commendes valdè fido Tabellario. Oro etiam atque etiam, in primis cordi tibi sit institutio Puerorum. Illud verò diligentissimè cures, majorem in modum optone quis recens natorum non statim, aut quamprimum, à te baptizetur: ut his saltem animabus, plerisque migrantibus è corpusculis ante rationis usum, frequentetur Paradisus, in quem adulti nec malis propelli, nec bonis allici se sinunt. Manuèli à Cruce salutem à me plurimam imperti. Hortor Matthæum ut perseveret & proficiat in bono. Fac te comem & humanum cum isti Genti præbeas, tum præsertim Magistratibus eorum & Præfectis Pagorum, quos

quos Adigares vocant, Dominus Noster sit  
semper tecum. Vale. Virandapatanao x. Kal.  
Julias Anno MDXLIV.

Tuus in Christo amantissimus Frater

*Franciscus.*

EPISTOLA XXVII.

Eidem.

*Comorinenses liberâ divitum largitione sublevan-  
dos: de templo Combuturensi, ac de universo  
rerum statu doceri rogat: suas narrat ærumnas.*

1. **C**arissime in Christo Frater. Feriâ tertiâ  
redux perveni Manaparem, novit Deus  
Dominus Noster quantum hoc itinere laborum  
exhauserim. Profectus cum viginti Tonis con-  
solatum Christianos dispersos à Badagis, quos  
in speluncis scopulorum prætextentium oram  
Comorinensem fame ac siti miserè perire co-  
gnoveram, ventis ex adverso vehementissimis  
flantibus, nec remò, nec remulco eluctari un-  
das, aut ullâ unquam vi appellere vel unam  
naviculam ad Promontorium potui. Si se isti  
venti remiserint, iterum illuc me conferam, ut  
quod potero subsidium extremæ infelicitum illo-  
rum inopiæ afferam; nam quis tam ferreus ces-  
sare posset à summo conatu sublevandæ, haud  
scio an non omnium quæ usquam sunt <sup>miserabilis-</sup>

bilissimæ  
Christum  
rum Mana  
fecti, omni  
buturis, Pu  
juvandis el  
tant: adm  
exigant; s  
bent, oren  
in opus ta  
vi, tamen  
male metu  
vexandi: t  
solent, pr  
velim invi  
tim, quod  
cipiatur, r  
gentur tan  
lum volue  
necessarium  
curæ, nan  
cturos qui  
in Deo es

2. Quo  
pli Combu  
cuncta dis  
tum Fana  
meraverit  
cognoscere  
ac lustrat  
Christiano  
quos per



bilissimæ calamitatis illius afflictissimi populi Christum nobiscum colentis. Multi quotidie eorum Manaparem confugiunt, nudi, fame confecti, omnium egeni. Scribo Patangatinis Combaturis, Punicalis, & Tutucurini, ut aliquas eis juvandas eleemosynas corrogent, & ad nos mittant: admonens tamen, ne quid à Pauperibus exigant; sed navarchos, & similes qui rem habent, orent ut sponte quod possunt conferant in opus tam pium. Hoc quanquam ita mandavi, tamen quia Patangatinorum Genium novi, male metuo ne prætextum inde sumant inopes vexandi: tum in cæteris toto negotio lævè, ut solent, præposterèque defungantur: quare te velim invigilare ut cuncta rectè fiant, præsertim, quod dixi, ne à Pauperibus quidquam accipiatur, nève divites cogantur dare, sed rogentur tantùm, ut liberè quantum aut quantum voluerint largiantur. Venire te cupio, & necessarium censeo, in partem magnam ejus curæ, nam Patangatinos pro bono & æquo facturos quidquam, vix sperem: mea tota fiducia in Deo est.

2. Quo loco sit negotium ædificationis Templi Combaturensis, libenter ex te sciam. Scribe cuncta distinctè, & an Manuël de Limâ centum Fanaos, quos in id promiserat, jam numeraverit. Cuperem iisdem literis fusè ac plenè cognoscere successum concursationis per Pagos, ac lustrationis Villarum, tuæ; quales ubique Christianos repereris, quales reliqueris: ecquid, quos per illa loca præfecimus erudiendis Parvulis,

lis, benè ubique suo munere fungantur. Ego quidem summâ fide promissas iis mercedes statis pensionibus persolvi, nec videre possum, ii quid absente me faciant: quare de hoc percupio literis tuis accuratis, nec brevibus, doceri; simul de te ipso, ut valeas, de loco ubi degis, quid ibi geratur, quo tenore procedat religionis negotium. Octiduum in mari fuimus, & nosti expertus, quàm incommoda vectura Tonorum sit; ventis præsertim validissimis reflantibus, quales hi fuerunt, quos nec extremâ contentione artis ac virium valuimus perrumpere. Deus Dominus Noster te continuè protegat. Vale. Manapare pridie Kal. Julias Anno MDXLIV.

Tuus in Christo amantissimus Frater

*Franciscus.*

## EPISTOLA XXVIII.

Eidem.

*Mansillæ diligentia, Comorinensium miseriæ, sua in Punicalem profectio, Caellum vetus, aliaque pauca.*

1. **C**arissime in Christo Frater. Deus Dominus Noster dignetur invigilare semper in custodiam tui; & firmam tibi valetudinem viresque multas præbeat, quas impendas universas in ejus obsequium. Plurimum me delecta-

ctarunt tu  
que in his  
tiæ ingen  
comparan  
Badegarun  
primantur

2. Profe  
montorium  
nos qui s  
Badegarun  
tus exang  
foeda hîc  
ex vulner  
tium anim  
inedia def  
nuspian p  
cum eas  
universis  
si tu (qu  
neres, tra  
cabili mis  
vi deport  
est nume  
curandus  
num Nos  
misericord  
state con

3. Sper  
feriâ: ne  
diâ istius  
gas in s  
Fernandi  
Tom. I.

ctarunt tuæ literæ, quas novissimè accepi; utique in his extantibus manifestis indiciis diligentia ingentis, quâ elaborasti in præmuniendo comparandoque isto populo adversus incursiones Badegarum: ne ab iis improvisò deprehensi opprimantur.

2. Profectus itinere terrestri perveni ad Promontorium, ut inviserem miseros illos Christianos qui superfuerunt latrocinio & crudelitati Badegarum, nusquam miserius spectaculum, vultus exangues & fame luridi; strages per agros fœda hîc cadaverum insepultorum, hîc ægrorum ex vulneribus aut morbis prorsùs incuratis agentium animam. Senes decrepiti, viribus ætate ac inedia defectis, frustrâ molientes gressum, non nuspiam parturientes in viâ publicâ, viris circum eas nequidquam satagentibus, in extremâ universis communi rerum omnium inopiâ. Hæc si tu (quod mihi contigit) subjecta oculis cerneret, transfigerent (scio) cor tuum immedicabili miserationis telo. Omnes pauperes curavi deportandos Manaparem, ubi maximus jam est numerus ejus afflictissimæ Gentis, nobis curandus prout potuerimus. Ora Deum Dominum Nostrum, ut tangat corda divitum aliquâ misericordiâ tot infelicissimorum, ultimâ egestate contabescentium.

3. Spero me profecturum Punicalem quartâ feriâ: ne remittas, quæso te, vigiliam in custodiâ istius populi, quoad planè constiterit Badegas in suas terras recessisse. Dices Antonio Fernandi cognomento Crasso, & istis Patangatinis

tinis Caëlli veteris, disertè vetare me, ne Caëllum vetus novâ Coloniâ frequentatum eant, & à me interminare, si secus facere attentaverint; magnâ id pœnâ luituros. Manuëli à Cruce, ac præterea Matthæo, cum curâ significabis, me ipsis summo affectu omnia prospera optare. Dominus Noster sit tecum, & nos corroboret suâ gratiâ, ut ei toto nisu serviamus. Vale. Manapare Kal. Augusti Anno MDXLIV.

Tuus Frater in Christo

*Franciscus.*

### EPISTOLA XXIX.

Eidem.

*Captivitatis Mansillæ, & irruptionis Badegarum periculum. Miserorum præsidium commendat; utendum metu, optimo orandi magistro. Chartam petit, literasque de rebus omnibus: iterum de periclitantibus.*

1. **C**arissime in Christo Frater. Deus sit semper tecum: ut varia tuæ literæ nuntiarent, ita earum lectione sum variè affectus: delectavit me plurimùm illa earum pars, quâ memoras, ingenti te animi fructu nuperâ istius regionis Villarum ac pagorum lustratione perfunctum: contra perculit me & sævâ specie turbavit mentio ipsa captivitatis tuæ, cujus es-

se

se te in  
deo. Ea s  
tis ullam  
brevi spera  
videlicet e  
criminum.  
gloriam ej  
Domini.

2. In ist  
unum mis  
pedirent,  
hæc litora  
solvere po  
ris latroni  
ptionem n  
mari ad l  
tam Oran  
docuit P  
Christianis  
ad eum e  
gi Travan  
rogabam,  
Regem (C  
ret cum n  
seriò pro  
Christiano  
ctas, inte  
Prætorem  
rogabam,  
stianos,  
est, mult  
habens. V

se te in periculo præsentis, & scribis, & video. Ea si contingeret, non prius partem quietis ullam caperem, quàm Te, quod futurum brevi sperarem, Deus redderet nobis: nec ipsis videlicet expertibus similium laborum atque discriminum. Cedant utinam omnia in laudem & gloriam ejusdem Dei Nostri Optimi ac Maximi Domini.

2. In istas ego partes Sacerdotem è nostris unum misi, qui pagatim ediceret, ut naves expedirent, marique imponerent, per cuncta isthæc litora, quò videlicet conscendere omnes & solvere possent, antequam opprimerentur à feris latronibus, quorum proximam isthuc irruptionem non temerè auguror, certior factus armari ad hoc eos & manum cogere, quâ totam Oram usque ad mare latè vastent. Id me docuit Primarius quidam Canacar benevolus Christianis terram istam incolentibus. Miseram ad eum ego certum hominem cum Epistolâ Regi Travancoris inscriptâ, quam ut ipse redderet rogabam, simulque pro eâ quâ valet apud eum Regem (cui est in intimis) gratiâ, conjungeret cum meis suas preces, ad impetrandum ut seriò prohiberetur Badegis, ne miseros istos Christianos infestarent, nam eorum, ut sibi factas, interpretaturum & ulturum injurias Indiæ Prætorem. Erat cur sperarem facturum quod rogabam, nam & mihi amicus, & erga Christianos, uti dixi, benè affectus ille Canacar est, multos ex iis sibi cognatos & propinquos habens. Venit is ad me non officii solùm, sed

etiam auxilii gratiâ, prolixè offerens quidquid posset. Ad hunc ergò cum scripsissem, ut si Badegarum effrænium hominum impediri Regis autoritate latrocinia nequirent, daret saltem operam, ut ego admonerer in tempore de mox futurâ per ipsos Oræ direptione, quò maturè curarem, ut Christiani subductis in altum impositi navibus, terrestris vastationis cædes ac spoliationes fugâ præverterent. Id modò ille cum fide præstitit.

3. Dedi etiam ad Præfectum literas, orans ut navigium majus, quod vocant Caturem, armatum præsidio naviculis istorum inermibus mitteret. Tu etiam atque etiam ingemiñans injunge Oræ incolis, præsertim remotioribus à mari, ut speculatores fidos & vigiles idoneis locis statuunt, qui explorata in horas nuncient, ne quâ nocturnâ equitatûs incursione opprimantur, antequam conscendere paratas naves, & terrâ in tutum queant evehi. Sed cum hæc instantissimè commendaveris, parùm ipsis fidas censeo. Novi ego socordiam & tenacitatem ignavissimam istorum, quos duorum fanorum sumptum in tam necessarios vigiles facere pigeat. Tu ipse per te ac tibi fidos vigila, & cura; jam nunc deductis in mare cymbis mulieres & parvulos imponi urgens; utêris etiam occasione tristis temporis ad tantò instantiùs exigendum, maximè ab imbelli sexu & ætate, ut ad Deum recitandis Orationibus recurrant. Magister orandi optimus metus est: præcipuè cum, ut istis nunc, non aliunde quàm à Deo spes auxilii affulget.

4. De-

4. Deest  
posueram  
copiam; ex  
usum per  
lim. Per e  
doceant, e  
quid jam  
tenues cop  
sint, cum  
ractus, c  
Antonium  
dicunt, me  
colit mecu  
vult, totu  
plebis, aut  
consulens,  
cum præsi  
quam & s  
nibus avid  
cendi sper  
nihil expe  
Iterùm &  
noctes ster  
locis per  
est, pleni  
opportunu  
una certa  
pare III

Tui

4. Deest hîc mihi ad scribendum Charta. Reposueram apud vos in capsâ quandam ejus rei copiam; ex eâ quantum est opus ad præsentem usum per certum hominem curriculò mittas velim. Per eundem tuas literas expecto, quæ me doceant, ecquid jam in aquâ naves stent, ecquid jam imposita iis domestica supellex & tenues copix periclitantium in terrâ familiarum sint, cum matribus ac prole. Si nondum id peractum, quàm strenuissimè in eo laboretur. Antonium Fernandem, quem Crassum vulgò dicunt, meo nomine adi & adjura per quam colit mecum amicitiam, ut quantum meâ causâ vult, totum conferat in salutem miseræ istius plebis, autoritate illi suâ, ut fugam expediant, consulens, ad eamque compellens, ut ad unicum præsidium vitæ, non libertatis. Vitæ inquam & sanguinis: nam ditiores fortè à latronibus avidis spe lytri ac redemptionis abducendi sperentur. Pauperes à quibus avaritia nihil expectet, crudelitas trucidabit scilicet. Iterùm & super omnia inculco, effice ut per noctes stent quidam in speculis, multis passim locis per totam Oram, præsertim, ut nunc est, plenilunio nocturnis grassationibus lumen opportunum præferente. Suâ vos Deus, quæ una certa est, custodiâ defendat. Vale. Manare III. Nonas Augusti An. MDXLIV.

Tui amantissimus in Christo Frater

*Franciscus.*

EPI-

## EPISTOLA XXX.

Eidem.

*Tutucurinensium tumultus; miseros non destituen-  
dos. Barbaros ad pacem alliciendos, omniaque  
minutè perscribenda: de Christianorum clade.*

I. **C**arissime in Christo Frater. Iterùm in-  
culco tibi nactus novam occasionem,  
eadem quæ hoc ipso die manè scripsi; etiam  
atque etiam obsecrans, ut miserimam istam  
Gentem, in tantâ suâ calamitate, quantum omni  
conatu potes, subleves & consoleris: utque  
(quod in parte summæ à caritate tuâ gratiæ,  
pro urgenti desiderio, numeraverim) statim cum  
fide indices, quid verè Tutucurini actum sit.  
Malè metuo ne Tutucurinenses hi tumultus cla-  
dis aliquod auctarium in istos, aliunde plus sa-  
tis miseros, Christianos inferant. Tanta hîc con-  
sternatio est ex anxîâ formidine impendentium  
malorum, quantam nullis satis verbis possem  
exprimere. Nec probare unquam possem, nec  
cuiquam probandum sperem, deseri à nobis  
hos populos tam dubio & calamitoso suo tem-  
pore. Quare nolim Te ire cum Joanne Artia-  
gâ, quò invitât, nisi quando nullum isthic am-  
plius periculum erit à Badegis: de quibus simul  
aliquid certò compereris, fac, quæso, statim  
ut quidquid id fuerit per te resciam.

2. Ad hos alliciendos ad pacem, Rex Tra-  
van-

vancoris  
ciscens duc  
Quid effec  
duos hîc n  
proximo n  
dum de L  
in re sit:  
singillatim  
ponas: se  
tæ illine a  
molestissim  
teræ queur  
sitans, d  
occisis. V  
quoque m  
rimè, doc  
tuam prof  
diat prim  
nuerit Bac  
deatur, da  
Dominus  
napare xv

Hoc pu  
Guarimo,  
facit, Chr  
prius à Ba  
è Gentilib  
ciis obruin  
Tuus



vancoris Brachmanem destinat, qui eò profisciscens ducit secum Interpretem Præfecti nostri. Quid effecturi sint, in incerto est. Hos quidem duos hîc modò Manapare habemus in procinctu proximo navis scandendæ. Aveo mirum in modum de Lusitanis Tutucurinensibus audire quid in re sit : etiam atque etiam oro te : minutè ac singillatim cuncta perscribas, nec moram interponas : sed ut primum quidque didiceris, chartæ illine ac mitte. In æstu sum animi & curâ molestissimâ, quam unæ mihi tuæ istiusmodi literæ queunt eximere. Rumores feruntur de Lusitanis, de Christianis aliquot, vulneratis aut occisis. Verum id nec ne sit, & quid omninò, quoque modo, contingerit per te, idque celerimè, doceri majorem in modum opto. Circa tuam profectionem, vel constituemus quid expediat primo congressu nostro ; vel si prius detoenerit Badegarum hæc tempestas, quid mihi videatur, datis maturè literis ut scias, faciam. Dominus Noster sit semper tecum. Amen. Manapare xiv. Kal. Septembris Anno MDXLIV.

Hoc puncto temporis accipio Epistolam à Guarimo, quâ me, Carissime Frater, certiolem facit, Christianos fugisse in sylvam, spoliatos prius à Badegis, qui unum ex ipsis, alium item è Gentilibus, vulnerarunt. Malis undique nunciis obruimur. Laudetur semper Dominus Deus.

Tuus Frater in Christo amantissimus

*Franciscus.*

## EPISTOLA XXXI.

Eidem.

*De divina ultione, de Brachmane Tutucurinum  
perferendo; alia pressius.*

I. **C**arissime Frater, Deus sit semper tecum. Amen. Ex illâ Domini sententiâ; *qui non est mecum contra me est* potes intelligere quàm destituti amicis hîc simus, qui nos in hac gente ad Christum pertrahendâ juvent: non despondendus tamen est animus, nam Deus ad extremum juxtâ sua cuique merita repondet: & eidem ubi volet facile est, per paucos id ipsum efficere, ad quod requiri videbatur opera multorum. Ajo Tibi & confirmo: potiùs me istorum miseret qui contra Deum pugnant, quàm ut abundè jam hoc ipso infelicibus, mali auctarium ultionem imprecer. Quanquam, ut non accersamus, illa non deerit in tempore: nam quàm atroces suis Deus inimicis tandem pœnas infligat, videmus, quoties mentis oculos demittimus in fornacem inextinguibilem Tartari, tam multos æternùm sævituris ignibus urentem.

2. Proficiscitur ad vos ille Brachmanes de quo heri ad te scripsi, cum mandatis Regis ad Bagdegas: da efficacem operam, obsecro te, quòd navim isthic promptam inveniat, quâ tutò & citò perferatur Tutucurinum. Ibi porrò quid agatur, quidve actum sit, per quantum Deum  
amas,

amas, ad  
scribe: de  
Christianis  
ctissimè,  
lis. Joan  
vere jube  
dicito: n  
me illi b  
parare. I  
Amen. M  
MDXLIV  
Per  
nulla isth  
fecto, ut  
ac tracte

Tuus

E

*De Coelli  
mendat  
degis,*

I. **C**ari  
p  
Perjucun  
centes m

amas, adjuro Te, fusè, statim, & diligenter scribe: de Præfecto, inquam, de Lusitanis, de Christianis Tutucurinensibus, doce me distinctissimè, si magnâ me sollicitudine levatum velis. Joannem de Artiagâ multùm ex me salvere jube, uti & Manuëlem à Cruce. Matthæo dicit: ne putet se in cassum laborare: pius me illi bonorum quàm expectet aut cupiat, parare. Dominus Noster sit semper vobiscum. Amen. Manapare XIII. Kal. Septembris Anno MDXLIV.

Per Deum te obtestor, cura ut Brachmani nulla isthic mora navigandi sit. Age cum Præfecto, ut eum verbis saltem & vultu, excipiat ac tractet honorificè.

Tuus in Christo Frater amantissimus

*Franciscus.*

EPISTOLA XXXII.

Eidem.

*De Coellio Mansillæ substituendo: Arteagam commendat, suosque labores recenset: tum de Bagedis, & de sua in Talem profectioe.*

- I. **C**arissime in Christo Frater, Deus suo semper præstò sit vobis auxilio. Amen. Perjucundæ mihi fuerunt tuæ ultimæ literæ, docentes multa quæ & nosse avebam & juvabit di-

didicisse. Expecto dum nuncios securam jam planè à Badegis gentem & regionem istam, idque te indicare cum primùm verè poteris, cupio. Tunc enim citra periculum, & istorum quibuscum es querelam, licebit Te illuc transferre ubi, ut scis, luculenta rei ad Dei obsequium bene gerendæ spes & occasio invitat. Expediam eò Te, misso qui vice tuà isthic curet, Francisco Coëllio. Sic tu liber & cunctis boni consulentibus abscedens, ibis, quò ingens ad Dei gloriam operæpretium vocat, baptizatum Careapatanenses; & alia è Religionis usu administratum apud Careas Beadalæ, & apud Præfectum locis illis, quem Mudaliarem vulgò nuncupant: nam Præfectus Negapatans plurimùm autoritate ac gratiâ valet apud Regem Jafanapatensem, cujus imperio subsunt illæ insulæ Manaris, & talis est ut sperari ab eo possit, libenter fauturum ipsis apud Regem. Statim igitur atque isti populi quibuscum vivis, in plenâ tranquillitate fuerint, prorsùs soluti metu Badegarum, expedias ad me velim Tabellarium qui hoc ipsum indicet, ut sine morâ mittam ad Te Franciscum Coëllium cum pecuniâ, literis ad quos est opus, & mandatis quæ te scriptò edoceant, quid & quatenus, quove modo, agendi causâ Te Manarem destinem.

2. Impensè Tibi commendo Fratrem nostrum Joannem de Artiagâ: scribe ad me quibus rebus egeat, ut provideam prout par est. Hîc solus penè sum ex quo Antonius æger Manapare remansit, & quod perincommodum est, in medio  
Po-

populi lin  
pretis. In  
Rodericus  
aderat, q  
ipse scis;  
vitam de  
cionem q  
pulo decl  
me intell  
quidem s  
agam, na  
tos, aut i  
Interprete  
luridos in  
ipso & sp  
sce præci  
ita exerce  
si. Badeg  
Cabecater  
securus re  
santur, a  
nec absis  
autoritate  
laboratur  
venerit. I  
Amen. I  
MDXLIV  
Hac  
nos, quos  
riorum in  
Tuus

populi linguæ ignotæ destitutus auxilio interpretis. Interpretum siquidem loco mihi sunt Rodericus qui nunc adest, & Antonius quando aderat, quàm periti uterque nostræ linguæ tute ipse scis; & ex eo intelliges quam hoc loco vitam degam, quos sermones habere ad concionem queam, ubi qui dicta scilicet mea populo declarent, nec intelliguntur à me, nec me intelligunt; unis ergò nutibus disertus hîc quidem sim oportet: non deest tamen quod agam, nam ad baptizandos puerulos modo natos, aut infantes ad id oblatos à parentibus, Interprete non egeo: quos nudos, quos fame luridos intueor, ii quid à me velint occursum ipso & specie satis per se produnt: duobus hisce præcipuis generibus utilissimorum operum ita exerceor, ut non pœniteat temporis impensum. Badegæ qui hanc oram infestabant, omnes Cabecatem profecti liberos nos & in præsens securos reliquerunt: qui per mediterranea grassantur, adhuc illic omni crudelitate sæviunt; nec absistent à rapinis & maleficâ vi, quoad auctoritate Regis Travancoris, (in quo ut dixi laboratur) de pace cum ipsis aut induciis convenierit. Dominus Noster sit semper vobiscum. Amen. Punicale XII. Kal. Septembris An. MDXLIV.

Hac nocte solvo Talem versùs, solatum egenos, quos magno illic numero summâ necessariorum inopiâ premi audio.

Tuus in Christo amantissimus Frater

*Franciscus.*  
EPI-

## EPISTOLA XXXIII.

Eidem.

*Princeps Tales Christianos tuetur, eiusque Legatus commendatur. De famulo Regis Travancoris a Lusitanis capto; de Praefecto ab offensione illius Regis absterrendo. Literas hac de re petit accuratè scriptas, sed cautè.*

I. **C**arissime in Christo Frater. Princeps qui Tale degit, cognatus Regis Travancoris, tam amicus nobis est, ut ubi primùm audivit Adigarum injurias in Christianos istarum partium, statim isthuc vice suâ miserit unum è suis familiaribus cum literis ad Adigares, quibus eis præcipit, ut annonam & cætera necessaria exportari liberè in eas insulas è Continente sinerent, omnique alio quo foret opus benevolorum officiorum genere Christianis isthic viventibus faverent. Mandavit eidem, ut ex Christianis resciscat Adegarum nomina, eaque tum mihi communicet, tum ipsi rediens perscripta referat, ut si ei occasio inciderit adeundi Regis, edere ipsi nominatim queat quinam ii sint qui potestate autorati Adigarum, vi Magistratûs ejusad Christianos vexandos sint abusi: quò eos Rex videlicet, pro suo in nos favore, coërceat in posterum.

2. Agere Te cum Patangatinis velim, ut istum à Principe in auxilium Christianorum mis-

sum

sum omni  
tereaque  
laboris ca  
bitam gra  
nec popul  
mus, nec  
que deriva  
saltationib  
laritatibus  
que tamen  
teris ad e  
munusculis  
posito sibi  
xandis dei  
gno istoru  
è contrar  
præstanda  
mani com  
nevolis ex

3. Magn  
quidum ex  
celebratiss  
à quodam  
vancoris  
non ignor  
aut ex v  
aucta sint  
ctum id fi  
pro se rap  
prætextum  
nuper de  
fusiùs. Eò

sum omni significatione honoris excipiant, prætereaque remunerent hominem, itinerisque ac laboris causâ ipsorum suscepti mercedem ei debitam gratè rependant, quando id nec ego, nec populus, propter egestatem facere possumus, nec eos pigeat partem in id utiliter pièque derivare pecuniæ publicæ, quam plerumque saltationibus, conviviis, cæterisque id genus hilaritatibus prophanis noxiè impendunt. Tu quoque tamen ex paupertate tuâ confer quod poteris ad eum demerendum, quò delinitus à te munusculis, alacriùs & efficaciùs fungatur imposito sibi mandato deterrendi Adigares à vendendis deinceps Christianis, prout hactenus magno istorum damno fecerunt: quin & eosdem è contrario adigendi ad cuncta ipsis officia præstanda quæ in quotidianis occasionibus humani commercii usûsque mutui à bonis & benevolis expectari vicinis solent.

3. Magnoperè aveo scire ex te, quid ad liquidum exploratum habeatur de re sermonibus celebratissimâ. Passim enim increbuit, raptum à quodam Lusitano fuisse famulum Regis Travancoris & vinctum perductum Tutucurinum: non ignoro multa ferri rumore populari, quæ aut ex vano hausta, aut in majus invidiosè aucta sint. Tu doce, primùm, an revera factum id fuerit, tum si res teneatur, quid juris pro se raptor alleget: quam occasionem aut prætextum id tentandi habuerit. Scripsi ad Te nuper de hoc eventu, famâque de illo sparsâ, fusiùs. Eò mihi necessarium est magis perspectum

ctum habere quid in re sit, quòd ex eâ notitiâ pendet deliberatio profectionis ad Regem nostræ. Si enim id facinus & verè admissum, & omninò tale est quale narratur, melius arbitrator supersedere, nec offerre isti Aulæ os nostrum tam exprobrabilis ausûs conscientiâ invisum: quem enim latet quàm ubique per illud Regnum, ac præsertim in Domo Principis, odiosum haberi necesse sit, non esse veritum externum hominem inferre violentas manus in familiarem magni Regis in loco ditionis ejus; maximè cum longè aliter ipse Rex se nobiscum gerat. Excepit is nuper mirificâ comitate P. Franciscum Coëllium, concessitque ipsi prolixè quidquid petiit in commodum Christianorum istorum; quin adeo se propensum commendatione Patris in horum favorem præbuit, ut quòd eis honorificentius consuleret, quatuor Manaparenses ex ipsorum numero ultrò Patangatinos creaverit, idque gratis & sine ullo populi sumptu: nam quod Pularum tempore pecuniæ quidpiam exigi eo nomine solebat, nominatim vetuit ne fieret. Similiterque in aliis locis Patangatinos tres sine ullâ popularium expensâ constituit, cuncta ista decernere se in Patris quem, ut dixi, adierat Coëllii gratiam benevolentissimè testatus.

4. Per quantum Deum amas obtestor Te, significa Præfecto accuratissimis, meo etiam nomine scriptis literis, orare me illum etiam atque etiam, ut si quid meâ causâ vult, & ipse abstineat in hunc totum Septembrem mens-

sem

sem ab off  
Regis mag  
norum pat  
junâ grass  
potes, exp  
jectam ger  
pitiam in  
& Christia  
det hoc P  
ad ab illo  
benè merit  
quid spect  
rum in hu  
utique scie  
causis, int  
nem ad R  
novâ quer  
scilicet mo

5. Quam  
constitui a  
vulgato ra  
fensionis p  
flagito; ha  
ram facia  
Cocinum v  
expedire c  
scribi man  
ni videlicet  
te habere  
præsens pr  
se fortè al  
aut etiam



sem ab offendendis aut quoquomodo violandis Regis magni subditis, nec quemquam Lusitanorum patiatur ullâ in eos per id tempus injuriam grassari. Allega ad hoc illi, quod verè potes, experiri nos illam Regi Travancoris subjectam gentem præ cæteris exorabilem & propitiam in omnibus quæ ad causam Religionis & Christianorum commoda pertinent. Si credet hoc Præfectus, dubitare non debeo, quin ad ab illo impetrandum ne malè faciat tam benè meritis, efficacissima hæc futura ratio sit: quid spectem in hac velut quarundam induciarum in hunc mensem pactione non te fallit, utique scientem, cogitare me magnis Religionis causis, intra istud temporis spatium profectionem ad Regem, ad quem obstrui mihi aditum novâ querelarum de nostris materiâ, ferrem scilicet molestissimè.

5. Quamquam, ut indicabam, nondum planè constitui an iturus illuc sim, expectans de divulgato raptu domestici Regis quid allegari defensionis plausibilis queat: de quo tuas literas flagito; hæc si quæ velim nuncient, nullam moram faciam iter istud capessendi, solvendo Cocinum versùs; literas porrò istas sine quibus expedire consilium profectionis nequeo, nolim scribi manu tuâ tuove autorari nomine. Memini videlicet significasse te mihi, quædam de his te habere quæ declarare nisi voce coràm, & præsens præsentem nequeas. Facile suspicor subesse fortè aliquid de Præfecto ipso ac Lusitanis, aut etiam de Christianis Indigenis, quod ut

expe-

expediat mihi notum esse, quò mederi malo possim, ita non committi debere literis, quæ casu quodam interceptæ exosum te iis quibuscum versaris facerent. Probo cautionem, & nihilominus, quia nec inter nos visendi facultas nunc quidem est; nec carere possum hoc rerum articulo mearum, notitiâ istiusmodi, planè volo de istis quæcumque sunt per te certior fieri, scriptis alienâ manu, nec tibi, si deprehendantur, ullo Chirographi aut nominis indicio imputabilibus chartis; quas ipsas per filissimum ad me Tabellarium transmittes: ubi sic omnia cognovero, statuam ecquid conveniat ire me ad Iniquitribirimum, & Cocinum. Jam nunc porrò certus sum, si facinus quo est Rex offensus, & manifestum, & tam turpe tamque inexcusabile sit quàm vulgò dicitur, me illuc neutiquam iturum. Dominus Noster suo nos semper auxilio & favore dignetur. Manapare  
Postridie Kal. Septembris Anno MDXLIV.

Tuus in Christo amantissimus Frater

*Franciscus.*

### EPISTOLA XXXIV.

Eidem.

*Rogat, ut Præfecto, adversario suo, omnes preperere succurrant.*

1. **C**arissime in Christo Frater. Tristissimum accipio nuntium de Præfecto; exustam ipsi navem, quidquid ædium in solo habuit pariter

riter incensa  
pem recess  
tremis ang  
suppetias,  
ptim coact  
sium tuoru  
annonâ cu  
cum isthuc  
moras ulti  
bo Patan  
omni ope  
fectum of  
quàm exp  
talem usu  
cujus illic  
tas mitti r  
portandæ  
nis ætatis  
perculit t

2. Irem  
gratum fo  
crederem:  
tiam, scri  
rum, ubi  
sine ingen  
si, scilicet  
mines sciu  
rim, præ  
scandalo  
ritandi ter  
sufficit int  
vitare con  
*Tem. I.*

riter incendio deletum, ipsum spoliatum & inopem recessisse in Insulas, ægréque illic in extremis angustiis spiritum trahere. Accurre illi suppetias, obsecro per caritatem Dei, & raptim coacto quàm maximo numero Punicàlensium tuorum, quantum isthïc navicularum est, annonâ cunctis, aquæ præsertim, impositâ, tecum isthuc trahe. Sed velocitate summâ, nam moras ultima viri necessitas non patitur. Scribo Patangatinis quàm efficacissimè, ut tibi omni ope præstò sint tam necessario erga Præfectum officio fungenti: congerant in Tonas quàm expedire plurimas poterunt, copias ad talem usum idoneas, aquæ maximè potabilis, cujus illic quanta sit penuria notum est: multas mitti naviculas ideò volo, ut sufficiant exportandæ in Continentem numerosissimæ omnis ætatis turbæ, quas idem qui Præfectum perculit turbo in illa inhospita saxa compulit.

2. Irem ego ipse, Te Punicale relicto, si gratum fore meum illuc adventum Præfecto crederem: nuper ille mihi renunciavit amicitiam, scriptis literis plenis atrocium querelarum, ubi legebatur inter alia: non posse illum sine ingenti scandalo memorare quæ à me ipsi, scilicet, illata sentiret mala. Deus & homines sciunt an ego illi malum ullum intulerim, præsertim tale quod commemorari sine scandalo nequeat. Sed mei purgandi, aut queritandi tempus hoc non est: quod nunc urget, sufficit intelligere, sic eum in me affectum, ut vitare congressum ejus causâ ipsius debeam, ne

*Tem. I.*

K

ogge-

oggerendo tali articulo rerum homini misero, conspectu capitis invisi, abundè magnas infelicis calamitates novâ molestiâ cumulem. Hic me præcipuè metus prohibet ab eo adeundo: quamquam nec alia quæ iter istud dissuadebant, desint. Tu, per Deum partes meas exple strenuitate sollicitissimâ.

3. Patangatinis Combuturis & Bembaris mando, ut cum omnibus statim quas utrobique repererint naviculis, aquâ & cibariis onustis, illuc ubi est Præfectus advolent. Tu, pro eo quantum gratificari Deo studes, omni conatu in rem incumbe, nec committas, ut aliquid tibi reliqui fecisse videaris ad extremam contentionem subveniendi in tempore Præfecto iis cladibus oppresso, quæ nostrarum misericordiæ & caritatis officia efflagitent diligentissima: veniunt in ejusdem curæ partem eâdem cum illo conflictati fortunâ Christiani plurimi, quorum præterea me respectus cogit hîc te denuò etiam atque etiam orare ne quidpiam prætermittas quo promptum & efficax urgentibus tot ærumnosorum malis accelerari remedium queat. Dominus Noster sit semper vobiscum. Amen. Alendale Nonis Septembris An. MDXLIV.

Tuus in Christo amantissimus Frater

*Franciscus.*

EPI-

*De Tutuc  
endis.*

1. **C**aris  
n  
præstò sit  
pro Christ  
rimo ipso  
consulat.  
Dominum  
adhibe dili  
primùm,  
illorum sin  
tionibus c  
confestim  
re ac Pur  
illam Gen  
sulis, par  
ac Trincha  
Te; ac n  
tarum cy  
le reperiet  
buturenses  
omnibus s

2. Ne c  
cundùm v  
Badegarum

## EPISTOLA XXXV.

Eidem.

*De Tutucurinensibus a Badegarum incursione tu-  
endis.*

1. **C**arissime in Christo Frater, Deus Domi-  
nus Noster suo semper Tibi auxilio  
præstò sit. Amen. Sum in magnâ solitudine  
pro Christianis Tutucurinensibus, quibus miser-  
rimo ipsorum tempore nemo est omnium qui  
consulat. Per ego Te quantum diligis Deum  
Dominum Nostrium, oro & obsecro; summam  
adhibe diligentiam ad rescindendum ex vero quam-  
primùm, mihiq; statim indica, quo loco res  
illorum sint. Ac si videris Divini obsequii ra-  
tionibus congruere profectionem illuc tuam, eò  
confestim advola cum quamplurimis è Combutu-  
re ac Punicali naviculis, quibus infelicissimam  
illam Gentem è sterilibus & desertis istis In-  
sulis, partim Combuturem, partim Punicalem  
ac Trinchandurem transportes. Expedi, quæso,  
Te; ac nullâ interpositâ morâ quidquid minu-  
tarum cymbarum, quas Tonas dicunt, Punicale  
reperietur, tecum illuc rape: misso ad Com-  
buturenses mandato, vos continuò sequendi cum  
omnibus suis Tonis.

2. Ne committas, per Deum obtestor, ut se-  
cundùm vota Beterbemalis Satrapæ latronum  
Badegarum, & ejus prædatorii equitatûs, affli-  
ctis-

ctissimæ illæ reliquiæ populi vi ac terrore ipsorum sedibus exturbati patriis, fame ac siti, Te in succurrendo cunctante, moriantur. Egregiam verò Præfecti vigiliam istius vestri, quem erat haud paulò magis consentaneum consulere Christianis ipsius curæ ac custodiæ commissis, quàm (quod maluisse visus est) gratificari Berberemali & sanguinariis equitibus qui cum eo volitant cæde atque incendio cuncta vastantes! Scribo ad Patangatinos Punicalis & Combuturis, mandans ut confestim cum Tonis, quotquot habent promptas, Te duce, suppetias accurrant Tutucurinensibus Christianis, cibi ac potionis defectu tabescentibus per arentes illas & victûs omnis egenas Insulas, unde illos statim exportent.

3. Quod jussi Te illuc ire, sic interpreteris licet: si necessariam ad negotiû effectum perfectionem putes tuam, Sin meis redditis ad Patangatinos literis, satis fervere ipsos & rem amplecti animadverteris, ut possis confidere strenuè per se quod opus est facturos, hære sanè in loco, ubi non ignoro quanta præsentis tuæ curæ te necessitas detineat. Sed comparandæ in Caritatis trutinâ, ac justis librandæ momentis sunt; hinc extrema Tutucurinensium destitutio, illinc utilitates istorum quibus navas operam; ut videlicet præponderet quod urgentius est; ac si non aliter, quàm Te illuc accurrente, tot infelicissimorum agentium jam animam, possit interitus præverti, eò cunctis omissis advoles: statue quid è re fuerit: totum judi-

judicii tu  
cura ut qu  
famelicos  
aquâ & al  
quibus sta  
ardor quea  
taliu om  
Noster sit  
primum p  
Matthæus  
erant cum  
tembris A

Tuus

F.

Nuntii de  
huic ma  
lii de B  
ge; huj  
quibus  
quem p  
Mansilla

I. Caris  
na  
quando in

judicii tui præsentis arbitrio permitto. Illud cura ut quæ, Te vel ducente vel mittente, ad famelicos siti etiam perditos remigant Tonæ, aquâ & alimentis idoneâ copiâ instructæ sint, quibus statim ac appulerint, levare esuries & ardor queat in siccis scopulis tabescentium mortalium omnis sexûs & ætatis. Deus Dominus Noster sit vobiscum. Amen. Doce me quamprimum poteris ecquid Manuel à Cruce & Matthæus, relevati à mœrore sint, in quo erant cum eos ultimùm vidi. Vale. Nonis Septembris An. MDXLIV.

Tuus in Christo amantissimus Frater.

*Franciscus.*

EPISTOLA XXXVI.

Eidem.

*Nuntii de Beterbemalo in Christianos concitato: huic malo propulsando Coellium destinat: Coellii de Badegis literæ ac de Travancoridis Rege; hujusque ad Xaverium Legati et literæ quibus se Christianis fautorem exhibet; ad quem propterea Xaverius properat. Interea Mansillæ miseros commendat, pueros in primis.*

I. **C**arissime in Christo Frater. Dignetur uti-  
nam nos Deus Sanctissimâ suâ Gratiâ:  
quando in istis terris nullo alio quàm ejus unius  
auxi-

auxilio nitimur. Eram ego Trinchandure in pro-  
cinctu proficiscendi Virindapatanaum, causâ vi-  
sitandorum Christianorum; prout feceram etiam  
Alendale & Pudicurimi, præter, de quo dixi,  
Trinchandurem: ubique reperi abundè quod age-  
rem, & unde intelligerem quàm necessariæ sint  
ejusmodi visitationes. Me igitur, ut dicere cæ-  
peram, accinctum ad iter stantem, admonent  
crebri ac trepidi undique nuntii, concitari ve-  
hementer, & tantum non ad arma consternari  
feram Badegarum Gentem: causa commotionis  
ferebatur, quòd Lusitani quendam arctâ de-  
vinctum affinitate Beterbemali duci latronum  
istorum, fratrem nimirum ejus conjugis, com-  
prehensum abducerent: quâ illi videlicet irritati  
contumeliâ, passim conjurarent ad extermi-  
nandum ex toto Comorini Promontorio Chri-  
stianum nomen universum.

2. His cognitis raptim scripsi ad P. Franci-  
scum Coëllium, ut eadem horâ quâ literas vi-  
derit, accurrat eò quòd Comorinenses Christiani  
confugerunt, ut miserrimam Gentem autorita-  
te, prout poterit, nostrâ protegat ab impen-  
dentibus hâc occasione ipsi gravissimis malis.  
Scio percrebuisse apud Badegas famam nonnul-  
lius meæ gratiæ apud Iniquitribirimum, quem  
suum Regem appellant, etsi ei nequaquam  
ad nutum obtemperant, imò quidam ex ipsis,  
quorum caput est Beterbemal, palàm obsequium  
exuerunt. Tamen quia in plerisque regii adhuc  
nominis aliqua superest reverentia, multùm,  
ut spero, poterit Coëllii, hominis à me missi,  
& vi-

& vices il-  
legendam  
Præsertim  
cuerant li-  
juriâ rapti  
sed cæteri  
appulso I  
gnato adv  
tur, apud  
let, multu  
datio, ut  
suo Rege

3. Acce  
Coëllii pa  
destinatos  
tuorve fan  
pervenisse  
quam Ma  
ad me fer  
cuncter ad  
gravissimi  
mecum &  
hil intersit  
sum intros  
hæc agere  
nunc eger  
Satrapas i  
pellatione  
gâ prospe  
ut meritò  
tibus Lus  
partes, &



& vices illic meas gerentis respectus, ad protegendam tali tempore afflictissimam plebem. Præsertim cum, quod ejusdem me Coëlli docuerant literæ, non Badegæ solùm rebelles injuriâ rapti leviri Beterbemalis commoverentur: sed cæteri quoque à quodam ad ipsos recens appulso Iniquitribirimi Regis Travancoris cognato adversùs Comorinenses concitari dicerentur, apud quem ne in Christianos sævire vellet, multum valitura videbatur nostra commendatio, utique hominum quos non ignoraret à suo Rege aliquo in numero ac pretio haberi.

3. Accedebat ad spem corroborandam, quod Coëlli pariter recentissimis literis compereram, destinatos ad me à Rege Travancoris tres quatuorve familiarium ipsius, quos ne jam ad me pervenissent, prohibuerat viæ lassitudo, ob quam Manapare substiterant. Hi Regis literas ad me ferunt, quibus orat: ne graver, neve cuncter ad ipsum accedere; esse enim sibi res gravissimi momenti quas communicari coram mecum & sua ipsius multùm, & nostra nonnihil intersit: quantum ex tanto intervallo possum introspicere, non temerè suspicari videor, hæc agere Regem, quòd favore Prætoris Indiæ nunc egere se plurimùm sentiat. Audimus enim Satrapas infensos ipsi, Pularum hîc celebri appellatione notissimos, invaluisse opibus, ac longâ prosperitate tantum coacervasse pecuniæ, ut meritò Rex metuat, ne largitionibus ingentibus Lusitanum Prætorem in suas attrahant partes, & auxiliaribus ab eo copiis jüventur.

4. Hæc notitia statûs Iniquitribirimi rerum facit ut plus fidei tribuam ejus, quas modò accipio, literis, sanè prolixè pollicentibus omnem à se favorem in Christianos; quos etiam invitât in suas terras, spondens securos & in plenâ tranquillitate victuros. His de causis illuc propero; atque adeo in noctem hanc proximam discessum hinc condixi meum, stimulante in id maximè curâ quâ uror intimè consulendi quamprimum miserimis Christianis, è Tutucurino & Bembare ejectis, ut iis stationem certam tutamque provideam in terris ditioni Regis magni subjectis. Id enim primum omnium & studiosissimè cum Iniquitribirimo conficiam, ut per eum assignetur certa regio indemni & tranquillæ commorationi miserimorum exulum istorum.

5. Te interim omni arte ac diligentia curare cupio, ut ex desertis istis Insulis, ubi rerum omnium inopiâ consumuntur, Combuturem ac Punicalem tantisper migrent, ibique hospitaliter habeantur, quoad eis, uti dixi, provideo. Memento ad me scribere copiosè ac minutim de rebus ac statu Christianorum omnium; præsertim Præfecti ac Lusitanorum, uti singuli se gerunt, & quàm prosperè agant. Cuperem etiam, si suffurari ad hoc tempus tuis urgentioribus occupationibus poteris, excurrere te isthinc ad visitandos Christianos qui Combuture degunt, tum in Orâ Piscariæ Careas & incolas pagi cujus Toparcha est Thomas de Motta: præterea illos qui sedes habent prope Patanaum. Gratissimum mihi esset posse tibi otium  
con-

contingere  
rè istiusmo  
nam mihi  
nunc quide  
ac censu a

6. Tu in  
cæteris ex  
quâ fide cu  
ut scis, p  
Horum ad  
tandum ce  
depositos a  
cum qui P  
pendes nu  
stris ac ca  
tum ego cu  
das ullâ in  
vel operan  
ad insigne  
rum, si cu  
ætatis inf  
exerceri.  
tradidi, ho  
nus & ma  
di: excipe  
quoad eg  
conducibil  
num, &  
illum Con  
Ædis sacra  
tonsorem  
hi occursu

contingere istos omnes adeundi, nam quantope-  
rè istiusmodi lustrationibus egeant, scio. Uti-  
nam mihi vacaret illuc modò proficisci: nihil  
nunc quidem libentiùs facerem quàm inspicere  
ac censu accurato lustrare loca illa cuncta.

6. Tu meis vicibus, quæso, fungere: & præ  
cæteris explora, quomodo ubique succedat &  
quâ fide curetur institutio puerorum. Præposui,  
ut scis, per singula loca Pædagogos scholis.  
Horum ad Minerval, quod promisi, repræsen-  
tandum centum Fanoës sumes ad hoc ipsum  
depositos apud Manuëlem à Cruce tuum ami-  
cum qui Punicale habitat. Eam pecuniam im-  
pendes numerandâ, ut dixi, mercede ludimagi-  
stris ac catechistis; ex singulis intelligens quan-  
tum ego cuique solvere consueverim. Cave cre-  
das ullâ in re meliùs collocari vel pecuniam  
vel operam, quin certum habe; plurimum te  
ad insigne Dei Domini Nostri obsequium actu-  
rum, si curaveris istam unicè necessariam rudis  
ætatis informationem, assiduè, ac diligenter  
exerceri. Is cui isthuc proficiscenti has literas  
tradidi, homo est, ut mihi videtur, valde bo-  
nus & magnis instinctus desideriis Deo servien-  
di: excipe illum humaniter & apud te habe,  
quoad ego ab Iniquitribirimo redierim, vel si  
conducibile id judicaveris ad obsequium Divi-  
num, & hoc ipsi placere videbitur, relinque  
illum Combuture, ut illic ad constructionem  
Ædis sacræ operam quam potest conferat. Audio  
tonsorem quendam isthinc discedere, facilè mi-  
hi occursurum quâ sum iturus Viâ. Per hunc

[... scri-

scribas velim copiosè de cunctis quæ aguntur. Sum enim in magnâ solitudine de rebus cùm Lusitanorum, tum Christianorum, quo isthic nunc loco sint. Dominus Noster det nobis in alterâ vitâ plus tranquillitatis & solatii, quam hîc experimur. Vale. Trinchandure VII. Idus Septembris An. MDXLIV.

Tuus in Christo amantissimus Frater

*Franciscus.*

EPISTOLA XXXVII.

Eidem.

*Coellius a Regis cognato benignè exceptus: curat Xaverius ut oram maritimam ante suum discesum pacatam relinquat.*

I. **C**arissime in Christo Frater: tantum me delectarunt tuæ literæ, quantum nunquam satis exprimere scribendo possem: leverunt enim me curâ quâ intimè urebar de Præfecto, deque aliis eadem procellâ Domo ejetis. Sit utinam Dominus Noster cum illis omnibus, sicut & esse ipsum mecum cupio. Tertîâ feriâ duabus horis ante lucem misi P. Franciscum Coëllium ad Principem Regis Travancoris cognatum, qui Tale diversatur, duabus à Manapare leucis. Exceptus est ab eo humanissimè. Causa mittendi fuit, spes isto modo pacan-

candi regio  
sam, ac p  
garum. Ve  
miseris pop  
sum, salten  
linquere. I  
ingenti fest  
magnum, a  
hi ratio leg  
Principe lit  
permittere  
ad victum  
meridiem,  
pedivi cert  
epistolâ ab  
rogo, ut s  
quod hacte  
menta Pun  
Christianos  
æquos se p  
si possum,  
tam relinqui  
quitribirima  
diturum eff  
præsidiis ac  
torum. Cra  
enim nunc  
bellarii fest  
scum Coëll  
literas qua  
me salutem  
thæo dices

candi regionem hanc inquietissimo metu suspensam, ac passim consternatam ob minas Badegarum. Vellem ante discessum hinc meum his miseris populis, si minùs plenam pacem possum, saltem quasdam ærumnarum inducias relinquere. Dixit Princeps Coëllio, Beterbemalem ingenti festinatione mari tendere contra Regem magnum, animo cum eo configendi. Alia mihi ratio legandi Coëllii fuit, ut impetrarem à Principe literas ad Adigares; quibus jubeantur permittere exportationem oryzæ, & aliorum ad victum utilium. Eadem feriâ tertiâ post meridiem, accepi literas tuas; & continuò expeditivi certum hominem ad P. Coëllium cum epistolâ ab eo reddendâ Principi, quâ illum rogo, ut scribat Adigaribus istius regionis, ne, quod hactenus fecerunt, obstant quo minùs alimenta Punicalem importentur: prætereaque ne Christianos infestare pergant; sed eis potiùs æquos se præbeant: nihil non moveo quò hanc, si possum, maritimam Oram aliquatenus quietam relinquam, ante meum hinc discessum Iniquitribirum versùs. Spero autem me inde redditurum efficacioribus armatum autoritatis regie præsiidiis ad resistendum iniquitati Adigarum istorum. Cras manè scribam ad Præfectum, non enim nunc scribendi otium concedit hujus Tabellarii festinatio. Expecto hac nocte Franciscum Coëllium. Postridie manè fusiores ad te literas quam hæ sunt destino: nunc multam à me salutem nunciabis Paulo Vazio, & Matthæo dices: scribere me isthuc ad Manuëlem

Cru-

Crucium, ut illi numeret duodecim fanoës, quos à me petiit pro suo Patre, & Sorore, quam habet, paupere. Afferet materiam copiosioris, quam promisi, Epistolæ Franciscus Coëlius. Conjungat nos utinam Dominus Noster in suo regno. Amen. Manapare iv. Idus Septembris An. MDXLIV.

Tuus in Christo amantissimus Frater

*Franciscus.*

EPISTOLA XXXVIII.

Eidem.

*Quærit de miseris, quos tueri desiderat; puerorumque pro se preces requirit.*

I. **C**arissime in Christo Frater. Antonius æger decumbit, nec nos potest juvare. Mitte statim ad me Manaparem, Antonium Paravam, qui nobis ministret in quotidiano victu. Scribe, amabo te, rectene an secus agatur cum istâ nuper afflictissimâ plebe. Sollicitudo quam de iis circumfero, me acquiescere non patitur. Ejus unicum est solatium, doceri subinde quo loco res illorum sint. Cum primùm ad Regem Travancoris pervenero, ejus expediri diplomata curabo, & statim ad vos mittam, quibus Adigares ubique locorum jubeantur benignè tractare Christianos. Ora Deum pro me:  
& dic

& dic pue  
commendat  
bo schedul  
bi fanoës r  
rorum. Ea  
Noster suo  
Amen. T  
MDXLIV.

Tuus i

E P

*Caritatem i  
giè suader*

I. **S**umm  
caris  
sertim vero  
benevolent  
vulgarem,  
amari velis  
ris, fore u  
libitum eri  
firmitatemo  
que illud t  
les nunc si  
do futuros  
ris ab eis  
quod idem

& dic pueris, ut in suis Orationibus Deo me commendare meminerint. Manuëli Crucio inscribo schedulam collybisticam, cujus vi centum tibi fanoës numeret in sumptum institutionis puerorum. Eam cum his ad te mitto. Dominus Noster suo vobis auxilio & favore semper adsit. Amen. Tutucurino XII. Kal. Octobris An. MDXLIV.

Tuus in Christo amantissimus Frater  
*Franciscus.*

EPISTOLA XXXIX.

Eidem.

*Caritatem in omnes, et laborum patientiam egregiè suadet: Travancoridem et Aethiopiam cogitat.*

I. Summopere te oro atque obsecro, Frater carissime, ut erga istam nationem (præsertim verò adversus adultos, & grandes natu) benevolentiam & caritatem præ te feras non vulgarem, tæque vicissim diligi ab omnibus & amari velis. Sic enim habeto si ab eis diligaris, fore ut istorum animos flectas, quocumque libitum erit. Itaque eorum imbecillitatem infirmitatèque moderatè ac sapienter feres, atque illud tecum animo reputabis; si minùs tales nunc sint, quales esse velis, certè aliquando futuros. Quod si quicquid velles, nequiveris ab eis impetrare; accipies, quod datur; quod idem me facere solitum non ignoras. Hoc autem

autem erga illos animo eris, ut talem eis te præbeas, qualem bonus pater improbis filiis; ut numquam eis consulere desinas, quamvis cernas multis eos vitiis coopertos. Siquidem DEUS ipse, etsi ab illis & à nobis sæpe læsus, non desistit tamen suis omnes beneficiis cumulare; cùmque perdere nos suo jure posset, tamen pro sua clementia in nostris delictis sæpius connivet, in difficultatibus subvenit, *ut vincat in bono malum*. Tu igitur, si non poteris, quod velles, velis, quod poteris; quandoquidem per te non stat, quo minùs quantum velles, proficiatur. Quòd si quando videbis, te ita multis distineri negotiis, ut par esse nequeas universis; quantum efficere poteris, tantum efficies, eoque contentus eris: atque etiam DEO gratias ages hoc ipso nomine, quòd in ea te deduxit loca, ubi scilicet propter divinatorum negotiorum multitudinem, otiosus ut maximè velis, esse non possis: quòd in magnis utique DEI beneficiis numerandum est. Finge te esse in Purgatorio, tuorum delictorum luentem pœnas: feliciter planè tecum actum putabis, cui DEUS purgatorii ignis cruciatum cum istius vitæ molestiis commutarit. Quòd si fortè propter hominum improbitatem lenitas minùs proficiet, adhibe interdum aliquid severitatis: misericordiæ enim est, reprehendere errantes: sic enim habeto, magnum peccatum esse, peccantes, cum aliorum præsertim offensione, non castigare.

2. Haud quaquam tamen istos nunc, difficillimo suo tempore, aut umquam omnino deseras cen-

SCO

seo. Puerorum  
cùm maximè  
dio auxiliò  
cis, præter  
mus nihil.  
tis vox: Q  
quis non v  
simus auxili  
qui nos juv  
adducendis?  
DEUS enim  
gratiam, &  
multos res  
Verùm mag  
to illorum,  
DEUS ipse  
ut gravissim  
satis appare  
nis pœnis su  
3. Ego T  
conveniam.  
*stianis quæcu*  
mōtorium  
Christianorū  
ptismò ablu  
me multum  
stianæ discip  
ego septus  
temnam, q  
deterrent, c  
Christiano,  
se transeund



seo. Pueros alumnos disciplinae tuae, nunc ut cum maximè à DEO petere jubebis, ut praesidio auxiliòque sit nobis; quippe qui in his locis, praeter divinum praesidium, praesidii habemus nihil. Nam si vera est, ut est illa Veritatis vox: *Qui non est mecum, contra me est;* quis non videt, quàm nudi ab omni humano simus auxilio, cum tam pauci nobiscum sint, qui nos juvent in his populis ad Christi fidem adducendis? Nec tamen cadendum est animis; DEUS enim cuique, prout meritus erit, refert gratiam, & scilicet aequè per paucos, ac per multos res moliri, quamvis magnas, potest. Verùm magis vicem doleo, quàm poenam exopto illorum, qui sunt contra DEUM. Quippe DEUS ipse suapte sponte facturum est denique, ut gravissimè inimicos ulciscatur suos: quod satis apparet in iis, qui apud inferos sempiternis poenis suppliciisque mactantur.

3. Ego Travancoridem peto, ut Praetorem conveniam. (Cut. *Quaestori dicito, ut hisce Christianis quaecumque opus erunt suppeditet.*) Ad Promontorium usque Comorinum terrâ iter faciam; Christianorumque vicos ex itinere obiens, Baptismò abluam infantes. Tu velim DEUM pro me multum deprecere, idemque à pueris Christianae disciplinae alumnis faciendum cures. Hoc ego septus praesidio, facile ea pericula contemnam, quibus me amici à terrestri itinere deterrent, denunciante, per infestam nomini Christiano, mihi que ipsi maximè, regionem esse transeundum. Sed narro tibi; tædet me in-

ter-

terdum vitæ, ac satius esse arbitror, pro religione mortem oppetere, quàm in tot tantisque divini Numinis contumeliis vivere, cum præsertim eas non possim non videre, prohibere non possim. Ego verò istiusmodi res ne viderem, aut audirem, in Æthiopiam demigrarem, atque in fines Præsteiannis, ubi tam egregiè DEO navari opera potest adversante nemine. Verùm nihil me tam malè habet; quàm quòd minùs acriter obstiterim iis, à quibus scis cœleste numen violari. DEUS illis pro summa sua clementia ignoscat velim; eundemque ut tecum maneat, me commitetur, oro quæsòque. Vale.

iv. Idus Novembris. Manaparo.

Cut. Tuus in Christo amantissimus Frater  
Franciscus.

## EPISTOLA XL.

Eidem.

*Ad Alexium Sosam iter a Comorino facit, christianorum pagos ex itinere obit, infantesque baptizat. Tutucurini exulantes Mansillæ commendat, suo nomine a Barbosæ injuriis tuendos. Precum parvulorum præsidio septus terrores contemnit: pro fide mori desiderat.*

i. **C**arissime in Christo Frater: cum appulsi sus Manaparem starem in procinctu proficiscendi ad Alexium Sosam, convenerunt me Naires duo Tabellarii epistolæ ad me scriptæ à quo-

a quodam certiore & ibi ha regio, & sens redd posse scrib meum cum Alexius S Satrapis, An ex va liquidum o terrestrem turus obit ptizaturus satis ad i

2. Feriâ

(quod tui invisi à T quia in no convenian riorum eve que doce seriò velin expulsorum incubant, enim, cui Prætor tri maces ad veriùs loq ris nostri. ac si quib ses Insulas Tom. I.

a quodam Lusitano, quâ me factum volebat certio- rem; detineri se Bearime necessariâ causâ, & ibi habere literas ad me Præfecti Arario regio, & quædam alia mandata, quæ nisi præ- sens reddere aut exponere nequiret. Hoc solum posse scribere: Ejusmodi ea esse, quæ novum meum cum Iniquitribirimo congressum postulent. Alexius Sosa Colanum se contulit. Ajunt eum à Satrapis, seu Pulis, valde offensum discessisse. An ex vano haustus is rumor sit, nondum ad liquidum comperi. Ego hinc jam nunc viam in eo terrestrem, à Comorinensi Promontorio, iustraturus obiter Christianorum obvios pagos, & baptizaturus cum recens natos, tum si qui adulti satis ad id dispositi occurrerint.

2. Feriâ secundâ proximâ, nisi quem alium (quod tui juris facio) diem mavelis, cuperem invisi à Te Christianos Tutucurino exules: & quia in novis istis precariis sedibus locum ubi convenient non habent, eos extra septa tuguriorum evocatos congrega in puro campo, ibique doce ac sacris procura. Nicolao Barbosæ seriò velim denuncies, ne istos qui Tutucurini, expulsorum inde priorum incolarum domibus incubant, vocet ad piscatum conchylium. Mihi enim, cui aliquam in hoc auctoritatem Rex & Prætor tribuerunt, neutiquam placere; contumaces adeo ac rebelles Christianos, aut, ut veriùs loquar, Apostatas, gaudere fructibus maris nostri. Concedatur id sanè Punicalensibus; ac si quibus eorum cordi sit circa Tutucurinenses Insulas urinari, conchis unionum matribus è

*Tom. I. L fundo*

I  
 , pro reli-  
 ot tantisque  
 cum præser-  
 hibere non  
 e viderem,  
 rem, atque  
 è DEO na-  
 ne. Verùm  
 quòd minùs  
 celeste nu-  
 a sua cle-  
 e ut tecum  
 que. Vale.

s Frater  
 aciscus .

facit, chri-  
 infantesque  
 ansillæ com-  
 injuriis tuen-  
 septus ter-  
 derat .

cum appul-  
 ocinctu pro-  
 venerunt me  
 me scriptæ  
 à quo-

fundo eruendis, per me licet, id faciant. Itaque iis uti sui quæstus Ministris Barbosa potent. Sin duriores se præberet, graviter mone à me hominem: etiam atque etiam suâ causâ caveat, ne quid novæ consciscat culpæ, abunde enim esse quæ aliàs plurima peccasse illum, non solas ipse recordetur.

3. Multam opis Divinæ mihi per dubia viarum, ancipitia tractationum adfuturæ fiduciam colloco in tuis pro me, ac parvulorum quos isthic habes, orationibus, quas noli me frustrâ implorare. Tanto ego auxilio munitus vado erectâ fronte ac certo pectore contra terrores quos mihi Christiani certatim intentant; sollicitè inculcantes, non nisi cum propè certâ pernicie terrestræ à me iter per has regiones susceptum iri: quòd feræ quæ illas incolunt, gentes totum, quo in Christianam Religionem flagrant, odium, in me haud dubiè, quo illam niti putant, effusuræ videantur. Atquæ, ut tibi mei animi pandam intima, tantum me vivendi tædium tenet, ut eo alliciar, quod illi ad deterrendum objectant. Judico, inquam, multò mihi meliùs in odium Nostræ Sanctæ Fidei ac Legis interfici, quàm vivere videndo tot in Deum peccata, quæ in nostris quotidie oculis, frustrâ impedire conantium, perpetrantur. Verè dicam: nullâ mihi magis re displiceo, quàm quòd obstare nequiverim iis quos nosti, tam immaniter Divinum Numen offendentibus. Dominus Noster adsit semper vobis auxilio & favore. Amen.  
Manapare IV. Idus Novembris An. MDXLIV.  
Statim

Statim  
Franciscus  
degunt A

Tuus

*Lustratis*  
*Mansilla*  
*Sacerdos*  
*res aute*  
*in Tra*  
*rum sch*  
*jubet,*  
*Ferande*  
*um, Ca*  
*dos: pos*  
*commenda*

I. Caris  
tium  
veni Coci  
ptizaveran  
Piscatores

Statim discolo Pudicarem versùs. P. verò Franciscus Coëlius it visitatum Christianos qui degunt Atapatanai.

Tuus in Christo amantissimus Frater

*Franciscus.*

EPISTOLA XLI.

Francisco Mansillæ.

*Lustratis Macuis Cambajam proficiscitur. Narrat Mansillæ allatam facultatem suscipiendi ab ipso Sacerdotii, sociosque e Lusitania venturos, plures autem Conimbricæ literis incumbere. Eundem in Travancorem evocat; pagos singulos puorum scholis instruere, oramque totam lustrare jubet, ac Monchurienses nominatim. Antonii Ferandez consilia nunquam deserenda; Matthæum, Canacapolam, aliosque Socios secum ducendos: postremò Comorinenses Joanni de Lizana commendandos.*

I. **C**arissime in Christo Frater. Nudius tertius, hoc est, xvii. Kal. Januarias, perveni Cocinum: antequam illuc appellerem baptizaveram omnes quos adire potui Machuas, Piscatores qui vivunt in Regno Travancoris.

Scit Deus qui pervidet intima cordium, quàm libenter illuc continuò redirem, ut alterius quoque generis homines ibi degentes, nec ipsos abhorrentes à jugo Christi, sacro universos lavacro tingerem. Sed Domino Proëpiscopo videtur, spectare nunc ad majus Dei obsequium profectionem ad Dominum Prætorem meam, ut cum eo de Jafanapatensi negotio transigam. Solvam Cambajam versùs altero abhinc tertiove die, in Cature benè instructo, brevi, ut spero, rediturus, rebus è sententiâ confectis, prout Religionis & Gloriæ Divinæ rationes exigunt.

2. Dominus Episcopus venturus hoc anno Cocinum non est. Proëpiscopus autem cum primis navibus in Lusitaniam solvet, inde ad nos citissimè reversurus, prout, ad Dei obsequium expedire id sciens, à Divinâ spero benignitate. Jacobus qui Goæ in Divi Pauli diversatur, magnis æstuat huc veniendi desideriis. P. Magister Jacobus, & Dominus Paulus, cum universo Collegio benè valent. Accipio è Lusitaniâ magnum numerum literarum Goam recens perlatarum. In iis est diploma quo tibi fit potestas accipiendi Sacerdotii, etiam si nec Patrimonii ritè contestatum titulum proferas, nec Ecclesiastici Beneficii redditus, unde sustentaris, annuos habentis possessionem probes, verùm hâc quidem facultate tibi opus esse non puto: quandoquidem paratus est Dominus Episcopus, absque ullo rerum talium respectu, initiare te Sacerdotio, uti nuper initiavit Patres Manuelem

& Gas-

& Gaspar  
mox in is  
tum prof  
solvisse h  
de quibus  
solicitus;  
sambici, a  
in Lusitan  
illorum L  
utriusque  
ad me li  
salvos pro  
enim sunt  
Plus sexag  
nunc dan  
si: de om  
genio ea  
tum suppo  
næ Bonita  
omnes in  
gaudeo: c  
runtur nu  
quia spero  
surum tec  
ctas istas

3. Tu s  
te etiam  
minum N  
ut expedi  
Christiano  
vancoris r  
Pagis sch

& Gasparem, quos hîc Cocini nunc habemus, mox in istam Domini vineam tecum fructificatum profecturos. Indicant quas dixi literæ, solvisse huc venturos è Lusitaniâ Socios duos, de quibus quòd nondum appulerint, sum sanè sollicitus; malè metuens ne aut hybernent Mosambici, aut mari ac tempestate contrariis retrò in Lusitaniam coacti sint cedere. Ajunt alterum illorum Lusitanum ortu esse, alterum Italum, utriusque magnas laudes Rex ipse prædicat suis ad me literis. Perducat utinam ambos nobis salvos propitius Deus: neutrum agnosco, non enim sunt ex illis quos Ulyssipone reliquimus. Plus sexaginta Juvenes Nostræ Societatis literis nunc dant operam in Academiâ Conimbricensi: de omnium horum religione, modestiâ, ingenio ea scribuntur quæ ingens nobis argumentum suppeditent quàm maximas possumus Divinæ Bonitati laudes ac grates referendi. Fermè omnes in Lusitaniâ nati sunt: quo in primis gaudeo: de Sociis Italicis lætissimi quoque feruntur nuntii. Plus de his modò non dicam, quia spero me ante mensem vertentem congressurum tecum; quando dabo tibi legendas cunctas istas ab Europâ literas.

3. Tu simul hanc epistolam legeris, fac oro te etiam atque etiam, per quantum Deum Dominum Nostrum amas, & ei gratificari studes, ut expedias continuò te ad eundem visitatum Christianos novos quos in Orâ maritimâ Travancoris nuper baptizavi plurimos. In singulis Pagis scholas institue, quò parvuli disciplinæ

capaces quotidie cogantur, præposito Magistro qui eos doceat. In hujus Minerval, & si quem alium hæc institutio sumptum requiret, tollas tecum censeo ex pecuniâ in id sepositâ fanoës centum quinquaginta. Eam summam dispertes Ludimagistris per pagos singulos, ubi eos inchoasse jam negotium, & tenere ordinem videris, nullum abiens relinquis cui non suæ pensionis partem numeraveris, quod alacrius pergant; & ad probandam operam ostenso profectu puerorum, cum redierimus, excitentur, spe insuper invitante quæstûs ulterioris: nullum omittas mapale toto illo tractu, quantus patet usque ad Piscariam Majorem, ubi hæc parvulorum conventicula quotidiana non & præsens celebraveris, & qui te absente continent rectè provideris. In tuum ipsius victum pecuniam accipias a Præfecto.

4. Manapare Tonum sumes qui Te Careapanum perferat. Sed illuc antequam appellas, deflecte Monchurium. Vicus hic est Machuarum nondum baptizatorum: distat à cuspide Comorinensis Promontorii, non multò plus leucæ unius spatio. Baptiza eos, parati enim satis ad hoc sunt, & plurimùm se id cupere sæpe ostenderunt, allegatis ad me qui enixè rogarent, ne gravarer ad se venire baptizaturum cunctos; nec mihi voluntas defuit obsequendi piis votis: sed accingere ad iter istud sæpe me conantem urgentiores semper occupationes tenuerunt. Antonius Fernandez è Christianis Malabaribus secuturus te mox est, & brevi scilicet assecutu-

rus,

rus, velocituum adhaquæ per illic sacromis probuIdem usumratione quohominum tuerit execti, aut obfaciat, recfaciebam, pœnitueritumque ipmoneo: se

5. Duc censum qui um usque; aliquem Ca manu exarprecationes discendas, que statuto præterea u quoquovers dem lector das quæ ad cis subinde pulæ merce niâ in sump tâ; sed ex nostrum su



rus, veloci & expedito Cature. Hunc perpetuum adhibebis comitem & arbitrum cunctorum quæ per illam Oram geres, quoad planè omnes illic sacro lavacro regeneraveris. Vir est in primis probus, & perstudiosus Divini honoris. Idem usum habet morum illius Gentis, & quâ ratione quibusve cautionibus cum eo genere hominum tractandum sit, callet; quod ille censuerit exequere: nec unquam aut ab eo dissentit, aut obsta quominus quidquid ei videbitur faciat, rectè quippe illi fiditur, sic ego illic faciebam, eventu semper tali, ut me nunquam pœnituerit: quare ut ejus consiliis deferas, totumque ipsi permittas, non modò hortor & moneo: sed vehementer etiam oro ac precor.

5. Duc eò tecum Matthæum, & regium Accensum qui me comitabatur à Viranao Patanaum usque; præterea domesticos tuos pueros & aliquem Canacapulam qui novit scribere, cujus manu exaratas relinquare possis in quovis locoprecationes à pueris & aliis Catechumenis ediscendas, curâ & diligentiam Magistrorum ubique statutorum Doctrinæ Christianæ. Eodem prætereâ uti amanuensi poteris ad scribendas quoquoversum, prout è re fuerit, literas: eodem lectore atque interprete ad eas intelligendas quæ ad te mitti è diversis ejus regionis locis subinde continget. Ac isti quidem Canacapulæ mercedem persolves suam, non ex pecuniâ in sumptum institutionis puerorum destinatâ; sed ex eâ quam Rex in usum ac victum nostrum suggeri nobis præcepit, cujus pensiones

siones statas Præfectus de more repræsentabit.

6. Partes isthic unde discedis tuas baptizandorum & docendorum Comorinensium, commendabis abiens probo Sacerdoti Joanni de Lizana. Francisci Mendez qui has ad te perferendas literas accinctus flagitat, tanta festinatio est, ut plura scribere nunc quidem nequeam. Dominus Noster suo vobis semper auxilio præstò sit, quantum ipsi mihi cupio. Cocino xv. Kal. Januarii An. MDXLIV.

Tuus in Christo amantissimus Frater

*Franciscus.*



S. FRAN-



S. F.

E P.

J  
Indiarum  
veram  
dem om  
reditum  
Episcop  
men al  
cto etia  
rum ne  
dicet u  
ligione  
ritate  
partem  
millia

PIST.


ræsentabit.  
baptizan-  
um, com-  
anni de Li-  
te perfe-  
ta festina-  
nequeam.  
uxilio præ-  
Cocino xv.

rater

anciscus.

S. FRAN-

169



# S. FRANCISCI XAVERII

SOCIETATIS JESU

INDIARUM APOSTOLI

EPISTOLARUM

LIBER II.

EPISTOLA I.

Joanni III. Regi Lusitaniæ.

*Indiarum imperium a Deo Regi tributum, ut eò  
veram religionem inferret: Michaeli Vazio fi-  
dem omnino adhibendam, ejusdemque in Indiam  
reditum religioni planè necessarium, præsertim  
Episcopo, consummatæ licet virtutis, senio ta-  
men aliisque incommodis gravato. Regem, obje-  
cto etiam Divino Judicio, exorat ut Ministro-  
rum negligentiam cum literis, tum pænis vin-  
dicet ut in curandis fisci rationibus, sic in re-  
ligione tuenda. Ministrum propterea cum aucto-  
ritate mittendum, qui dignam Deo vectigalium  
partem in salutem animarum expendat. Centena  
millia ante annum convertenda; Ceilani Regem  
favo-*

*favore in Christianos abuti. Quamplurimos petit  
e Societate; Cosmam Agneziū, Fratremque  
Vincentium mirificè laudat.*

1. **D**omine. Sic velim habeat Majestas  
Tua, itaque secum, quæso, reputet:  
Deum Dominum Nostrum Tibi pot-  
tissimum, præ cunctis qui sunt uspiam Chri-  
stianis Principibus, harum Indiarum Imperium  
tribuisse, ut experimentum Tui caperet; proba-  
retque quâ fide commissum negotium gereres,  
quodque officio grati animi beneficiis responde-  
res. Neque in hoc tam spectasse, ut regium  
tuum Fiscum ditaret proventu pretiosorum fru-  
ctuum è terris exteris, & importatione Gazæ  
peregrinæ, quàm ut suggerendis occasionibus  
heroicorum laborum, virtuti ac religioni Tuæ  
benignam materiam offerret commendandi se  
se, adducendis zelo tuo ardenti, operaque per  
Te adhibitâ gnavorum Ministrorum, infidelibus  
horum tractuum ad notitiam Creatoris & Re-  
demptoris Mundi.

2. Jure igitur ac meritò impensè commendat  
Majestas Tua iis quos in has Regiones mittis,  
ut plurimum elaborent in latè Propaganda No-  
strâ Sanctâ Fide, Religioneque augendâ; quan-  
doquidem à Te intelligis rationem repetiturum  
Deum salutis tam multarum Gentium; quæ pa-  
rata sequi viam meliorem, si quis ostendat,  
interim inopiâ Doctoris in cæcis tenebris ac gra-  
vissimorum criminum sordibus, & suum Crea-  
torem continuè offendunt, & suas ipsi ani-

mas

mas miser

3. Refer  
habet de  
deque cæt  
ferunt rei  
Vazius, qu  
ad vos tra  
stianis har  
eum statim  
præsidium  
id decerna  
exoneret i  
strum, off  
in his loci  
deli disper  
gotio præf  
tus ipsum  
annis prob  
meruit, nu  
ligionis ve

4. Iterum  
testor Ma  
& Ecclesia  
bis & laud  
si Christia  
ctam Fidei  
vitâ gratifi  
Michaelem  
hinc disced  
di sunt qu  
Nostræ Sa  
tia Majest

mas miserè in æternum exitium præcipitant.

3. Referet Majestati Tuæ quæ usu comperta habet de docilitate harum Nationum ad Fidem, deque cæteris õpportunitatibus quæ hic se offerunt rei Christianæ benè gerendæ, Michaël Vazius, qui Proëpiscopus hîc fuit, hinc modò ad vos transiens. Is tantum sui desiderium Christianis harum partium relinquit, ut remitti hîc eum statim anno sequenti ad consolationem & præsidium ipsorum expediat: quamquam est cur id decernas tuâ ipsius causâ. Nimirum ut sic exonerer in tam idoneum & industrium Ministrum, officium quo urgeris gravi, procurandæ in his locis Divinæ Gloriæ. Hoc enim tam fidei dispensatore, tamque experiente, isti negotio præfecto, securè potes acquiescere: certus ipsum pro eâ excellenti virtute, quâ tot annis probatâ venerationem totius hîc populi meruit, nullam prætermisurum occasionem Religionis vel tuendæ vel augendæ.

4. Iterùm etiam atque etiam rogo atque obtestor Majestatem Tuam, ut si Dei obsequio & Ecclesiæ rationibus consultum vis; si tot probis & laudatis hominibus in Indiâ degentibus, si Christianis recens conversis ad Nostram Sanctam Fidem, si mihi denique quidquam in hac vitâ gratificari tanti ducis, jubeas ad nos redire Michaëlem Vazium Proëpiscopum, qui modò hinc discedit. Non aliæ mihi causæ hoc petendi sunt quàm obsequium Divinum, incrementum Nostræ Sanctæ Fidei, & exoneratio Conscientiæ Majestatis Tuæ. Verè me loqui Deus Domini

minus Noster mihi testis est. Scio enim quantum talis viri desiderium, quanta necessitas in his oris sit. Ergo ut officio satisfaciam, & conscientiam ego quoque meam deonerem, dico & profiteor Majestati Tuæ, omninò necessarium esse, si cupis promoveri dilatarique Nostram Sanctam Fidem in his Indiæ Regionibus, si optas eos qui Ecclesiæ jam aggregati sunt, ab eâ non avelli, & ad patrias superstitiones redire, offensos ac deterritos multis injuriis ac vexationibus quas graves patiuntur præsertim à Ministris Majestatis Tuæ, ut hùc mittas Michaëlem Vazium, cui forte pectus & constans animus est ad obstandum persecutoribus Christianorum.

5. Quamvis Episcopus sit Prælatus tam consummatæ virtutis, quàm revera est: tamen idem, quod Tua Majestas non ignorat, jam senio gravatur, totque morbis affligitur, ut ad labores ferendos quos ejus Præfecturæ accurata functio summos in hisce Partibus injungit, viribus corporis destituatur; utcunque animi vires in eo abundant, & in dies augeantur. Deus enim eum tantâ gratiâ dignatur, ut quantò magis in carne debilitatur, tantò plus corroboretur in spiritu. Quâ solet mercede Deus Dominus Noster remunerari eos qui multos annos perseverarunt in ejus obsequio; impendendo vitam & ætatem universas exaltandis ejus causâ laboribus maximis, quousque referant quasi plenam victoriam de suo corpore spiritui rebeli. Talibus quippe indulget Deus eum assiduarum contentionum fructum in ultimâ ætate, ad exemplum & perse-

ve-

verantiam  
rejuvenescere  
lium virium  
deficit, op  
ut eâ pro  
virtute tran  
spiritum co  
rium, nunc  
officii sui l

6. Peto  
obsecro, u  
cerissimâ qu  
Majestas a  
excipiat qu  
curâ hono  
vero exone  
& flagito,  
des tuis hie  
etiam punie  
fuerint, co  
plis justæ u  
à Deo Do  
suum judici  
do minus e  
declinandi)  
audias: cur  
autorati, T  
contrarii? c  
henderentur  
nibus curan  
Domine, q  
ti habitura

verantiam eorum quibus præsunt, quo veluti rejuvenescere se sentiant renovatione spiritualium virium, eo maximè tempore quo natura deficit, oppressa incomodis decrepiti senii. Ita ut eâ proportionem quâ sensim deficit vita in virtutis transacta, mutetur corpus terrenum in spiritum cœlestem. Quocirca Episcopo necessarium, nunc quidem, auxilium est ad tolerandos officii sui labores.

6. Peto Domine Rex & per Dei obsequium obsecro, ut quâ ego rectissimâ intentione, sincerissimâque veritate scribo hos versus, pari Tua Majestas æquitate animi ac favore benevolo excipiat quod suggero. Nimirum solâ instinctus curâ honoris & obsequii Divini, desiderioque vero exonerandæ conscientiæ Tuæ regiæ, oro & flagito, ut non tantum per literas commendes tuis hic Ministris res obsequii Divini; sed etiam puniendis iis qui officio hâc in parte defuerint, commendationem istam sancias exemplis justæ ultionis. Enimvero periculum est, ne à Deo Domino Nostro Majestatem Tuam ad suum iudicium citante (quod futurum est quando minus expectatur; nec spes aut ratio est id declinandî) ne tunc, inquam, à Deo irato audias: cur non in eos animadvertisti, qui à Te autorati, Tibique subditi, mihi erant in Indiâ contrarii? cum in eosdem, si negligentes deprehenderentur in tuis vectigalibus & Fiscî rationibus curandis, severè vindicares? Nec scio, Domine, quanti ad tuam excusationem momenti habitura sit tali tempore responsio Tua, dicentis:

centis; equidem annis singulis cum isthuc scriberem, res Divini tui obsequii commendabam. Reponetur enim continuò: Atqui eos qui tam sancta ista mandata susque deque habebant, impunè id facere sinebas, cum interim quos compereras in rerum tuarum procuratione parùm fidos aut strenuos, debitis pœnis subjiceres.

7. Per Ego Te, Domine, quo flagras zelum Gloriæ Divinæ, perque curam quam habes antiquissimam expediendarum apud Deum rationum officii proprii, ac conscientia deonerandæ, obtestor atque adjuro Majestatem Tuam: Mitte huc idoneum cum autoritate necessariâ Ministrum, cujus una cura sit, prospicere salutem innumerabilium animarum quæ hîc periclitantur: quique in eâ procuratione potestatem à Te habeat liberam ab imperio & ditione illorum quos vectigalibus & regni tui negotiis propriè vacare jubes: ut sic in posterum incommoda & scandala vitentur, quibus antehac multis & gravibus res hîc Christiana laboravit.

8. Ineat Majestas Tua exactam rationem, & plenam secum summam colligat fructuum & temporalium bonorum quæ Dei benefico ex Indiis percipis. Deduc inde quod hîc in Dei obsequium & causam Religionis expendis. Sicque cunctis prudenter æstimatis, inter tuas regias, & Dei ac cœlestis Regni rationes eam partitionem institue, quam gratus & religiosus tuus animus æquam fore bonamque judicabit: cavens, ne Creator rerum omnium parte nimis exiguâ largiter effusorum in tuum sinum bonorum

rum angustiam possit. Ne crastinet cumque fertia. Urge dens mei tas; utique his terris avarè securventuum unditant, tam spiritualium rum confes-

9. Nego Indiæ populi bit Majestatem agnoscere, patæ & in vertentem Christi Ecclesie de Insulâ ille quo est tam durè conditionis ex-

10. Mitt plurimos & sufficientes imbuendis tractibus accuntur; seoti possint laciones, ubi



rum angustè ac parcè remuneratus à Te videri possit. Nec cunctetur in hoc diutiùs, aut procrastinet ulterius Majestas Tua. Quantum enim cumque festines, sera jam hæc fuerit diligentia. Urget me ad hoc scribendum vera & ardens mei cordis erga Majestatem Tuam caritas; utique cum audire mihi videar voces ex his terris missas ad Cœlum Indiæ conquerentis, avarè secum agi a Majestate Tuâ, quòd Proventuum uberrimorum qui ærarium ex ipsa tuum ditant, tantulam vix particulam in subsidium spiritualium ejus necessitatum longè gravissimarum conferas.

9. Negotium salutis animarum in hoc tuo Indiæ populo, cui prospicere ex officio incumbit Majestati Tuæ, quo loco ac statu sit, cognoscere, opinor, non erit ingratum. Jafanapatæ & in Orâ Cœulani, facilè ante annum vertentem plus centenis hominum millibus ad Christi Ecclesiam aggregabuntur. Non loquor de Insulâ Ceilano, cujus Regem utinam multus ille quo eum prosequeris emolliret favor, ne tam durè Christum JESUM ab omni parte suæ conditionis exclusum vellet.

10. Mittat huc quæso Majestas Tua quamplurimos è Societate Nostrâ, qui non modo sufficiant baptizandis & Christianâ Doctrinâ imbuendis tam multis hominibus qui in hisce tractibus ad fidem Christi amplectendam inducuntur; sed etiam ex quibus abundant qui mitti possint Malacam, & in finitimas ei Urbi regiones, ubi nunc plurimi Christo dant nomen.

P. Magi-

P. Magister Jacobus, & Dominus Paulus in Collegio Sanctæ Fidei versantur. Hi quoniam copiosè ad Majestatem Tuam scribunt de illâ Sanctâ Domo, nihil in præsens de eâ dicam; nisi quod peto in summâ parte gratiæ, ne gravetur Tua Majestas scribere Cosmo Agnezio, ut quando idem cæpit, idem promovit Sanctum illud Contubernium, perducere ipse ad fastigium plenèque absolvere ne desistat; nec in hoc defatigetur: constituram enim ei à Deo primum, tum etiam à Majestate Tua dignam præclari operis mercedem.

II. Franciscus Mansilla & Ego versamur in Promontorio Comorini cum Christianis quos fecit Michaël Vazius Proëpiscopus Indiæ. Nunc habeo mecum tres Sacerdotes ex Indigenis ejus terræ. Collegium Cranganoris, quod opus est Patris Fratris Vincentii, magnis incrementis adolescit: &, si Majestas Tua pergat ei favere, ut hactenus fecit, è bono proficiet in melius. Est profectò cur plurimæ Deo gratiæ agentur ob fructum ad Christi Domini Nostri obsequium ingentem qui ex eo Sancto Collegio existit. Unde, ut spes est verisimilis, paucis annis prodituri sunt viri Religiosi qui Malabaram universum, quantumcunque nunc vitiis & erroribus oppressum, ad pudorem salutarem sui miseri statûs sint adducturi; & cæcis istis mentibus Christi Domini Nostri lucem illaturi, manifestaturique nomen ejus, operâ & ministerio discipulorum Patris Fratris Vincentii. Oro & obsecro Dei causâ dignetur ei favere Majestas  
Tua,

Tua, tum  
tatis, tum  
petit. Q  
spero me  
in hâc vi  
me quæso  
alterâ vit  
quæ nunc  
Deo Don  
vicissim p  
in hâc vi  
di id quod  
Te fecisse  
MDXLV.

R. P. Igna

*Urget quæ  
Indiam  
se comm  
tatis, a*

I. Cum  
tun  
nes, ut m  
Tom. I.

Tua, tum cæterâ demonstratione regiæ benignitatis, tum indulgendo ipsi eleemosynam quam petit. Quandoquidem in his Indiæ regionibus spero me diem extremum obiturum, nec unquam in hâc vitâ visurum Majestatem Tuam, adjuva me quæso, Domine, Tuis orationibus, ut in alterâ vitâ, cum majori utique quiete quàm quæ nunc est, videamus invicem; postulando à Deo Domino Nostro pro me idem quod Ego vicissim pro Majestate Tuâ postulo; nempe ut in hâc vitâ det Tibi gratiam sentiendi & agendi id quod in momento Tuæ mortis gauderes Te fecisse. Cocino XIII. Kal. Februarias Anno MDXLV.

Tuæ Majestatis Servus

*Franciscus .*

EPISTOLA II.

R. P. Ignatio Lojolæ, Præposito Gen. Soc. Jesu .

*Urget quæ biennio ante postulavit . De Sociis in Indiam perutilibus . Universæ Societatis precibus se commendat , petitque nuntios de rebus Societatis , ac de veteri amico .*

Gratia & charitas D. N. &c.

I. **C**um omnibus Collegii S. Fidei studiosis, tum verò Prætori, qui studio vincit omnes, ut morem geras, te oro atque obtestor  
 Tom. I. M per

per DEUM; nimirum, ut si fieri potest, mit-  
tas aliquando ad nos illa, quæ tibi mandarunt:  
Diplomata, inquam, quæ te à Pontifice Max.  
curare voluerunt, ut Aræ maximæ hujus Col-  
legii facultas detur unius animæ ex Purgatorio  
liberandæ, quoties ad eam Sacrum fiat pro  
mortuo, cum ea conditione, quam ab hinc  
biennio ad te scripsi, Prætoris nomine. Cætera  
item expectamus, de quibus tum ejusdem jussu  
ad te litteras dedi.

2. Socii neque audiendis confessionibus, ne-  
que concionibus habendis, neque ceteris Socie-  
tatis muneribus obeundis idonei, post legitimam  
meditationum exercitationem, & menses ali-  
quot in humilibus abjectisque ministeriis ex-  
actos, magno usui essent hisce in locis, si cor-  
poris robore pariter & animi virtute pollerent.  
Nam in his Ethnicorum terris doctrina minimè  
est necessaria: sat est, non esse planè rudem  
litterarum, ut pueris atque idiotis solemnes  
preces tradere, oppidæque & vicos obeun-  
do, infantes modo natos baptizare norint. Ho-  
rum quippe multi pereunt sine Baptismo, quòd  
tam multis, tamque disjunctis inter se locis  
adesse nequeamus in tempore. Proinde ex isti-  
usmodi hominibus parum istic appositis ad So-  
cietatem, quos videris aptos ad circumeunda  
hæc loca infantes baptizando, & Catechismum  
tradendo idiotis, huc ad nos mittito; hic enim  
egregiè operam locabunt suam. Hos ego ma-  
gnis corporis viribus, & patientes laboris esse  
volo: quoniam hæc terra laboriosissima est,

tum

tum prop  
pter salu  
que tenu  
piscis, &  
est, no  
abundatis  
imbecillo  
baptizand  
perferant  
centes ba  
ab Ethni  
teat. No  
ficio ejus  
undum,  
Sed mem  
les: nihi  
mortem  
tet eosde  
ptos esse  
virtutis e  
maximè i  
eiusdemq  
ficiis me  
insuper u  
sedulò cu  
Societatis  
culis esse  
scribo, u  
Verumtan  
ea, quæ  
ditos, ce  
alacres ac

tum propter maximos calores, tum verò propter salubrium aquarum inopiam, alimentorùmque tenuitatem. Alimenta quippe sunt oriza, piscis, & lac, prætereà nihil, non panis hic est, non vinum, non cetera, quibus isthic abundatis. Adolescentes igitur ac sanos, non imbecillos ac vetulos desidero, ut assiduum baptizandi, docendi, circumcursandi laborem perferant; cùm præsertim sæpè non modò recentes baptizari infantes, sed etiam Christianos ab Ethnicorum furore ac rabie prohiberi oporteat. Nonnunquam etiam singulari DEI beneficio ejusdem causâ capitis discrimen est subeundum, quod salvâ charitate vitari non potest. Sed meminisse debent, nos natos esse mortales: nihil autem optabilius Christiano, quàm mortem oppetere pro Christo. Quamobrem oportet eosdem animi robore ac divina virtute septos esse. Et quoniam ego ejusmodi roboris ac virtutis expers in ea loca proficiscor, ubi vel maximè indigeam cœlesti ope, te per DEUM, ejusdémque cultum obtestor, ut in tuis sacrificiis mei nominatim ipse recorderis, méque insuper universæ Societatis precibus muniendum sedulò cures. Sic enim mihi persuadeo, tuâ ac Societatis deprecatione multis magnisque periculis esse me divinitus ereptum. Hæc eò ad te scribo, ut intelligas, cujusmodi viris opus sit. Verumtamen si quos videris, viribus quidem ad ea, quæ dixi, incommoda sustinenda satis præditos, ceterùm ad vitæ pericula adeunda parum alacres ac paratos, mittas tamen velim. Ne-

que enim desunt regiones, ubi sine capitis periculo operam dent rei Christianæ. Ac memento, ad venandos hosce Ethnicos haudquaquam opus esse multis litteris. Nimirum istiusmodi hominibus, ubi aliquot annos erunt in his locis versati, satis virium atque animorum ad majora opera addetur divinitus. Aptos quoque confessionibus excipiendis, tradendisque exercitiis spiritualibus, etsi majori labori ferendo non sint, mittas licebit: hi enim aut Goæ, aut Cocini habitabunt; quibus in civitatibus & magnoperè juvare poterunt rem Christianam, & ipsi omnium rerum, item ut in Lusitania, habebunt copiam: etenim, ut illæ urbes Lusitanorum familiis frequentantur, imbecillitatis morborumque subsidia utique non deerunt: est enim utrobique & Medicorum & medicamentorum satis. At ceteris in locis, quæ Lusitani non incolunt, cujusmodi sunt ea, quæ nos in præsentia peragramus, ægrotantium auxilia suppetunt nulla. In utraque earum civitatum, quas modò dixi, civibus exercitiorum spiritualium usu excolendis præclarè opera navari potest.

3. Ab hinc quadriennio solvimus ex Lusitania, ex quo tempore unam omnino abs te epistolam ab urbe, à Patre Simone è Lusitania duas accepi. Valde aveo mi Pater de te, ceterisque Sociis quotannis aliquid cognoscere. Non dubito quin singulis annis des aliquid ad me litterarum, sicut ego ad te dare soleo: sed vereor, ne utrisque intercidentibus epistolis, si cuti ego tuas, ita tu vicissim desideres meas.

Duo

Duo è S  
diam; se  
nuit Goa  
an Mozar  
hibernare

4. Perv  
ster mulâ  
similiter  
gnam ejus  
Medicis a  
tuerit, ut  
quod scrib  
mittas qu  
operarior  
quam pos  
sumus, c  
hic est, c  
rias anni

M. S

Socios qua  
siderat  
Jacobum  
silla pre  
bus doc  
Indulge  
cos in  
mittendo  
Michael

Duo è Societate hoc anno veniebant in Indiam; sed navis, quâ vehebantur, nondum tenuit Goam: utrùm in Lusitaniam reverterit, an Mozambici (in qua insula naves Lusitanæ hibernare solent) hiemaverit, nescio.

4. Povelim scire, utrùm vetus ille amicus noster mulâ vehatur. Nam si etiamnum vehitur, similiter ut cum hominem isthic reliqui, magnam ejus imbecillitatem esse oportet, qui tot Medicis ac medicamentis nondum perficere poterit, ut pedibus ingrediatur suis. Novi ad te quod scribam, nihil habeo, nisi ut huc ad nos mittas quàm plurimos, quando hic est tanta operariorum penuria. DEUM oro, ut si nunquam posthac nos inter nos in hac vita visuri sumus, certè in beata illa cum majore, quàm hic est, quiete revisamus. VI. Kalendas Februarias anni MDXLV. Cocini.

## EPISTOLA III.

M. Simoni Roderico e Societate Jesu.

*Socios quamplures, in quibus Simonem ipsum, desiderat; sed injussu Ignatii nihil moliendum. Jacobum Ferdinandium laudat. Pro se et Mansilla preces Sociorum postulat; de Sociis omnibus doceri se desiderat memor ipse singulorum. Indulgentias a Sede Apostolica obtinendas: amicos in Indiam ad curandas fisci rationes non mittendos, nisi confirmatos scilicet in gratia. Michaelem Vazium laudibus cumulat.*

*Gratia & Amor Christi Domini Nostri  
adsit semper nobis auxilio &  
favore . Amen .*

1. **Q**uas Romam scribo litteras, eas ad Te patentes mitto, ut ipse prius perlegas & inde haustâ notitiâ rerum quæ hîc geruntur, inciteris ad submitteudos nobis quotannis quamplurimos poteris Operarios Evangelicos. Nam talibus, quamlibet multi veniant, abundè hîc erit in quo ad Dei obsequium operam insigniter navent. Quod attinet ad tuam quoque ipsius in has Oras profectionem, equidem si confidere possem vires in Te ac robur corporis cum vigore animi paria facere, ultrò Te invitarem rogaremque multum ne venire gravarere: si tamen id P. Ignatius probaret, ejusque is Tibi consilii autor fieret: Pater enim noster est, cui obedire nos oportet, nec ejus injussu vel pedem movere fas est.

2. De Jacobo Fernandio narro Tibi: vidisse me illum Goæ ante has fermè quatuor hebdomadas salvum & benè valentem. Jucundè atque ex animi sui sententiâ diversatur apud Collegium Sanctæ Fidei, in contubernio Magistri Jacobi & Domini Pauli; strenuèque ibi ad Dei obsequium contendit, eo fructu, ut eum nec istius commorationis, nec operæ pœniteat. Dixit mihi se fusè ad Te scribere, cui equidem magnoperè censeò rescribas; quando tantum Te amat, & tuâ causa vult. Incredibilem ei voluptatem afferent tuæ litteræ; maximè si in  
eis

eis legerit  
ejus in Co

3. Franc  
nos ferven  
ciorum on  
moti, ten  
ope ac pa  
sas trahim  
(universim  
compello)  
tatis est,  
& precibu  
& quibus  
mi corpori  
petrare: a  
giis exten  
strum sequ

4. Multu  
rem prece  
potes, qui  
cipe. Scrib  
generatim  
minutim in  
in Lusitani  
dem non a  
fructum an  
tibus hîc è  
di lectione  
Sociis Rom  
Petro Car  
nomine me  
Nostrorum



eis legerit; Tibi probari commorationem istam  
ejus in Collegio Goano ubi nunc degit.

3. Franciscus Mansilla & Ego commendamus  
nos ferventibus orationibus tam tuis quam So-  
ciorum omnium. Nos in has Oras longè sub-  
moti, tenues velut vestri clientuli, è vestrà  
ope ac patrocinio spes ferè ac rationes suspen-  
sas trahimus. Quare vestrà caritate dignum est  
(universim omnes & singillatim unumquemque  
compello) vestræ, inquam, benignitatis ac pie-  
tatis est, in vestris officio incensis & sacrificiis  
& precibus causam apud Deum nostram agere;  
& quibus multis hîc vehementer indigemus ani-  
mi corporisque subsidiis ac bonis ea nobis im-  
petrare: adhibitis per vos eodem etiam suffra-  
giis externorum qui ductum in viâ spiritûs ve-  
strum sequuntur.

4. Multùm etiam Te rogo, & per Dei amo-  
rem precor, scribe ad me, aut, si per te non  
potes, quibusdam Sociorum ut id agant præ-  
cipe. Scribatis autem fusè; nec summatim aut  
generatim solùm, sed etiam particulatim ac  
minutim indicando singulos Fratrum Nostrorum  
in Lusitaniâ, Romæ, alibi, degentium. Siqui-  
dem non alium reliquum habemus in hac vitâ  
fructum animi majorem, quàm quem appellen-  
tibus hûc è Regno navibus, litterarum istiusmo-  
di lectione percipimus. Quam scribo epistolam  
Sociis Romanis, communicabis, nisi grave est,  
Petro Carvallio summo amico nostro; eique  
nomine meo dices: me, quoniam in Fratrum  
Nostrorum qui Romæ, quique in Lusitaniâ de-  
guant,

gunt, loco ac numero ipsum habeo, existimas-  
se quas ad illos do literas, ad ipsum quoque  
pertinere; ac propterea separatim ei non scri-  
psisse. Idem persuadeas velim singulis Fratrum  
Nostrorum qui isthic tecum sunt: videlicet eum  
esse meum erga quemque ipsorum amorem ve-  
rum, ut propriè unicuique scripturus fuerim,  
nisi unam istam epistolam in solidum imputan-  
dam cuilibet, & sic vicem multarum confide-  
rem habituram, utili ipsis, mihi necessario  
compendio.

5. Quas gratias & Indulgentias ad magnum  
usum harum Regionum, instante Prætorè, du-  
dum petendas Româ curavi; de quibus & hoc  
anno ad Regem scribo, rogo Te, pro eo quan-  
tum consolationem ac profectum fidelis harum  
partium populi cupis, quantumque Deo Domi-  
no Nostro gratificari atque obsequi studes, da  
operam apud Regem, ut is meminerit, & velit  
per suum Romæ Oratorem earum expeditionem  
urgeri. Jam ante hos annos aliquot, & iterum  
hoc anno, scripsi ad P. Ignatium, ut impetret  
à Summo Pontifice Aræ maximæ Templi Goa-  
ni quo Sanctæ Fidei Collegium utitur, privile-  
gium ejus geminum quo aliquot Romæ altaria  
insignita sunt: ad quæ quoties quis Sacerdos  
Missæ Sacrificium offert, toties unam purganti-  
bus fiammis animam liberat. Si & Tu nobis  
ad effectum hujus voti conferre aliquid potue-  
ris, & Prætori, qui id enixè postulat, & San-  
cto illi Collegio ac Fundatoribus ejus, dignissi-  
mis quibus optata contingant, rem feceris mul-  
tò gratissimam.

6 Fac

6. Fac  
diam. Q  
tur Eccle  
tiâ, quan  
rorum ar  
stræ Sanc  
Domini M  
jam alban  
cui cordiu  
rè Te v  
amplexan  
virtuti Tu  
largiter e  
dorum, c  
tissimum  
rationes n  
vini cong  
mulcerer;  
servirem,  
na mentiu

7. Ner  
Indiam cu  
nias & n  
illud scrip  
viventium  
tumvis de  
virtute co  
quantum  
aleam; a  
sicut Apo  
turum in  
futurum.

6. Fac quamplurimos isthinc mittas in Indiam. Quo plures venerint eò latius extendentur Ecclesiæ Sanctæ limites. Doctus experientiâ, quanto damno publico hic desit copia virorum ardenti zelo studentium incremento Nostræ Sanctæ Fidei ac Religionis JESU Christi Domini Nostri, tam sæpe urgeo, ut ad hanc jam albam messem Operarii mittantur. Deo, cui cordium intima patent, notum est quantopere Te videre cuperem: incredibiliter lætarer amplexando & coram affando Te. Debes hoc virtuti Tuæ, & cæteris donis à Deo in Te largiter effusis, horum spes præsentis usu fruendorum, conspectum mihi tuum multò desideratissimum facit. Si congressus noster mutuus ad rationes majoris, aut saltem paris obsequii Divini congrueret, quantis ex illo lætitiis penitus mulcerer, quantâque voluptate Tibi coram inservirem, solus ad verum æstimat, quem arcana mentium non fallunt, Deus.

7. Neminem patiaris amicorum tuorum in Indiam cum Præfecturâ mitti ad regias pecunias & negotia tractanda. Nam de illis verè illud scriptum capere licet: *Deleantur de libro viventium & cum justis non scribantur*. Quantumvis de alicujus fortè quem noris & ames, virtute confidas; tamen, mihi crede, obsta & quantum potes pugna ne in istam objiciatur aleam; alioqui, nisi confirmatus in gratiâ sit, sicut Apostoli fuerunt, cave speres perseveraturum in officio, & constantem in innocentia futurum. Vis est, penè dixerim, quædam in-

lucta-

luctabilis quâ in præceps protruduntur, cum ad lucri pellaciam, ad prædæ opportunitatem, ad famem cupiditatis præsentis gustu irritatæ, torrens supernè ingruens exempli ac consuetudinis incubuerit. Invidiam, & tantum non culpam, furto usus publicus detrahit: dum vix dubitatur, fieri non malè quod impunè fit. Ubique, semper, rapitur, congeritur, aufertur. Semel captum nunquam redditur. Quis enumeret artes & nomina prædarum? Equidem mirari satis nequeo, quot, præter usitatos modos, insolitis flexionibus, inauspicatum illud *rapiendi* verbum quædam avaritiæ Barbaria conjuget. Inter hæc ubi evocantur ex hâc vitâ, miserabile est, quàm malè subductis, quàm perditè confusis spei ac salutis rationibus, infelices animæ ad Tribunal inexorabile sistantur.

8. Michaël Vazius hic Proëpiscopi munere functus, isthuc proficiscitur. Homo est quo vix alium ardentior reperias zelatorem honoris obsequiique Divini. Non dubito quin visurus ipsum allocuturusque sis, & ex illâ quam in eo animadvertes pace lætitiâque animi, vehementi studio Divinæ gloriæ conjunctâ, confido Te informatum notitiam & æstimationem veram laudum ac meritorum ejus; cui poteris tutò credere, copiosè ac plenè haud dubiè tecum acturo de cunctis quæ hîc geruntur. Scribo ad Regem de illo; suadens quantum possum ad exonerationem conscientiæ tum meæ, tum Majestatis ejus, ut eum citò huc remittat. Eget enim eo viro incredibiliter India: quoniam hic  
est

est qui Cl  
sidiis insa  
Vazius in  
terretur a  
religionem  
vertunt. S  
volet, qu  
tium mem  
dicarum n  
non inter  
qui sic an  
nè sic hab  
in deligen  
culo aber  
age, rogo  
hunc remi  
bruar. An

Tuus v

De german  
dæ, &  
morte Pr  
De Sacer  
aliis aliò

est qui Christi oviculas à vi defendit atque insidiis insatiabilium luporum. Homo est Micahel Vazius intrepidus & fortis; qui nunquam deterreretur ab allatrandis iis qui recens ad Christi religionem aggregatos persequuntur & bonis evertunt. Si alium hujus loco Rex mittere huc volet, quem reperiet (ut minimam Vazii dotium memorem) pari cum eo usu præditum Indicarum rerum, quibus per annos duodecim non interfuit solum, sed etiam præfuit? quem, qui sic ametur à bonis, timeatur à malis? Planè sic habe: si alium Rex quærat, quantumvis in deligendo attendat, magno se exponet periculo aberrandi à scopo quò collimat. Quare age, rogo Te, seriò cum ejus Majestate, ut hunc remittat. Vale. Cocino VI. Kalend. Februar. Anno MDXLV.

Tuus verus & in Christo amantissimus Frater.

*Franciscus.*

EPISTOLA IV.

Societati Romam.

*De germana amicitia, de ratione fidei propagandæ, & Manariæ Martyribus, ac de Ceilani morte Principis mirandæ signo crucis nobilitatâ. De Sacerdotibus in Macazariam missis, ac de aliis aliò mittendis.*

*Gra-*

*Gratia & charitas D. N. &c.*

1. **D**EUS mihi conscius est, quantò libentiùs vos viderem, quàm hanc vobis tam incertam propter locorum intervalla Epistolam scriberem. Nec verò, quia conjunctissimorum animorum corpora DEUS pænè ìnfinito distrahit spatio, corporum disjunctio quicquam de amoris mutui vinculis laxat, quibus adstricti sumus. Nam etsi non unà versemur, uti solebamus; tamen perpetuò ferè nos inter nos mentis oculis cernimus. Tanta enim est veræ germanæque amicitiae vis, ut amici absentes adsint, mutuòque aspectu & consuetudine fruantur. Hæc mea sociorum omnium tam continua memoria vobis potiùs accepta est referenda, quàm mihi. Siquidem vestræ preces ac sacrificia, quæ pro me homine nequam assiduè facitis, tantam hanc excitant in me vestri memoriam ac desiderium. Vos, inquam, vos carissimi Fratres, in animo meo vestras imprimitis species. Quòd si mea vestri memoria tanta est, fateor vestram mei longè esse majorem. DEUS vobis pro vestro merito gratiam referat: nam ego non aliâ ratione possum vobis satisfacere, quàm proficundo me vestris meritis satisfacere nullo modo posse, cùm planè animo videam, quantum omnibus nostræ Societatis hominibus debeam.

2. In hoc Travancoridis regno, ubi versor (ut aliquid de rebus Indicis scribam, quarum vos avidissimos esse certò scio) plurimos DEUS ad Christi Filii sui adduxit fidem. Mensis quippe

pe unius  
Christianam  
nem. Eth  
vocabar,  
nas, puer  
Tum à pr  
docebam  
Spiritus  
unòque D  
signare ju  
ralis cont  
lorum, D  
& Salve  
precatone  
commendâ  
ut omnes  
tem seque  
cepta Dec  
cabam bre  
videbantur  
à DEO ve  
clarâ voce  
à Christian  
permotione  
mirantur s  
tem, seque  
erubescunt  
audiunt pe  
magnum H  
obstinatis  
Simul ac p  
qui Baptis

pe unius spatio amplius decem hominum millia Christiana feci: qua in re hanc tenebam rationem. Ethnicorum pagos, quò Baptismi causâ vocabar, ubi primùm attigeram, viros, fœminas, pueròsque unum in locum cogi imperabam. Tum à primis Christianæ fidei elementis exorsus docebam unum esse DEUM Patrem, Filium & Spiritum Sanctum: & simul tribus personis, unòque DEO invocato, ter se quemque ritè signare jubebam cruce. Deinde linteatus generalis confessionis formulam, Symbolum Apostolorum, Decalogum, Pater noster, Ave Maria, & Salve Regina, ipsorum linguâ (hasce enim preces abhinc biennio conversas memoriæ commendâram) magnâ voce illis præibam; sic ut omnes, cujusque ordinis & ætatis, præeuntem sequerentur. Symboli inde capita, & præcepta Decalogi patrio ipsorum sermone explicabam breviter. Ubi satis ad Baptismum eruditi videbantur, præcipientibus eis, ut cuncti publicè à DEO veniam peterent anteactæ vitæ, idque clarâ voce, ac præsentibus iis, qui abhorrebant à Christiana religione, ad improborum videlicet permotionem, & confirmationem bonorum. Demirantur scilicet Ethnici divinæ Legis sanctitatem, sèque tam diu sine veri DEI notitia vivere erubescunt. Christiana mysteria atque instituta audiunt perlibenter: mihi que ipsi homini nequam magnum honorem habent: complures tamen obstinatis animis cognitam respuunt veritatem. Simul ac peroravi, percontor sigillatim ab iis, qui Baptismum expetunt, utrùm singulis fidei

capitibus sine ulla dubitatione assentiantur. Continud illi brachiis, in crucis figuram compositis, una omnes voce clamitant, se verò penitus assentiri. Tum demum eos ritè baptizo, ac suum cuique nomen trado scriptum in chartula. Illi sub Baptismum, suam quisque domum digressi, suas conjuges ac familias ad me Baptismi gratiâ adducunt. Baptizatis omnibus, cuncta Deorum fana disturbari, simulacra comminui statim impero. Nullis verbis assequi possem eam, quam ex ejusmodi spectaculo capio voluptatem; cùm videam everti frangique idola ab iis, qui modò erant idololatræ. In oppidis pagisque singulis Christianam institutionem ipsorum linguâ conscriptam relinquo, & simul præcipio, quemadmodum ea sit tum antemeridianis, tum pomeridianis scholis tradenda. Id ego ubi in uno aliquo pago perfeci, ad alium demigro, ac deinceps in alios. Ita omnem regionem circumiens, incolas ad Christi compello gregem, & quidem majore cum gaudio, quàm ut per litteras, aut coràm explicare queam.

3. Manaria insula hinc abest millia passuum circiter CL: ejus incolæ certos ad me homines allegârunt rogatum, ut quoniam vellent fieri Christiani, ad eos baptizandos proficisci ne gravarer. Ego cùm gravissimis negotiis, maximèque ad rem Christianam pertinentibus distingerer, ire ipse non potui. Itaque certum exoravi Sacerdotem, ut iret meo loco quàm primùm ad illos Baptismò expiandos. Jamque is plurimos baptizârat, cùm Rex Jafanapataniæ, in  
cujus

cujus diti  
quòd Ch  
cavit. Gr  
ne nostrâ  
martyres.  
indulgent  
pro sua s  
humanam  
des, ac n  
tèa, Præt  
tatiq; un  
cædem us  
ut simul a  
pi, valida  
adornari  
ejus iram  
stianorum  
regni illiu  
metu exu  
tuatur in  
cipibus fo  
davit Du  
susceperit  
torum car  
trium trac  
tum eorum  
ne scelus  
salutari po  
à DEO ta

4. Ceila  
millia pas  
Francisco



cujus ditone insula est, complures Neophytos, quòd Christiani facti essent, crudelissimè necavit. Gratulandum est Christo Domino, qui, ne nostrâ quidem tempestate, sinit desiderari martyres. Et quoniam divinâ benignitate atque indulgentiâ tam paucos uti videt ad salutem, pro sua singulari providentia permittit, ut per humanam crudelitatem expleantur destinatæ sedes, ac numerus beatorum. Scripsi ad vos antè, Prætor Indiæ quàm amicus mihi sit, Societatiq; universæ. Is miserabilem Neophytorum cædem usque eò graviter atque indignè tulit, ut simul atque super hac re agere cum eo cœpi, validam classem ad tyranni illius perniciem adornari jusserit. Itaque necesse fuit, justam ejus iram per me ipsum mitigari. Rex ille Christianorum interfector germanum habet, verum regni illius heredem, sed fraternæ crudelitatis metu exulantem. Is si armis a Prætoze restitatur in regnum, pollicetur se cum regni Principibus fore Christianum. Quocircà Prætoz mandavit Ducibus suis, ut ei, si Christiana sacra susceperit, regnum restituant, Regem Neophytorum carnificem occidant, aut ad meum arbitrium tractent. Equidem non diffido fore, ut tum eorum, quos martyriò affecit, deprecatione scelus agnoscat & cæcitatem suam, actâque salutarî pœnitentiâ, veniam aliquando impetret à DEO tam nefariæ crudelitatis.

4. Ceilanus insula est ab Indiæ continenti millia passuum circiter CXX. quò ego nuper Francisco Mansillâ comite profectus sum. Hic Dyna-

Dynasta Regis filius, idemque regni heres statuerat fieri Christianus; quod ubi Rex cognovit, hominem confestim interfici jussit. Narrant, qui præsentes cædi affuerunt, ab se in cælo igneam esse visam crucem, & ubi ille cæsus sit, in hiatu terræ figuram crucis animadvertam: complures incolarum, qui illa portenta conspexerint, ad Christiana sacra spectare. Hujus Dynastæ, quem dixi, frater iisdem permotus prodigiis, Sacerdotem quendam exoravit, ut se salutari ablueret aquâ. Jamque ad Prætorem Indiæ confugit, petitum auxilium contra Regem, qui germanum suum necavit. Cum hoc ego in itinere collocutus, ex ejus sermone magnam concepi spem, brevî Regnum illud Christi fidem secuturum. Nam & populus monstris illis ac signis valde commotus est, & regni hereditas eidem Dynastæ venit, qui nuper est Christianis sacris initiatus.

§. In regno Macazariensi (id abest à Travancoride leucas ferè quingentas) octo abhinc mensibus tres Dynastæ cum aliis plurimis ad Christum aggregârunt sese. Hi Malacam, urbem Lusitanæ ditionis, certos homines miserunt, qui postularent idoneos viros, à quibus divina Lege imbuerentur. Confirmaruntque se, qui adhuc vixissent pecudum ritu, posthac DEI notitiâ cultûque imbutos, hominum esse more victuros. Urbis Præfectus Sacerdotes aliquot ad eos misit, qui id muneris obirent. Vel hinc, Fratres carissimi, intelligere potestis, quantos hîc silvestris ager, & quàm uberes spondeat fructus.  
Equi-

Equidem  
ne, & qu  
Christiano  
minum me  
Si qui div  
pagandæ  
albi ad m  
accipientu  
prorsus ut  
tant. Qui  
Christianæ  
certè tam  
pensa erg  
plures ves  
autem qui  
tium anim  
excipiendu  
suam aper  
dam vires  
providenti  
vi. Kalen  
MDXLV.

Tenelli gr  
ipse quò  
nutum e  
colendam  
De Man  
Tom. I.

Equidem spero pro hujus regionis præparatio-  
 ne, & quasi segete, me hoc anno ad centum  
 Christianorum millia esse facturum. *Rogate Do-*  
*minum messis, ut mittat operarios in vineam suam.*  
 Si qui divini cultus augendi, religionisque pro-  
 pagandæ studio in hæc loca, ubi *campi jam sunt*  
*albi ad messem*, venerint, non humaniter modò  
 accipientur à Lusitanis, sed etiam benignè; sic  
 prorsus ut omnia eis necessaria abundè suppe-  
 tant. Quippe Lusitana gens usque eò est avida  
 Christianæ fidei amplificandæ, ut si nihil aliud,  
 certè tam pium eorum studium, ac tam pro-  
 pensa erga nostram Societatem voluntas com-  
 plures vestrùm huc pertrahere deberet. Nunc  
 autem quid vos facere oportet, cùm harum gen-  
 tium animos tam paratos ad Evangelii semen  
 excipiendum videatis? DEUS vobis sanctissimam  
 suam aperiat voluntatem, & ad eam exequen-  
 dam vires atque animos addat, idèmq; pro sua  
 providentia vestrùm huc mittat quàm plurimos.  
 vi. Kalendas Febr. anni post Christum natum  
 MDXLV. Cocino.

EPISTOLA V.

P. Francisco Mansillæ.

*Tenelli gregis custodia invigilandum: incertus*  
*ipse quò se vertat, quovis paratus solum Dei*  
*nutum expectat. Duram gentem constanter ex-*  
*colendam, Ecclesiasque omnes continuè obeundas.*  
*De Manapares templo, Scholarum magistris,*  
 Tom. I. N ac

*ac de Malabarum Sacerdotibus, si quid peccaverint, castigandis. Cosmum de Pairva violati officii seriò monendum: tum de Arteaga, et Vasco Fernandez.*

1. **C**arissime Pater & Frater mi. Scit Deus intimorum meorum arbiter sensuum quantum libentiùs agerem tecum coram, quam hæc absens scribo; ut eò diligentius & plenius traderem tibi voce vivâ formam modumque isthic operandi, teque gerendi, ad ritè defungendum gravi, quod sustines, officio inserviendi Deo Domino in rectè administrandâ novâ istâ Ecclesiâ, & invigilando in omnes partes custodiae tibi creditæ tenelli gregis Christianorum istorum nuper aggregatorum in Christi ovile. Hæc tamen, utcunque modò licet, strictim insinuo, quia incertus quid me futurum sit, qualemcunque te admonendi occasionem arripere debeo.

2. Det utinam cito nobis Dominus Noster, quam cupidè captamus & dudum expectamus, significationem certam suæ sanctissimæ voluntatis circa res & loca ubi accommodatiùs ad rationes Divini ejus obsequii collocare me operam ipsi cordi est. Ejus ex nutu pendemus, per ipsius gratiam promptissimi ad continuò exequendum quidquid & qualemcunque id fuerit quò se inclinare declaraverit. Habet autem interdum miros id manifestandi modos, tactus arcanos intimè pertentantes fundum animi, ac luce penitus cœlesti perfundentes, ut dubitare his radiis icta mens nequeat, quò sibi eundem, quid-

quidve ag  
dictum e  
eos, ut s  
neant, ad  
oportere,  
rei, quon  
neant qu  
pendium  
in primis  
num aut  
te stare p  
cipiti obs  
mittentis  
Occasus,  
omnia; u  
ctionem o  
nitatis aff  
liusque p  
3. Cert  
Malacam  
ostendi q  
gnis ad  
limâ, vide  
operarios  
cur eorum  
gionem r  
quò à  
occasio,  
rendorum  
sed tenet  
incerto fl  
hærentis

quidve aggrediendum è Dei voto sit. Verissimè dictum est de mortalem trahentibus vitam, eos, ut statûs ac conditionis suæ officium teneant, advenarum esse similes ac peregrinantium oportere, nullius implicatos affectu loci aut rei, quominus liberè volitent & expediti emineant quocunque ratio itineris, ac spei compendium invitaverit. Ad hoc exemplum nostra in primis in diversas, adeoque contrarias regionum aut negotiorum partes pari vigens alacritate stare procincta debet animi præparatio; anticipiti obsequio prompta evolare protinus quò mittentis indicata propensio flexerit. Ortus, Occasus, Auster, aut Boreas, perinde sunt omnia; uno in his cunctis observabili ad electionem discrimine, ubi plus minusve opportunitatis afulgeat Divini honoris luculentius utiliusque promovendi.

3. Certis indicatur mihi nuntiis, aperiri circa Malacam ostium ingens Evangelio, & campum ostendi quo excurrere industria, cum spe insignis ad Dei obsequium operæpretii verisimilimâ, videatur nostra posse: deesse quippe illic operarios messi maturæ: ita ut satis constet, cur eorum tractuum plurimi ad Christi Religionem non convolent, unicam esse causam, quòd à nemine vocentur. Hæc me, fateor, occasio, amplificandi Christi Regni & professorum Ecclesiæ finium, pellacissimè allecat: sed tenet hîc Jafanapatense negotium, adhuc incerto fluctuans exitu. Hic unus deliberationis hærentis de meâ profectione Malacensi nodus

est; quem si tempus explicuerit (quod sperabam fore intra imminentem Majum) repentè me conferam Malacam; ac si perspicere illic poterò Deum velle uti operâ meâ in Insulis Macazaris (ubi Christi legem quidam amplexi recentissimè feruntur; eoque Rex ipse loci evocasse Malacâ Præcones Evangelii scribitur; quos ut impetrare potuerit vereor, nullos enim ibi puto ad id idoneos reperiri) si, inquam, ante finem mensis Maji planè constituerò, eundum mihi Malacam ad hoc esse; non priùs solvam quàm misso ad Dominum Prætorem Tabellario certiorum eum mei consilii fecerim, atque ad Malacæ Præfectum commendatitias ab eo petierim, quibus jubeatur præstò esse auxilio & favore ubicunque nobis opus fuerit, Deo Domino Nostro inservientibus in conversione Gentium illarum. Hæc si ut destino succedent, & proficisci me in Macazariam res poscet, non conscendam tamen navem antequam te de re totâ literis Malacâ datis admonuero.

4. Interim oro te ne frangaris aut defatigeris animo; neve contentionem remittas longis istis ac duris rudis Gentis excolendæ laboribus. Assiduè concursa pagos istos universos, dicens quotidie ad populum, & diligentissimè cavens, ne quem uspiam recens natum infantulum Baptismo inxpiatum relinquant. Invigila præsertim in locis singulis in institutionem puerorum per quotidianas Catecheticas scholas, sedulò instans ut iis præpositi Magistri munere suo fungantur quàm accuratissimè. A Joanne Crucis  
bis mil-

bis mille F  
coëgit in  
pendendam  
numerum  
repetes;  
ge, aut  
procurans  
versæ vic  
stianæ Do  
te tenère,  
locorum i  
trahes. Se  
sias obibis  
Sic pro  
Deo grat

5. Cum  
Ædi sacra  
reparandu  
ctum rati  
à Jacobo  
sui duo m  
vancoris a  
extruenda  
ciscus Co  
rit resciri  
vatis bis  
supererit,  
matur. I  
mihi vide  
fiat, cur  
orbem ite  
bus; nus

bis mille Fanoës accipies, quam ille pecuniam coëgit in sumptum institutionis puerorum impendendam; quem eodem destinatum Fanoüm numerum P. Joanni de Lizana reliquisti, ab eo repetes; & sicubi opus sit scholas novas erige, aut veteres instaure, omni sollicitudine procurans, ut planè in cunctis Oræ istius universæ vicis aut pagis pueruli elementa Christianæ Doctrinæ & orationes, quas debent mente tenère, continenter doceantur. Tu nusquam locorum istorum domicilium figes, aut moram trahes. Sed continuè lustrabundus omnes Ecclesias obibis, ut ego faciebam dum isthic essem. Sic pro certo habe, magnam te initurum à Deo gratiam.

5. Cum essem Manapare cognovi de damno Ædi sacræ loci ejus illato, & quantâ ad id reparandum opus est pecuniâ, subductis ad exactum rationibus, æstimavi. Ea summa petatur à Jacobo Rebello, apud quem ego ipse deposui duo millia Fanoüm, quæ donavit Rex Travancoris ad templa Christianorum in suis terris extruenda. Ex his aliquid jam expendit P. Franciscus Coëllius. Id quantum sit, ex ipso poterit resciri. Ex illis quidem aliis à Crucio servatis bis mille Fanoibus, quamdiu quidquam supererit, totum in scholas & magistros insumatur. Idque, quod nunquam satis inculcasse mihi videor, ut constantissimè ac diligentissimè fiat, curare Te in primis cupio, perpetuis in orbem iterandis singulorum vicorum lustrationibus; nusquam omissâ Divini Verbi & Sacra-

mentoribus administratione, prout egere Christianos ubique perspexeris: nec laicos tibi commendo solos; verum Sacerdotes aut Clericos qui ex Gente Malabarum ordinati sunt, & ipsos explora vel in primis, seriò admonens, & quibus res poscit modis procurans, ut piè ac castè vivant, suis ad Dei obsequium ministeriis fungendis, salutari virtutis & innocentiae exemplo plebi proponendo.

6. Omiseram circa Joannem de Lizanà te monere, ut in repetendâ de quâ dixi ex eo à te ipsi relictâ pecuniâ, deducas de summâ Fanoës centum, quos ille mihi dedit mutuos cum tu esses Punicale, impensos à me in curam solitam Ecclesiarum & Catecheticarum lectionum: quare istud nomen ex pecuniâ impensis Scholarum assignatâ dispungi poterit: de cetero cavere te vel scrupulosè jubeo, ne quem in alium quantumvis bonum usum, argentum in salarium Catechistarum & Magistrorum corrogatum derivetur.

7. Subvereor ne stomacheris me, quasi memoriæ diffidentem tuæ, eadem iterata sæpius oggerere, sed ignosce solitudini æstuante affectu in cautiones fortasse supervacaneas excedenti; & boni consule rogari te denuò vehementer à me, duo ut ista summaria commendationis meæ instantissimæ capita primo semper loco teneas, ut momenti meo judicio gravissimi. Prius est de assiduâ lustratione pagorum à te perpetuò cursante, nusquam hærente, irrequietè obeundâ, baptizandis ubique pueris recens

cens natis erudiendis tinet ad volo excu exemploru tu Malaba obligent, Si verò qu ce, per I nam potes ut gladium gente occ fensas, pr junctas, i multis vix

8. Cosm randâ co quibus est satus; ite homicidiis ditate nat veni priva stra; quâ restitui ab quos Lusit si speraren ctum. Te haud cessa candi & P litteras au pœnas ex cum Princ



cens natis; adultioribus & Doctrinæ capacibus erudiendis, aut erudiri curandis. Alterum pertinet ad vigiliam acrem & intentam quâ te volo excubare in explorationem morum & exemplorum, quæ de se plebi dant Clerici ortu Malabares; ne & ipsi æternæ se damnationi obligent, & alios in Tartarum secum trahant. Si verò quid in iis pravum deprehenderit, coercere, per Deum, ac castiga citò & fortiter, nam potestatem quam ad id plenam habemus, ut gladium in vaginâ, otiosam relinquere, urgente occasione vindicandi gravissimas Dei offensas, præsertim cum multorum scandalo conjunctas, imputaretur nobis in scelus ingens & multis vix suppliciis expiabile.

8. Cosmum de Paivâ fac adjuves in exonerandâ conscientia à furtis rapinisque plurimis quibus est per istam oram licentissimè grassatus; itemque à concussionibus, flagitiis & homicidiis, quæ occasione ex ejus effræni cupiditate natâ, perpetrari Tutucurini contigit: conveni privatim hominem, & ei amicè demonstra; quàm ad ejus honoris rationes intersit restitui ab eo pecuniam iis per ipsum extortam quos Lusitani occiderunt. Scriberem ad illum, si sperarem inde ullum emendationis ejus fructum. Te velim monere ipsum meo nomine; haud cessare me posse ab officio urgente indicandi & Regi & Domino Indiæ Prætori, per litteras aut coràm, pessima ejus facinora, ut pœnas ex ipso meritas repetant, tum agendi cum Principe Domino Henrico Sacri Tribunalis

Quæstionum in Religione capitalium Præsides, ut is pro supremâ in eo Ecclesiastico foro potestate, lege in ipsum agat, tanquam impedientem conversionem Infidelium, crudelissimè persecuendis iis qui recens ad Nostram Sanctam Legem & Fidem accesserunt. Adjunge post omnia, unum restare modum occludendi mihi os, & tam gravia in ipsum mox eruptura mala declinandi, maturam & illustrem pœnitentiam, operibus offensionis publicæ satisfactoris se proferentem; reddendis videlicet continuò malè partibus, & cæterâ juxtâ disciplinam Christianam professione rescipientis animi, ac cum præterita scelera damnantis, tum innocentiam pollicentis in posterum.

9. Si fuerit adhuc isthic Joannes de Artiagâ, nolim eum in istâ Orâ patiari amplius consistere, atque adeo, ut inde facessere cogatur, seriò denuncia Cosmo de Paivâ, ne ipsi quidquam deinceps pecuniæ ad victum necessariæ numeret, quod quidem imputetur nobis, qui utique non judicamus expedire versari eum amplius in istâ Regione. Vasum Fernandem hanc tibi redditurum Epistolam excipe hospitio, confido enim de Domini Dei Nostri benignitate jam in ipsum non vulgaribus gratiis exprimi cœptâ, aggregatum hunc iri Societati Nostræ. Adolescens est frugis optimæ, ingentibus Deo generosè serviendi desideriis flagrans, qualibus quàm æquum sit cooperari & favere nos impensè, profectò, ut non admoneam, per tè perspicias. Expecto accuratas à te literas, prolixè docturas; ut ipse vale-

valeas, quæ  
excolis, quæ  
de Paivâ  
reposerit  
nus Deus  
xilio suo  
Vale. Neg

M. Jac

*Impedita  
S. Thon  
divina  
De Soc  
venturi*

i. J Afa  
Ita  
Rex ille  
Totam re  
taniæ, è  
diam rep  
regni fin  
Rex inva

valeas, quo successu contendas, Christiani quos  
 excolis, num & quantum proficiant: Cosmus  
 de Paivâ ecquid jam resipuerit, jam quæ rapuit  
 reposuerit spoliatis ab ipso Christianis. Domi-  
 nus Deus Noster præstò sit semper vobis au-  
 xilio suo tanto, quantum mihi ego ipsi cupio.  
 Vale. Negapatano VII. Idus Aprilis An. MDXLV.

Tuus in Christo Frater

*Franciscus.*

EPISTOLA VI.

M. Jacobo Borbano, & P. Paulo Camerti.

*Impedita in Jafanapataniam expeditione, apud  
 S. Thomam Macazariam petere constituit, de  
 divina voluntate atque auxilio planè certus.  
 De Sociis Comorinensibus, aliisque e Lusitania  
 venturis.*

Gratia & Charitas D. N. &c.

1. **J**afanapatania expeditio ad nihilum recidit.  
 Itaque in regnum suum non est restitutus  
 Rex ille, qui pollicitus erat fore se Christianum.  
 Totam rem casus impedit. Navis Regis Lusi-  
 taniæ, è Regno Peguano mercibus onusta In-  
 diam repetens, vi tempestatis in Jafanapatani  
 regni fines appulsa est: ejus merces continuo  
 Rex invasit. Placuit Lusitanis, quoad amissa  
 recu-

recupcrassent, bello supersederi. Ita factum non est, quod Prætor fieri jusserat: verum si Deo cordi erit, fiet. Negapatone sedi aliquot dies: demum ventus reversioni adversus meum iter avertit. Itaque casu in consilium verso, contuli me ad oppidum S. Thomæ: in sanctissima illa Apostoli Æde assiduis precibus obsecrare institi DEUM, ut mihi voluntatem aperiret suam, cui non deesse, fixum ac deliberatum haberem. Confidebam scilicet fore, ut *qui dedit velle, daret etiam perficere*. Hic igitur ille pro sua insita misericordia recordatus est mei. Magnâ enim animi lætitiâ perfusus, velle DEUM sensi, ut Malacam, inde Macazariam peterem, ubi nuper indigenæ ad Christum se adjunxerunt plurimi; ibique Neophytos illos in suscepta religione confirmarem. Proinde Christianæ Fidei rudimenta atque præcepta, cum brevi eorum explicatione, in ipsorum linguam vertenda curavi. Par est enim, qui suâ sponte facti sint Christiani, hos à nobis omni ope juvari; atque ut Fidei incrementum, & vires ad divinam legem servandam necessarias petant à DEO, preces in suum sermonem conversas in promptu habere: nimirum Pater noster, Ave Maria, aliasque preces, maximè verò formulam Confessionis generalis. Ea quippe, sua quotidie DEO peccata confitentibus erit Confessionis Sacramentalis loco, quoad Sacerdotum Macazaricæ linguæ peritorum sit copia.

2. P. Franciscus Mansilla, cum Sacerdotibus aliquot Malabaribus apud Christianos Comorin-

nen-

nenses man  
quaquam d  
zambicum  
expectamu  
deutes se  
itinere DE  
quidem, ut  
gaudiòque  
non est g  
certum ac  
stinctu con  
viderer pla  
in vita, a  
re jam pos  
Lusitani na  
cæ navi M  
verebor. T  
jus unius c  
onerariæ H  
piam Mala  
fretus illâ  
nem utiqu  
habeo. Q  
tres cariss  
ciis, assidu  
DEO com  
exeunte, u  
ves enim  
expectant  
Peto à Præ  
censis Præ  
iter Maca

nenses manet. Ubi autem illi sunt, mea haud  
 quaquam desideratur opera. Patres, qui ad Mo-  
 zambicum hiemarunt, cum aliis, quos hoc anno  
 exspectamus, Ceilanos Dynastas domum re-  
 deuntentes sequentur. Equidem spero, mihi in hoc  
 itinere DEUM permagno auxilio futurum. Si-  
 quidem, ut dixi, tanto cum animi mei sensu  
 gaudiòque, quid potissimum à me requirat,  
 non est gravatus ostendere. Mihi verò adeò  
 certum ac fixum est perficere, quod divino in-  
 stinctu concepi, ut si fortè id præmitterem,  
 viderer planè mihi pugnare cum DEO, neque  
 in vita, aut post mortem quicquam jure spera-  
 re jam posse. Itaque si fortè hoc anno deerit  
 Lusitani navigii facultas, Saracenæ aut Ethni-  
 cæ navi Malacam petenti committere me non  
 verebor. Tantàmque habeo DEI fiduciam (cu-  
 jus unius causâ hoc iter suscipio) ut si nullius  
 onerariæ hoc anno esset copia, & scapha quæ-  
 piam Malacam versùs hinc solveret, divinâ ope  
 fretus illâ ipsâ trajicere non dubitarem: om-  
 nem utique spem in DEO fixam ac locatam  
 habeo. Quare per eum ipsum vos rogo, Fra-  
 tres carissimi, ut vestris quotidianis Sacrifi-  
 ciis, assiduisque precibus me hominem nequam  
 DEO commendare ne desinatis. Augusto mense  
 exeunte, ut opinor, proficiscar Malacam: na-  
 ves enim eò profecturæ idoneam tempestatem  
 expectant, quæ eo tempore existere solet.  
 Peto à Prætore per litteras diploma, ut Mala-  
 censis Præfectus navigii, ceterarùmque rerum ad  
 iter Macazariense necessariarum mihi det facul-  
 tatem.

tatem. Mando vobis, ut pro vestra in DEUM charitate illud diploma conficiendum, atque ad me per hunc ipsum tabellarium perferendum curetis. Breviarium simul Romanum mittetis pusillum. Cosmo Anio, nostri amicissimo, viròque fidelissimo, meis verbis salutem plurimam. Ei nihil separatim scribo, quòd hanc vestrùm trium communem esse epistolam velim.

3. Si qui è nostra Societate peregrini, & Lusitanæ linguæ rudes venerint, eos nostratem sermonem addiscere opus erit: alioquin hisce in locis, qui intelligat, quid dicant, nemo erit. Ego vos Malacâ de Christianis jam factis, de-que præparatione Ethnicorum faciam certiores, ut isthinc idoneos homines ad nostræ fidei propagationem destinetis: nam domum istam, quæ Sanctæ Fidei appellatur, nomen suum factis tueri oportet. (Pluribus ad vos scribam per Patamesses, qui Julio mense proficiscentur:) Christus Dominus in sua nos felicitate jungat; nam in hac vita an revisuri nos simus, ignoro. VIII. Idus Majas. Ex oppido S. Thomæ.

## EPISTOLA VII.

Societati in Lusitaniam.

*De duobus Regibus neophytis, & corpore Sancti Thomæ Apostoli, de Joanne Duro, de Macazariensium sacris, Sociisque in Indiam mittendis.*

Gra-

1. Scripsi  
dia  
per Christi  
Ex itinere  
cùm Chris  
stoli Thom  
consilio, u  
expectanti  
mercator  
vino instin  
cum unâ di  
stibus non  
quasdam m  
quidem ipse  
quidem at  
nuntidque  
xus est pa  
distat à Go  
venimus. I  
ricæ trans  
niunt, mir  
tam atque  
se Deorum  
ad veneran  
DEO colit  
lam esse.  
vestra ergo  
rissimi, ut  
migretis: v  
nuria. Sic

Gratia &amp; Charitas D. N. &amp;c.

1. **S**cripsi ad vos, Fratres charissimi, ex India, iturum me ad Macazares, ubi nuper Christianis sacris initiati sunt Reges duo. Ex itinere ad oppidum S. Thomæ (ubi omnes, cum Christiani, tum barbari, sanctissimi Apostoli Thomæ corpus esse confirmant) appuli eo consilio, ut inde Malacam pergerem. Hic igitur expectanti mihi navigationis opportunitatem, mercator quidam (Joanni Duro nomen est) divino instinctus afflatu se socium addidit. Is mecum unâ dies aliquot versatus, cum de rebus cœlestibus nonnulla cognovisset, sentire cœpit alias quasdam merces reperiri, suis longè meliores; quas quidem ipse nunquam ad eam diem ne suspitione quidem attigisset. Itaque omissis mercimoniis, nuntidque mercaturæ remisso, Evangelicam amplexus est paupertatem. Nuper Malacam (quæ urbs distat à Goa leucas ampliùs quingentas) ambo pervenimus. Ibi jam occasionem captamus Macazaricæ transmissionis. Qui à Macazaribus huc veniunt, mirè illam gentem ad Christi cultum aptam atque idoneam esse nuntiant. Nulla inibi esse Deorum fana; nullos qui populum impellant ad venerandos Deos. Solem dumtaxat ab illis pro DEO coli: religionem præterea apud illos nullam esse. Quare vos etiam atque etiam pro vestra erga Christum charitate oro, Fratres charissimi, ut multi quotannis è Societate huc demigretis: vestri enim similium summa est penuria. Sic autem habetote, ad aggregandos  
Chri-

Gra-

Christo hosce Ethnicos, non magna eruditione opus esse; sed magno virtutum usu, magnaque vi divini Spiritus: quem DEUS pro sua benignitate omnibus nobis impertiat. Amen. iv. Idus Novembris MDXLV. Malacæ.

## EPISTOLA VIII.

Eidem.

*Eadem, quæ superiori, uberiùs; deinde quid agat Malacæ, ubi jucundissimæ Sociorum literæ sibi redditæ.*

Gratia & Charitas D. N. &c.

I. **D**e meis rebus scripsi ad vos pluribus verbis ex India, priùs quàm Macazariam versùs discederem, ubi Reges duos Christianos factos accepimus. Unum jam dimidiatùmque mensem Malacæ sedeo, idoneam tempestatem navigandi in Macazariam captans. Hinc post tantumdem temporis, DEO approbante, solvemus. Absunt Macazares ab urbe Goa leucas amplius M. Qui illinc venerunt, gentem perappositam esse narrant ad Evangelium; ut maximus illis locis Christianorum numerus fieri possit. Nulla apud eos Deorum templa, nulli superstitionum antistites. Solem ipsum orientem colunt; prætereà nihil. Verùm populi continenter inter se bellum gerunt. Ex quo Malacam attigi, (quæ urbs est maritima, mercatorum

torum co-  
occupation  
verba faci  
mihi plac  
gravantur  
ampliùs s  
in valetud  
iisdem fac  
impertio.  
obruor, u  
queam. P  
vertendo  
Macazares  
eorum, q  
sermonem  
puli, cui  
S. Thomæ  
In eo opp  
centum; t  
ubi Apost  
colæque u  
expectans,  
applicuerat  
rum specin  
quasdam r  
ipse nunq  
mercibus  
zaricæ pr  
Duro est  
in omni v  
Domino in  
triginta; p



torum commercio celebris) piæ non desunt occupationes. Dominicis diebus ad populum verba facio: quamquam meæ conciones minùs mihi placent, quàm iis, qui me audire non gravantur. Quotidie pueris per horam, eoque ampliùs solemnes preces trado: diversor in valetudinario; ægrorum audio confessiones, iisdem facio rem Divinam, & Christi corpus impertio. Confiteri cupientium multitudine sic obruor, ut omnibus satisfacere nullo modo queam. Plurimum temporis pono in Catechismo vertendo ex Latino in eam linguam, quam Macazares intelligant: sanè laboriosum est, eorum, quibuscum verseris, funditus ignorare sermonem. Discedens ex India, ad oppidum ap- puli, cui S. Thomæ nomen est, ubi indigenæ S. Thomæ Apostoli corpus asservari perhibent. In eo oppido familiæ sunt Lusitanorum ampliùs centum; templùmque visitur sanè religiosum, ubi Apostoli corpus esse consentiunt incolæ ac- colæque universi. Ibi Malacensem navigationem expectans, in mercatorem incidi, qui navim eò applicuerat cum mercibus suis. Is divinarum re- rum specimen cùm cepisset, facilè sensit, alias quasdam merces longè pretiosiores esse, quas ipse nunquam antea vidisset. Itaque navigio ac mercibus relictis, mihi se socium, & Maca- zaricæ profectionis comitem adjunxit; Joanni Duro est nomen: certum jam fixumque habet, in omni vita paupertatem colere, Christòque Domino inservire. Natus est annos quinque & triginta; perpetuus mundi miles se ad Christum

tran-

I.  
eruditione  
magnaque  
sua beni-  
Amen. iv.

I.  
de quid agat  
a literæ sibi

&c.  
luribus ver-  
Macazariam  
Christianos  
aidiatumque  
empestatem  
Hinc post  
ante, solve-  
Goa leucas  
entem per-  
um; ut ma-  
merus fieri  
empla, nulli  
osum orien-  
populi con-  
x quo Ma-  
ma, merca-  
torum

transtulit, ac valde expetit vestrâ deprecatione commendari se DEO.

2. Malacæ multæ mihi litteræ, partim Romanæ, partim Lusitanæ redditæ sunt; ex quibus incredibile est, quantum ceperim, quotidieque capiam voluptatis. Quoties eas lego (lego autem sæpissimè) sic afficio, ut me isthic vobiscum, aut vos hic mecum esse existimem; quod si corporibus non licet, certè animis licet. Patres, qui isthinc cum Joanne Castro venerunt, Goâ ad me Malacam scripserunt de adventu suo. His ego nunc rescribo, ut eorum duo in Comorinum Promontorium proficiscantur, opem laturo Francisco Mansillæ, quem ibi cum tribus Sacerdotibus indigenis Comorinenses Christianos instituentem reliqui. Tertium Goæ manere jubeo, & in Collegio S. Fidei alumnos litteris erudire. Quoniam navis maturat profectionem, nihil attingam eorum quæ scripsi ex India. Anno insequenti de Macazaribus (si DEO cordi erit) multa perscribam. Unum vos oro, Fratres mihi charissimi, ut quot annis multi huc è Societate veniatis: hinc enim opus est multis. Nec verò ad Ethnicorum conversionem multa doctrinarum cognitio requiritur, sed multa exercitatio virtutum. Finem facio, DEUM obsecrans, ut nobis & suam voluntatem indicet, & ejus exequendæ tribuat facultatem. iv. Idus Novemb. Malacâ.

EPI-

Socios peti

I. **Q**ua

cionatore  
Peccandi  
plurimæ.  
excellant  
lant utiqu  
virtus ma  
quam pro  
ferat. Et  
norum vin  
Regi Lus  
qui in In  
illorum e  
debemus.  
hac unâ  
re possum  
gotiis sur  
scientias  
explorata  
minus no  
dia multo  
in vineam  
erit, si m  
conjunga  
Tom. I.

## EPISTOLA IX.

P. Simoni Roderico.

*Socios petit virtute et doctrina præstantes.*

Gratia &amp; Charitas D. N. &amp;c.

I. **Q**uæso te atque obsecro per viscera JESU Christi, ut huc submittas quàm plurimos à Societate: omnes autem, sive Concionatores, sive alios spectatâ virtute viros. Peccandi enim illecebræ hisce locis se offerunt plurimæ. Itaque ut litterarum scientiâ non excellant, oro te etiam atque etiam, ut excellent utique virtute: quoniam his quidem locis virtus magis quàm doctrina spectatur: quamquam probitas litteris ornata scilicet palmam ferat. Etenim Indiæ arces ac præsidia Lusitanorum viros doctos ferme requirunt. Nos autem Regi Lusitaniæ, patrono optimo, & Lusitanis, qui in India versantur, plurimum pro summa illorum erga nos benevolentia ac liberalitate debemus. Quibus quidem aut nulla ratione, aut hac unâ gratiam pro tantis eorum meritis referre possumus, ut quoniam multis magnisque negotiis sunt implicati, eorum animos atque conscientias expediamus, ut explicatam habeant & exploratam rationem salutis suæ. Christus Dominus noster pro sua benignitate ac misericordia multos, eosque bonos operarios, conducatur in vineam suam, nosque, ubicumque ei visum erit, si minùs in terris, in cælo quidem certè conjungat. Amen. x. Kalend. Julias. Malacæ.

Tom. I.

O

EPI-

EPI-

## E P I S T O L A X.

PP. Paulo Camerti, Joanni Beiræ,  
Antonio Criminali.

*Relictâ Macazarîâ cogitat Amboinum. Beiram et  
Criminalem in Comorinum evocat: Paulo Ca-  
mertî curam domus Goanæ et obedientiæ studium  
inculcat: accedit singularis Simonis Botelli com-  
mendatio.*

*Gratia & Amor Christi Domini Nostri  
adsit semper nobis auxilio &  
favore. Amen.*

1. **P**rolixis literis quas ad Vos per P. Com-  
mendatorem misi, fusè vobis exposui,  
esse me in procinctu ad iter Macazarem ver-  
sus: sed quòd posterioribus inde nunciis acce-  
perimus, haud quaquam esse illic res tam bono  
loco ac nobis fuerat persuasum, non sum illuc  
profectus; cogitoque modò Amboinum, ubi &  
multi jam Christiani sunt, & quæ cæterorum  
docilitas laudatur, multorum ad Ecclesiam facile  
secutura videtur accessio. Inde ad Vos scribam  
quæ præsens videro de regionis ejus statu, de-  
que dispositione indigenarum ad fidem, ac fru-  
ctu qui verisimiliter sperari ex laboribus ibi  
exantlandis potest. Pro usu quem præsentî ex-  
perientiâ mihi peperî rerum Promontorii Como-  
rinensis & Goæ, quemque, Deo juvante, com-  
para-

parabo An-  
cum eos  
potissimè  
industriam  
utilius.

2. Quo  
Joannes  
subitò ab  
quamprimò  
rini, ubi  
ram quan-  
ciscum M  
peritus es  
telligetis  
oporteat  
Mansillar  
vos, eo  
proficisca-  
faciatis;  
causâ, or-  
nè cupio  
Lancillott  
fitendâ i  
missus es  
Caritas,  
præscribit

2. Paul  
per quo  
ut acriter  
Domus i  
etiam co  
exhibeas

parabo Amboïnensis & Moluccensium tractuum, cum eos inspexero, scribam ad vos in quibus potissimum horum locorum collocari vestram industriam ad majus Dei obsequium videatur utilius.

2. Quod nunc est, rogo Vos Carissimi Patres Joannes de Beira & Antoni Criminalis, ut subito ab his visis literis, expediatis vos ad quamprimùm eundum in Promontorium Comorini, ubi utiliolem Dei obsequio navabitis operam quam isthïc Goæ: unde assumetis P. Franciscum Mansillam, si forte ibi sit; ipse enim peritus est Comorinensis regionis, & ab eo intelligetis quo pacto vivere & operari vos illic oporteat. Omnino velim, si Patrem, ut dixi, Mansillam hæc literæ Goæ repererint, ut ambo vos, eo tertio adjuncto, simul in Comorinum proficiscamini. Per Deum oro vos ne aliter faciatis; neve, quacumque demum obstante causâ, omittatis profectionem istam, quam planè cupio, & judico necessariam. P. Nicolaus Lancillottus subsistet in Collegio S. Pauli, profitendâ ibi Grammaticâ, ad quod è Lusitaniâ missus est. Quia confido Vos, quæ vestra est Caritas, non aliud facturos quam quod hæc præscribit epistola, plura de hoc non addam.

2. Paule Camers carissime, multum oro Te, per quo JESUM Christum amore prosequeris, ut acriter invigiles utilitatibus & conservationi Domûs istius. Ante omnia Tibi etiam atque etiam commendo, ut plenam perfectamque exhibeas obedientiam iis qui ejus Domûs qualem-

cunque Præfecturam exercent. Sic habe, nihil Te ullâ in parte mihi grâtius, nihil posse jucundius facere, quàm si planè ad nutum ipsis obtemperes. Equidem si isthic essem, nihil, ne minimam quidem quantulumcunque, facerem contra vel præter auctoritatem & voluntatem coram qui Sancto isti Domicilio præsent; obsequereturque illis diligentissimè in omnibus quæcunque mandarent. Optoque ac spero Deum intimo in animam tuam afflatu inspirationis suæ persuasurum Tibi penitus, nullâ Te re majorem inire ab se gratiam posse, plusque ad suum obsequium laudemque conferre, quam, ejus amore, abnegando tuam propriam voluntatem.

4. Scribe ad me quæso singillatim de cunctis nostris Patribus ac Fratribus, præcipuè de P. Francisco Mansilla, per navem quæ solutura isthinc Moluccum versùs est. Scio Te id facturum fusè ac diligenter; & jam nunc præcipio spe ac desiderio voluptatem quam mihi literarum istarum afferet lectio. Rogo Vos, Carissimi Fratres, orate continuè pro me quotidianis vestris cum Deo colloquiis & Sanctis Sacrificiis. Indigeo peculiariter isto à vobis auxilio propter discrimina quæ adeo, navigans in terras barbaras, omnis generis periculis infestas.

5. Proficiscitur hinc ad vos Simon Botellus, benè affectus erga istam Sanctam Domum. Referet ille vobis minutè de me ac rebus meis. Amicissimo illo utor, vicissimque amo hominem plurimùm, est enim vir valde bonus & Dei amans ex vero. Rogo Te ut ejus amicitiam dili-

diligenter officia curatum opus vigationis significatio utinam illatum enim Noster, C suâ Sancta vitâ tam Kal. Janu

*Animabus  
ac Sanctis*

1. **C**hristi n officiiis sa rigat anim primis & sio & ad in naturâ Christiani narum Pe dem offic cum men

diligenter colas. Omnia ille in me veri amici officia cumulatè præstitit, dono mittens quantum opus fuit ad viaticum & instrumentum navigationis hujus meæ, cum benevolentissimâ significatione præstantis caritatis. Remuneret utinam illum meâ vice, qui potest, Deus: quantum enim illi debeam, sentio. Deus Dominus Noster, Carissimi Fratres in Christo, nos in suâ Sanctâ Gloriâ conjungat, quando in istâ vitâ tam variè dispersi degimus. Malacâ xvii. Kal. Januariæ Anno MDXLV.

Vester minimus Frater in Christo

*Franciscus.*

EPISTOLA XI.

*Animabus salutis æternæ cupidis. Vitæ Christianæ ac Sanctè transigendæ formula.*

I. Christianus qui ultra inanem nuncupationem verbi, talem se præstare solidis officiis satagit, manè cum primùm evigilat, arripit animum ad tria quædam agenda, Deo in primis & debita & grata. Primum est Confessio & adoratio Sanctissimæ Trinitatis, Dei unius in naturâ, in Personis Trini. Character est Christianismi, agnitio & veneratio Trium Divinarum Personarum in unâ Essentiâ, cujus quidem officio professionis Signi Crucis expressione cum mentione Patris & Filii & Spiritus Sancti,

cti, prout suos Filios docet Ecclesia, defungimur: Si tamen & manus motum & sonum linguæ congruâ devotæ mentis attentione comitatur. Consigna ergò statim ac expergisceris frontem & pectus, solemnè simul prolatâ invocatione Trinitatis, profundâ demissionè religiosi animi, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, unum æternum, Omnipotentem summè bonum adorans Deum.

2. Alterum ab hoc est trium Theologicarum virtutum exercitium, quo velut primitias diurnarum actionum consecrare Creatori, & ejus maturè conciliare tam ad omnia necessarium favorem decet. Recita igitur Fidei Symbolum singulos Articulos animo exprimens, & adhæsione firmissimâ cuncta complectens Divinæ naturæ ac personarum, Incarnationis, Vitæ, Mortis, Resurrectionis Christi, Ecclesiæ quoque sanctæ, ac reliqua ibi exposita dogmata: inter pronuncian- dum hæc mente versans: Persuasissimum habeo quæ de Te, Deus meus une ac Trine, quæque de Filio Patris æterni pro me homine facto, pro me passo, mortuo, reviviscente, cum Patre & Spiritu Sancto in Cœlis regnante, & quidquid aliud Sancta Catholica Apostolica Romana docet ac profitetur Ecclesia; paratus omnem jacturam, omnem vim perpeti, sanguinem quin etiam ac vitam priùs profundere, quàm extorqueri mihi fidem illam sinam, aut de ullâ ejus parte dubium unquam vel minimum admit- tam. In hac confessione certissimum mihi est vivere & mori: quod si cum ad supremam ho-  
ram

ram veneri  
tempore c  
tiâ Te JE  
in Te cre  
sissimè sub

3. A Te  
SU, & à  
ut pertua  
cooperand  
gis præcep  
ad gloriam  
ac vocare  
Deus amo  
ac detesto  
displicent  
comparabi  
conor, ca  
speciosaru  
mo: firmis  
quam me  
quidquam  
supremæ  
in pericul  
quâ perse  
deliberatis

4. Terti  
principium  
est auxiliu  
decem ma  
doquidem  
nisi per  
distinctè p



ram venerim fari non potero, jam hinc pro eo tempore conceptis verbis ex animi mei sententiâ Te JESUM Dominum Dei Filium agnosco, in Te credo, Tibi omnes meos sensus demississimè subjicio. Amen.

3. A Te quoque, mi Redemptor Christe JESU, & à tuâ Divinâ misericordiâ spero, fore ut per tua merita, adjutus auxiliis tuæ gratiæ, coöperando bonis operibus, & sanctæ tuæ Legis præcepta exequendo, perveniam aliquando ad gloriam & felicitatem ad quam me creare ac vocare dignatus es. Amen. Te præterea, mi Deus amo super omnia, & ex toto corde odi ac detestor peccata quibus te offendi, quia tibi displicent summè bono, & amabili; cui ut incomparabilem debere me fateor, & exhibere conor, caritatem, ita te longè supra omnium speciosarum & præstantium rerum pretium æstimo: firmissimèque & irrevocabiliter statuo nunquam me consensurum in offensam tui, aut quidquam quomodolibet acturum, quod tuæ supremæ minùs probatum bonitati, me conjiciat in periculum excidendi à tuâ sanctâ gratiâ, in quâ perseverare ad extremum usque spiritum deliberatissimum mihi est. Amen.

4. Tertio ad ritè initiandum diei ac vigiliæ principium, petendum à Deo Domino Nostro est auxilium suæ gratiæ ad exactè observanda decem mandata sanctissimæ Legis suæ, quandoquidem salutem æternam nemo assequi potest nisi per eorum observationem. Recitet ergò distinctè præcepta Decalogi: & post ea ped-

tentim & attentè pronuntiata, jungat hæc verba : dicit Deus Dominus Noster, eos qui observabunt & opere implebunt ista decem mandata, ituros in Paradisum, ubi summâ felicitate æternum perfruantur. Dicit Deus Dominus Noster, eos qui non observabunt & opere implebunt ista decem mandata, ituros in infernum, ubi sempiternis cruciabitur torquebuntur.

5. Addat Orationes has duas ad impetrandam observationem Mandatorum Dei.

6. Oro te & obsecro Domine mi JESU Christe, da mihi gratiam hodiè & toto tempore vitæ meæ perfectè observandi hæc decem præcepta.

7. Oro & obsecro te Domina mea Sancta Maria, intercede pro me apud tuum benedictum Filium JESUM Christum, & impetra ab eo ut mihi det hodiè & toto tempore vitæ meæ gratiam perfectè observandi hæc decem mandata. Amen.

8. Pronunciet postea cum devotâ cordis attentione hanc orationem ad Deum Dominum Nostrum.

9. Deus meus Omnipotens, Pater animæ meæ, Creator universorum quæ in mundo sunt: in Te Deus & Domine, in quo totum meum bonum situm est, certissimam fiduciam colloco; & sine ullâ dubitatione spero, me salutem æternam consecuturum à tuâ gratiâ per merita infinita mortis & Passionis Domini mei JESU Christi, quantumvis peccata quæ commisi à tenerâ ætate meâ usque ad hunc diem, valde  
ma-

magna &  
& dedisti  
habeo. T  
imaginem  
mi Deus  
quod trib  
tui JESU  
ne, pecc  
nis Dom  
exilibus a  
à potesta  
gloriâ Pa

O Do  
rum  
que ac S  
Tibi Don  
jam nunc  
ves à mu  
inimici n  
optantes  
infernum  
sima, or

Ora

O Mi  
cha  
mortis m

magna & multa sint. Tu Domine creasti me, & dedisti mihi corpus & animam, & quantum habeo. Tu solus & non alius plasmasti me ad imaginem & similitudinem tuam. Reddo tibi, mi Deus, gratias & laudes infinitas, præsertim quòd tribuisti notitiam Fidei ac Legis veræ Filii tui JESU Christi. Appende in staterâ, Domine, peccata mea cum meritis mortis & Passionis Domini mei JESU Christi, & non cum exilibus aut nullis meritis meis; & sic liber ero à potestate inimici, & ibo fruiturus in æternum gloriâ Paradisi. Amen.

*Oratio ad Sanctissimam Dominam  
Nostram.*

**O** Domina Sancta Maria Spes Christianorum, & Regina Angelorum Sanctorumque ac Sanctarum qui cum Deo sunt in Cœlis. Tibi Domina & omnibus Sanctis me commendo jam nunc pro horâ mortis meæ, ut me præserves à mundo, carne & dæmonio, qui sunt inimici mei insidiantes animæ meæ, perditè optantes ac omni ratione satagentes eam in infernum detrudere. Quod Tu Mater benignissima, oro atque obsæcro, prohibe. Amen.

*Oratio ad S. Michaëlem Archangelum.*

**O** Mi optime Patrone Sancte Michaël Archangele, defende me à dæmonio in horâ mortis meæ; quando stabo ad tribunal, reddens

rationem Deo Domino universæ vitæ meæ.  
Amen.

*Oratio ad S. Angelum Custodem.*

**P**ost consuetam illam formulam Angele Dei  
qui custos es mei, &c. Addet

10. Obsecro te, Angele Sancte ac Beate,  
cujus curæ ac providentiæ commendatus sum,  
ut mihi semper præsens adsis ad opportunum  
auxilium. Perfer preces meas in conspectum  
Dei Nostri Domini, & insinua piis ejus auribus,  
ut per suam misericordiam & tuam intercessio-  
nem, concedat mihi veniam peccatorum præ-  
teritorum, veram notitiam & contritionem præ-  
sentium, efficacem denique præcautionem ad ea  
vitanda quæ in posterum fragilitati meæ minan-  
tur, det præterea mihi gratiam benè operandi  
& sic usque in finem perseverandi. Procul abi-  
ge à me, per virtutem Dei Omnipotentis, om-  
nem tentationem Satanæ, ac quod ego prome-  
reri meis operibus nequeo, impetra mihi per  
gratiosas tuas apud communem Dominum pre-  
ces, ut in me non habeat locum ulla mistura  
noxæ, aut malitiæ fermentum. Et si quando  
me videas aberrantem à rectâ viâ & declinan-  
tem in diverticula peccatorum, age omni modo  
ut reducas me ad Salvatorem meum per vias  
justitiæ quærendum: ubi verò incidisse me in  
tribulationem & angustias perspexeris, adhibe  
per benevolam caritatem tuam, dulcia tua offi-  
cia cum Deo, ut inde mihi maturè procures  
necessarium auxilium. Nunquam, quæso te, me  
de-

deseras: a  
defendas,  
malorum  
cunctis ho  
vis ire,  
ante omni  
etiam atq  
vires omni  
ex hâc vit  
adversario  
efficacissim  
dam, nec  
perduxeris  
Nostri: ut  
per Virgin  
per gaude  
dâ à JESU  
Patre & S  
num. Am

11. His  
vitæ nego  
expedit eu  
in lege D  
singulis di  
stratus co  
consideret  
dum forma  
ris mei m  
est: dilige  
ex toto co  
ultimâ pue  
per totam

deseras : at semper protegas , visites , adjuves , defendas , ab omni vexatione & oppugnatione malorum dæmonum , invigilando die ac nocte , cunctis horis & momentis : & dirigens quò me vis ire , simul comitare & custodi . Præcipuè ante omnia te , ductor & custos mi sancte , etiam atque etiam oro & obsecro , intendas vires omnes curasque ingemines in tempore mei ex hâc vitâ discessûs , nec permittas me terreri adversariorum dæmonum insultibus aut spectris ; efficacissimè prævertas , ne in desperationem cadam , nec te à me abjungas priùs quàm me perduxeris ad beatificum intuitum Dei Domini Nostri : ubi ego tecum & cum Beatissimâ semper Virgine Dei Matre omnibusque Sanctis semper gaudeamus gloriâ Paradisi , nobis conferendâ à JESU Christo Nostro Domino , qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat in æternum . Amen .

II. His orationibus præmissis , antequam se vitæ negotiis Christianus Dei servus tradat , expedit eum meditari nonnullo spatio temporis in lege Domini , quod utiliter faciet sequenti , singulis diebus manè , exercitio repetendo . Prostratus coràm Deo recognoscat & singillatim consideret decem ejus præcepta , in hanc admodum formam . Primum Divinæ Domini Creatoris mei mihi præscriptæ legis Mandatum hoc est : diliges & adorabis Dominum Deum tuum ex toto corde , &c. Inde reputet secum & ex ultimâ pueritiæ memoriâ repetat , quæcunque per totam vitam peccavit contra hoc præceptum .

ptum, moxque toto corde illa damnans & detestans, à Deo veniam istarum culparum petat; firmissimoque proposito statuat cavere deinceps à similibus erratis; & potius bonorum omnium, valetudinis ac vitæ discrimen ac damnum subire, quàm consciscere quidquam huic tam justo ac salutari præcepto contrarium.

12. Adjungat duo colloquia hujus circiter sententiæ. Prius ad Christum JESUM: Oro & obsecro te JESU Domine mi, da mihi & hoc die & toto tempore vitæ meæ copiosam gratiam ad perfectè observandum hoc primum præceptum Sanctæ Legis tuæ. Alterum ad Sanctam ejus Matrem: Domina mea Sancta Maria obsecro te ut digneris pro me rogare benedictum fructum ventris tui Christum meum Dominum, ut hoc & cunctis mihi reliquis vitæ mortalis diebus, benignè suggerat uberem gratiam plenè exequendi quantum mihi præscribitur isto primo Mandato Sanctissimæ Legis ejus. Eodem modo percurrat novem reliqua Decalogi præcepta.

13. Est hoc exercitium, si rectè in principio cujusque diei fiat, præcipui momenti ad salutem æternam assequendam: cum enim perveniendi ad felicitatem ad quam est vocatus, tota spes & ratio Christiano posita sit in executione bonorum operum, & declinatione malorum, quorum illa imperantur, hæc vetantur decem præceptis Legis Dei, manifestum est quantum ad id conferat exacta & distincta singulorum ejusmodi præceptorum expansio, quæ velut objecto speculo nobis ostendit maculas  
ani-

animæ to  
cat. Hinc  
teres labe  
bricas vita  
riclitamur  
si habitus  
diano pro  
sic implor  
nibus occu  
rum nulla  
Mandator  
sub exame  
cussionis u

14. Per  
mentis ab  
sine consi  
sensu prol  
sum consci  
nescientes  
niciem mi  
jaciunt se  
exercitio  
præceptis  
& gravius  
catis acric  
ea læsæ d  
animi ad  
iis deincep  
nibus eoru  
viis, prava  
tudinis tol  
ad hoc D

animæ tollendas, & quantum nobis desit indicat. Hinc fit ut verâ contritione deleantur veteres labe, & præcaveatur ab iis quæ per lubricas vitæ occasiones ne nobis affricentur, periclitamur: pravæ autem consuetudines & vitiosi habitus debilitentur; corroboremurque quotidiano proposito deliberatæ mentis, & Divino sic implorato auxilio, ad resistendum tentationibus occurrentibus in omni pravitatis genere, quorum nullam non ad aliquod caput decem Dei Mandatorum revocatur, ac consequenter non sub examen ac censuram istius quotidianæ discussionis utilissimè veniat.

14. Per hunc etiam modum purgantur oculi mentis ab illâ cæcitate quâ quotquot ferè qui sine consideratione vivunt, in offensiones sine sensu prolabantur, & longo usu hebetante morsum conscientiæ, bibunt iniquitatem sicut aquam, ne-cientes quid faciant dum extremam sibi perniciem miseri consciscunt, & aleam ludibundi jaciunt sempiternæ damnationis. In hoc porrò exercitio attendendum est, ut iis potissimum præceptis insistatur in quæ quisque frequentius & gravius offendit: excitando de talibus peccatis acriorem ex amore Divinæ Majestatis per ea læsæ dolorem: & colligendo vires omnes animi ad concipiendum irrevocabile decretum iis deinceps abstinendi, vitandis etiam occasionibus eorum, & idoneis ineundis rationibus & viis, pravæ quæ in præceptis nos rapit, consuetudinis tollendæ: implorando præsertim præcipuo ad hoc Divinæ gratiæ auxilio.

15. Per-

15. Perfunctus in hunc modum universâ exploratione decem Mandatorum, pronunciet intimâ mentis attentione hæc aut his æquivalentia verba: Certissimè credo, fore ut, si, quod absit, præoccuparet me mors, nondum expiato aliquo gravi peccato contra quoddam ex his decem Dei præceptis à me commisso, statim inexorabiliter infelix anima mea damnata detruderetur in sempiternam incendium inferni, illic per totam æternitatem sine ullâ redemptione crucianda. Idem pariter persuasissimum habeo, planè futurum, ut si, quod spero & cupio, quando ultimum spiritum reddam, mundus fuero ab omni culpâ iethali, & si jam hinc corrigam pessimum morem peccandi contra decem Dei Mandata, futurum, inquam, ut Deus Dominus Noster miseretur animæ meæ, & quantumvis multa in vitâ peccaverim, perducatur me ad salutem æternam, quæ est gloria Paradisi, prius expiatis peccatorum maculis, aut per labores & ærumnas vitæ patienter toleratas, aut per cruciatus Purgatorii.

16. Prodeuntis manè domo Christiani primum iter esto ad Templum, ubi Sacrificio incruento præsens adsit: dum id peragitur has aut similes orationes, mente, & si lubet ac juvat, ore poterit efferre.

17. Domine JESU Christe amor cordis mei, per illas quinque plagas, quas Tibi in Cruce Nostri amor infixit, subveni Servis tuis quos tuo pretioso Sanguine redemisti. Amen.

18. Domine JESU Christe benignissime Salvator

vator honor  
tui puriss  
tuo pretio  
Passionis  
listi, igno  
troni tecu  
de inimici  
gratiam h  
gnitionem  
parum sua

19. Qua  
Sanctissim

20. Ado  
benedico  
redemisti

21. Qua  
Sanguinis

22. Ado  
mei JESU  
vandos pe

23. Et  
aliorum qu  
num decet  
delium han  
pus quo Sa  
guinem per

24. Æte  
memento a  
easque ad  
ditas. Ecc  
ipsis infern  
lium tuum p



iversâ explo-  
 anciet intima  
 valentia ver-  
 quod absit,  
 xpiato aliquo  
 x his decem  
 tim inexora-  
 detruderetur  
 illic per to-  
 one crucian-  
 abeo, planè  
 pio, quando  
 fuero ab omni  
 am pessimum  
 ei Mandata,  
 us Noster mi-  
 vis multa in  
 salutem æter-  
 prius expiatis  
 pores & æru-  
 per cruciatus

stiani primum  
 cio incruento  
 as aut similes  
 c juvat, ore

r cordis mei,  
 Tibi in Cruce  
 vis tuis quos  
 Amen.  
 gnissime Sal-  
 vator

vator hominum per Sanctam Crucem tuam quam  
 tui purissimi Corporis contactu consecrasti, &  
 tuo pretioso Sanguine purpurasti: per virtutem  
 Passionis & mortis quam pro me in illâ pertu-  
 listi, ignosce peccatis meis, sicut ignovisti la-  
 troni tecum crucifixo; concede mihi victoriam  
 de inimicis animæ meæ; & trahe per tuam  
 gratiam homines mihi contrarios ad veram a-  
 gnitionem tuæ Divinitatis & pœnitentiam cul-  
 parum suarum. Amen.

19. Quando altè sublatum ostenditur populo  
 Sanctissimum Corpus Domini, dicat.

20. Adoro te Domine mi JESU Christe &  
 benedico Tibi, quia per Sanctam Crucem tuam  
 redemisti mundum, & me. Amen.

21. Quando tollitur sacer Calix pretiosissimi  
 Sanguinis Domini Nostri: dicat.

22. Adoro te Sanguis sacratissime Domini  
 mei JESU, qui fuisti effusus in Cruce ad sal-  
 vandos peccatores, & me, Amen.

23. Et quia non pro suâ solius, sed pro  
 aliorum quoque salute esse sollicitum Christia-  
 num decet, suaserim ut pro conversione infi-  
 delium hanc orationem quisque recitet sub tem-  
 pus quo Sacerdos sacrum Christi Corpus & San-  
 guinem percipit, Sacrificium consummans:

24. Æterne rerum omnium effector Deus,  
 memento abs te animas infidelium procreatas,  
 easque ad imaginem & similitudinem tuam con-  
 ditas. Ecce Domine in opprobrium tuum his  
 ipsis infernus impletur. Memento JESUM Fi-  
 lium tuum pro illorum salute atrocissimam subjis-  
 se

ne-

necem: noli quæso Domine ultrà permittere, ut Filius tuus ab Infidelibus contemnatur: sed precibus Sanctòrum Electòrum tuorum & Ecclesiæ Sanctissimæ Sponsæ ejusdem Filii tui placatus, recordare misericordiæ tuæ; & oblitus idololatriæ & infidelitatis eorum, effice ut & ipsi aliquando agnoscant quem misisti Dominum JESUM Christum, in quo est salus vita & resurrectio nostra, per quem salvati & liberati sumus, cui sit gloria per infinita sæcula sæculorum. Amen.

25. Per diem, vitæ usus, & promiscua cum hominibus tractatio periculosa offerre solet incentiva vitiorum; præsertim iis qui multis antea peccatis consuetudinem malè agendi contraxerunt. Horum animis obversari continuè debet vitæ brevitatis, mortis vicinia, ratio cunctorum per vitam actorum Deo reddenda, judicium universale quo simul omnes ante inexorabile Tribunal Christi sistemur, rogos æternus damnatorum, & irreparabiliter per quodvis lethale peccatum amittenda Paradisi sempiterna felicitas, ad quam conditi eramus. Ejusmodi sensibus præoccupatâ mente, qui ad quotidianas vel occupationes vel remissiones accesserit, næ is haud paulò quàm cæteri rariùs cadet; lapsus expeditiùs resurget; promptusque ferè semper ac paratus reperietur ad id agendum interim dum vivit, quod à se factum cuperet quando morietur. Juvabit etiam non parùm, persuasumque cunctis esse: latum intercedere discrimen inter peccata ex fragilitate, à bene  
alio-

alioqui an  
improvisis  
expressa,  
diù palàm  
liter hæc  
missu faci  
hensorum  
ris generis  
iis sit utili  
quòd mini  
peccata, o  
verisimile,  
diam & J  
tati conde  
constitoto  
non quæs  
lethalem o  
tur qui  
profession  
ultimam v

26. Hæc  
bus anceps  
sibus sacri  
Paulùm in  
pientibus  
autor sim,  
lum ment  
Religionis  
ceræ Carit  
Psalmis ac  
que identi  
exprimi ve  
Tom. I.

a permittere,  
mnatur: sed  
orum & Ec.  
Filius tui pla-  
; & oblitus  
effice ut &  
isti Dominum  
is vita & re-  
ti & liberati  
sæcula sæculo.

omiscua cum  
re solet incen-  
multis antea  
ndi contraxe-  
ontinuè debet  
io cunctorum  
, iudicium u-  
noxorabile Tri-  
ernus damna-  
uodvis lethale  
piterna felici-  
usmodi sensi-  
uotidianas vel  
cesserit, næ is  
cadet, lapsus  
e ferè semper  
ndum interim  
aperet quando  
um, persuasum  
m intercedere  
itate, à benè  
alio-

alioqui animatis ad bonum, vi tentationis ac  
improvisis illecebrarum insidiis quasi furtim  
expressa, & inter flagitia consuetudinis inolitæ,  
diu palam sine pudore frequentata. Incredibi-  
liter hæc quàm illa graviora sunt; illa his re-  
missu faciliora. Itaque de pœnitentiâ depre-  
hensorum morbo supremo in aliquâ culpâ prio-  
ris generis, non equidem desperaverim, quin  
iis sit utilis futura, de cæteris multum timeo,  
quòd mihi tales videantur non tam relinquere  
peccata, quàm ab iis relinqui; & existimem  
verisimile, sic quasi conventum inter Misericor-  
diam & Justitiam Divinam, ut prioris benigni-  
tati condonentur ii qui vitæ statu semel benè  
constituto, infeliciter ex debilitate per lubrica  
non quæsitarum occasionum præcipitantur in  
lethalem culpam: posterioris ultioni sacrificen-  
tur qui nusquam intepellatâ nequitix licentiâ  
professionem quandam improbitatis, usque ad  
ultimam vitæ lineam audent perducere.

26. Hæc cogitari velim præsertim ab iis qui-  
bus anceps adhuc & contrariis alternata succes-  
sibus sacri adversus peccatum belli fortuna est.  
Paulum interiùs initiatis, & gustare jam inci-  
ipientibus quàm suavis sit Dominus, equidem  
autor sim, attollendæ crebrò per diem ad Cœ-  
lum mentis, iterandis subinde actibus Fidei,  
Religionis, Spei; præsertim verò puræ ac syn-  
ceræ Caritatis. Istiusmodi sensuum formulas ex  
Psalmis ac sacris hymnis memoriâ tenere, orè-  
que identidem reddere proderit: poterunt &  
exprimi verbis vulgaribus, atque adeo cantari,  
*Tom. I.* P quem

quem ad usum hoc habeant, quibus arriserit, illigatum numeris exercitium Divini amoris ab omni nostri respectu defæcati.

*Ut Te colam Deus meus  
Non me movet terror tuæ  
Manus vibrantis fulmina:  
Nec horror ignis Tartari  
Urentis æternùm reos.  
Tu me Deus per te moves,  
Tu Christe transfixus trabis,  
Crux urget, incendit cruor  
JESU tuis plagis fluens.  
Si cesset Inferni metus,  
Tollatur & Spes Gloriæ,  
Ego tamen, mi Conditor,  
Te, dotibus captus tuis,  
Te, Numen admirans tuum,  
Sublime, sanctum, providum,  
Amore inempto prosequar.  
Te Christe, Te Fili Dei,  
Te Virgo proles Virginis,  
Mansuete, fortis, innocens,  
Dignate pro nobis mori,  
Gratis merentem diligam.*

27. Diurnis curis perfuncto, dum nocturnæ quietis tempus redit, haud committendum Christiano est, ut somno mortis imagini non præparatam, velut ad mortem, credat animam. Quis enim illi præstabit evigilaturum postredie sanum; cum, si sapit, dubitare nequeat, quin istâ nocte quam inchoat, multi per Orbem universum casu aliquo dum dormiunt oppressi, soporem

porem cum  
mero cum  
ipsum, no  
id præverte  
nùm fortas  
suo supre  
gratias pro  
totam vita  
ptis, cunc  
& ea pend  
de, petita  
sua ex a  
repetens,  
hâc præse  
gem, omi  
gitatione,

28. Sic  
nans ultrè  
nans, abs  
vim habet  
tione ex  
omnia car  
tum potes  
nitens con  
stituat, s  
lucro, qu  
quam simi  
versans pr  
ralis form  
præterea  
ploret au  
ad Christ

porem cum interitu juncturi sint? è quorum numero cum nemo illi fidejussor idoneus caverit, ipsum, non futurum, summa fuerit insania non id prævertere quo irreparabiliter omisso, æternam fortasse doliturus sit. Igitur coram Deo suo supremo Judice prostratus, primùm agat gratias pro ingentibus & innumerabilibus & per totam vitam, & eâ die, à Deo beneficiis acceptis, cuncta, prout scit & potest, percensens & ea pendens profundo gratitudinis affectu: deinde, petitâ priùs ad agnoscendas culpas luce, sua ex adverso malefacta opponat, memoriâ repetens, & magno pudore confitens, quidquid, hâc præsertim luce, contra vel præter Dei legem, omittendo, agendo, voluntate, facto, cogitatione, verbo peccaverit.

28. Sic collectum culparum acervum, damnans ultrò ipse prior, & intimo dolore abominans, absumat Divini amoris igne, qui solus vim habet iis abolendis parem; & verâ contritione ex Dei summè amabilis perfectâ super omnia caritate penitens conceptâ, eradat quantum potest ac funditus deleat, toto in id conitens conatu cordis: denique certissimè constituat, se nunquam, quantocunque fructu aut lucro, qualicumque discrimine objecto, in quidquam simile consensurum. Hæc penitens mente versans pronunciet usitatam confessionis generalis formulam: *Confiteor Deo, &c.* Divinum præterea ad id præstandum quod promisit, imploret auxilium, simili priùs positus colloquio ad Christum, Sanctissimam ejus Matrem, San-

etum Custodem Angelum, & Cœlites reliquos.

29. Pueros ac puellas, parentes aut patres familias satagant à teneris assuefacere manè ac vesperi ad hæc eadem, aut his similia, quantum fert captus ætatis, quotidie agenda, & si minus mente valent, voce saltem jubeant protinus à matutinâ vigiliâ, & ante somnum serotinum, Deum venerari flexis genibus, ter recitandâ Salutatione Angelicâ, more per Ecclesiam solito; tum oratione Dominicâ & sacro Symbolo, cum aliquâ distinctiori memoriâ Passionis, Mortis & Resurrectionis Christi.

### EPISTOLA XII.

Catechistis è Soc. Jesu per Indiam.

*Rudes catechizandi methodus.*

I. **E**lementorum doctrinæ Christianæ rudibus hisce populis tradendorum viam ac methodum usu & successu mihi probatam proponam hîc vobis, Fratres Carissimi, sperans fore, si tenueritis, ut ex eâ non pœnitendum Dei ac Domini Nostri gloriæ, salutisque animarum fructum referatis.

2. Congregato populo, qui accedit ad Catechesim explicandam, facto ipse Crucis signo, capite aperto & sublatis manibus, præeat duobus pueris ad id paratis in pronuciandâ, voce clarâ & latè intelligibili, Oratione Dominicâ, prius proferente verba singula Catechistâ, pueris statim sequentibus.

3. Post

3. Post  
tres mei p  
ceamus tr  
præstantiss  
sunt cæ Fi

4. Tum  
stantes: C  
Omnipoten  
sapientem?  
per Dei g  
sta: nunc  
Domine J  
gratiam ut  
nostræ san  
dum *Pater*  
guli secret  
iterum M  
pronunciat  
impetra no  
mè hunc a  
hoc ab eâ  
summissâ s  
cunctis sec  
creditis Fr  
unicum so  
Personis,  
Spiritus S  
Pater per  
ter duæ or  
*Pater &*  
loco recita  
gatio: cre

3. Post hoc dicat universo cœtui: nunc Fratres mei profiteamur fidem nostram, & exerceamus tres actus præcipuos trium virtutum præstantissimarum, quæ vocantur Theologicæ, sunt eæ Fides, Spes, & Caritas:

4. Tum à Fide sic incipiat, interrogans adstantes: Creditis omnes in unum Deum verum, Omnipotentem, æternum, immensum, infinite sapientem? Respondeant universi: etiam Pater, per Dei gratiam credimus. Reponat Catechista: nunc ergò dicite mecum pariter cuncti: Domine JESU Christe Fili Dei vivi, da nobis gratiam ut firmissimè credamus hunc articulum nostræ sanctæ Fidei: addamus ad hoc impetrandum *Pater Noster*, quam totam orationem singuli secretò recitabunt. Sub hoc tollat vocem iterum Magister, agite, dicens, hæc mecum pronunciate: Sancta Maria Virgo Mater Dei, impetra nobis à Deo gratiam credendi firmissimè hunc articulum nostræ sanctæ Fidei, & ut hoc ab eâ exoremus, recitemus illi omnes voce summissâ salutationem Angelicam. Post hanc à cunctis secretò dictam, incipiat denuò Magister: creditis Fratres istum Deum verum esse unum unicum solum Deum in essentiâ & Trinum in Personis; Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum Sanctum? Respondeant omnes, utique Pater per Dei gratiam sic credimus. Consequenter duæ orationes modo supra expresso, cum *Pater & Ave* secretò à singulis suo stantibus loco recitandæ. Tunc fiat hæc altera interrogatio: creditis Fratres mei istum eundem Deum

esse creatorem omnium rerum, Salvatorem & glorificatorem nostrum? dicant omnes; omnino Pater, per Dei gratiam, sic credimus. Fient inde duæ petitiones ut prius, cum *Pater & Ave*. Hâc formâ percurrentur & reliqui articuli; præsertim qui ad Christi Domini Nostri humanitatem spectant: percontando in hunc modum: creditis Fratres secundam Personam Sanctissimæ Trinitatis, Filium Dei Unigenitum, fuisse conceptum de Spiritu Sancto, incarnatum in visceribus purissimæ Virginis Mariæ, & natum ex eadem Dominâ Nostrâ semper Virgine? Respondebunt, utique, Pater, hoc per Dei gratiam credimus. Tunc fient duæ petitiones, additis, *Pater & Ave*, more superiùs informato. Perget Catechista: creditis Fratres, hunc eundem Filium Dei factum hominem fuisse crucifixum, mortuum, & sepultum, descendisse ad inferos, & inde liberasse animas sanctorum Patrum, quæ ibi erant expectantes ejus sanctum adventum? dicant: ita per Dei gratiam credimus, & petitiones statim consuetas adjungant. Tum Magister: creditis, dicet, hunc ipsum Dominum Nostrum, resurrexisse die tertiâ, postea ascendisse in Cælum, illic sedere ad dexteram Dei Patris Omnipotentis, unde venturus est judicare vivos & mortuos; exquirendo & pro meritis remunerando aut puniendo bona & mala quæ illi fecerint? Respondebunt: planè ita per Dei gratiam credimus. Adjungentur petitiones solitæ cum *Pater & Ave*. Sub hæc Catechista: creditisne esse infernum, hoc est, ro-

gum

gum æterni  
mortui fuerit  
Paradisum  
boni qui  
denique P  
tempus sa  
nas suorum  
vitâ delev  
plenè exo  
cramenta,  
vangeliu  
profitetur  
cuncta ist  
cient peti  
Dicet hîc  
& *Ave* o  
tare nostr  
præsertim  
missimè c  
tholica no  
fecimus l  
nostræ Sa  
§. Rest  
duarum, c  
liarum Sp  
mecum:  
fretus ego  
tua merit  
tiâ, coop  
observand  
ad gloriam  
Amo te l



gum æternum, quo sine fine cruciabuntur quæ mortui fuerint exortes gratiæ Dei; esse etiam Paradisum & Gloriam æternam quæ fruuntur boni qui vitam expleverint in Dei gratia: esse denique Purgatorium in quo animæ ad certum tempus satisfaciunt Divinæ Justitiæ luendo pœnas suorum peccatorum, quorum etsi culpam in vitâ deleverint, pœnam tamen iis debitam non plenè exolverunt? Addet: creditis septem Sacramenta, universam doctrinam Sanctorum Evangeliorum, & quidquid præterea credit & profitetur Sancta Ecclesia Romana? dicent: cuncta ista per Dei gratiam credimus. Mox facient petitiones duas cum totidem *Pater & Ave*. Dicit hîc Magister: hæc septies recitata *Pater & Ave* offeramus Spiritui Sancto, ut locupletare nostras animas dignetur suis septem donis, præsertim iis quæ nos adjuvare possunt ad firmissimè credenda cuncta quæ Fides Sancta Catholica nos docet. Dicat post hoc Magister: fecimus hactenus, Fratres mei, professionem nostræ Sanctæ Fidei.

§. Restat ut consequenter exerceamus actus duarum, de quibus initio diximus, virtutum aliarum Spei & Caritatis. Agite ergò, dicite mecum: Christe JESU Deus & Domine mi, fretus ego tuâ Divinâ misericordiâ, spero per tua merita fore, ut motus & adjutus tuâ gratiâ, cooperando cum operibus Christianis, & observando tua mandata, perveniam aliquando ad gloriam & felicitatem ad quam me creasti. Amo te Deus mi, super omnia ex toto corde meo.

meo. Pœnitet me offendisse te, cum sis qualis es, omni laude, veneratione, obsequio dignissimus, propter summum amorem quem tibi debeo, & quia te longè pluris quàm quidvis quantumlibet magnum æstimo, firmissimè statuo nunquam me acturum quod offendere possit tuam Divinam Voluntatem, & me conjiciat in periculum excidendi à tuâ sanctâ gratiâ. Amen.

6. Hœc quasi præludium semper esto scholarum Catecheticarum; post quod aggrediatur Catechista declarationem peculiarem alicujus dogmatis nostræ Sanctæ Fidei, Sacramenti aut virtutis, sive Orationis, vel cujuspiam earum rerum quas nosse Christianum expedit; sermone perpétuo, sed plano, & ad rudium captum accommodato, explicans quod docet, atque in fine quod docuit confirmans narratione alicujus exempli, argumento tractato congruentis. Sub hæc præeat formulam confessionis generalis, reddentibus verba parvulis; monitis cunctis ut interim conentur elicere ex intimo animi actum veræ contritionis, sive doloris de peccatis concepti ex sincero amore Dei offensi. Ad extremum jubeat universos recitare tria *Ave Maria*; primum pro præsentibus; reliqua duo pro aliis ad arbitrium.

EPI-

1. **D**ele  
 qu  
 nihilo con  
 que hom  
 ram, Ang  
 item ac  
 generis fi  
 quæ in te  
 animantia  
 tis, novis  
 ginem &  
 2. Prim  
 & prima  
 set & an  
 restri, iis  
 matrimo  
 junctis, u  
 frequenta  
 nes sumu  
 piam gen  
 plo singu  
 sapientissi  
 mo plus  
 riam Divi  
 neris, qua

EPISTOLA XIII.

Catechetica ad Molucenses .

*Uberrima Symboli declaratio.*

1. **D**electat Christianos audire & nosse quâ ratione, quòque ordine Deus è nihilo condiderit res omnes, in usum obsequiumque hominum . Principiò creavit cœlos & terram, Angelos, Solem, Lunam, Stellas, diem item ac noctem, herbas, fruges, poma omnis generis fructusque arborum, aves, animantes quæ in terrâ vivunt, mare, flumina & lacus, animantia aquatica . Et hisce universis conditis, novissimum omnium fecit hominem ad imaginem & similitudinem suam .

2. Primus homo à Deo creatus fuit Adam, & prima mulier Eva . Hos ambos cum formasset & animasset, statuissetque in Paradiso Terrestri, iis benedixit, eosque invicem despondit, matrimonii fœdere jungens, mandavitque sic junctis, ut generarent filios, & terram incolis frequentarent . Ex his Adamo & Evâ nati omnes sumus, hinc propagatum quantum est uspiam gentium . Informatur isto prototypo exemplo singularitas humani conjugii . Cum enim sapientissimus naturæ autor non dederit Adamo plus unâ conjugem, manifestum est contrariam Divinæ autoritati esse licentiam hujus generis, quam Mauri passim & Idololatræ, quodque

que est flagitiosius & dolendum magis, mali etiam usurpant Christiani, multarum simul habendarum in contubernio mulierum, nec si qui singularibus etiam concubinis assuescunt hujus exempli censuram vitant, non enim prius autore Deo Adam & Eva dederunt operam liberis, quàm ab ipso Creatore, legitimo fuissent conubii nexu copulati.

3. Quare fornicatores, utpote Divino, à quo sunt conditi, rebelles Numini, congruas suæ nequitiae poenas expectent. Agnoscant hinc quoque qui Pagodes adorant, quanto se scelere contaminent, dum Deo uno vero cunctorum Conditore relicto ac spreto, muta simulacra & larvas stygias, phanatico errore venerantur, ac cum recta ratio clarè monstret, indidem petendam vitæ gubernationem unde vivendi principium ducimus, isti per sacrilegum furorem, præstigiis & sortibus, vanæque ariolorum divinationi spes rationesque committunt suas: salutis ipsorum hosti implacabili Diabolo eam fidem reverentiamque deferentes, quam Deo debent auctori bonorum omnium, à quo animam, corpus, quidquid sunt, possunt, possidentve, acceperunt; impietate non magis in se foedâ ac detestabili, quàm miseris eam consciscentibus exitiali: quippe quos ea vesana superstitio Cœlis excludat, ubi paratum animabus Dei culticibus diversorium æternæ commorationis est, omni gaudio affluens; beata sedes illius felicitatis, ad quam Creator summè beneficus homines condidit.

4. Quan-

4. Qua  
mino su  
ritu ador  
dis affect  
æternum  
amplectur  
nem exte  
tant sacr  
positas,  
paræ Vin  
qui vitâ  
eo regna

5. Inte  
memoriâ  
& person  
sursùm su  
gant, D  
bonum ad  
his Sanct  
Patrem C  
Prius cre  
mines in  
Deum su  
referens,  
contrario  
adoration  
sed cum  
damus sin  
ma. In p  
cipitavit  
Angelos,  
6. Luci

magis, mali  
n simul ha-  
, nec si qui  
escunt hujus  
n prius auto-  
eram liberis,  
fuissent con-

ivino, à quo  
ongruas suæ  
tant hinc quo-  
o se scelere  
o cunctorum  
simulacra &  
enerantur, ac  
didem peten-  
vendi princi-  
urorem, præ-  
orum divina-  
suas: salutis  
o eam fidem  
Deo debe-  
quo animam,  
possidentve,  
n se fœdâ ac  
onsciscentibus  
perstitio Cœ-  
s Dei cultri-  
rationis est,  
illius felici-  
beneficus ho-

4. Quantò sapientiùs veri Christiani Deo Do-  
mino suo fideles, ei credunt, eundem in spi-  
ritu adorant, totâ mente, cunctis devoti cor-  
dis affectibus, unum solum verum supremum  
æternum Spiritum Cœli & Terræ molitorem  
amplectuntur; intimamque istam animi religio-  
nem externis obsequiis exprimunt, dum frequen-  
tant sacra templa, ubi circum aras Deo vivo  
positas, vident imagines Christi ejus Filii, Dei-  
paræ Virginis, Sanctorumque Dei Servorum,  
qui vitâ in ipsius servitio ritè transactâ, cum  
eo regnant in Gloriâ Paradisi.

5. Inter quæ augusta monumenta, salutari  
memoriâ instincti repræsentatarum illic & rerum  
& personarum, genibus humi positis, manibus  
sursùm sublatis, in Cœlum oculos & cor diri-  
gant, Deum ibi habitantem, in quo suum omne  
bonum ac consolationem collocant, confitentes,  
his Sancto Petro tributis verbis: *Credo in Deum  
Patrem Omnipotentem Creatorem Cœli & Terræ.*  
Prius creavit Deus Angelos in Cœlis quàm ho-  
mines in terrâ. Porrò major Angelorum pars  
Deum suum statim adoravit, gratias ei & laudes  
referens, ob beneficium creationis. Lucifer è  
contrario, & cum eo multi Angeli, debitam  
adorationem suo Creatori reddere noluerunt:  
sed cum superbiâ dixerunt: ascendamus & eva-  
damus similes Deo qui cœlorum tenet altissi-  
ma. In pœnam hujus superbæ rebellionis, præ-  
cipitavit Deus Luciferum, & huic adhærentes  
Angelos, è cœlis in infernum.

6. Lucifer sic detrusus, videns Adamum &  
Evam

Evam primos homines, invidit ipsis gratiam in quâ fuerant à Deo creati: & ut eos inde deiceret superbiam ejus similem quâ ipse de cœlo deciderat, eis suggestit; objiciens conventis in Paradiso Terrestri, falsam spem assequendi honorem Divino parem, si pomum à Creatore vetitum comederent. Arrexerunt animos Adam & Eva ad mendacem speciem promissæ similitudinis Dei, & tentationi consentientes comederunt de fructu interdictæ arboris; excideruntque statim gratiâ, in quâ fuerant creati; moxque in pœnam suorum peccatorum, ejecit eos Deus Terrestri Paradiso. Vixerunt inde extra beatam sedem in laboribus per nongentos annos, pœnitentiam agentes peccati, quod admiserant, cujus tam inexpiabilis labes fuit, ut quantumcunque Adamus & ejus filii luerent atrocium suppliciorum, insufficiens esset ad ejus delendam maculam, ipsosque restituendos in spem priorem assequendæ felicitatis æternæ, ereptam justâ ultione insanæ superbæ, quâ fieri concupierant Dei similes: itaut ex illo portæ cœlorum impenetrabilibus obstructæ repagulis permanerent, & ipsum Adamum & ejus posteros inexorabiliter arcentes aditu gloriæ, cujus suo & illorum periculo peccans, jacturam fecerat irreparabilem.

7. O Christiani; quid nobis infelicibus fiet? si tot Angeli propter unum superbæ peccatum cœlo præcipites exturbati sunt, & in imum tartarum detrusi; Adam verò & Eva ob simile superbæ crimen, Paradisi Terrestris beatam possessione-

sessionem  
ratio, no  
depravati  
naci, &  
summa,  
marum f  
clamata p  
planè cen  
ac pernic  
amicus n  
subjection  
stantiæ ja  
piternæ i  
humanæ  
plices pr  
ingentium  
Evæ in u  
petrare,

8. Bon  
Pater ge  
tempus,  
dies illux  
mos mort  
tione præ  
vinæ gra  
claustra  
nunc vid  
& Joach  
Adami su  
mine Ma  
omnia De  
eminet.

gratiam in  
s inde deji-  
se de cœlo  
conventis in  
sequendi ho-  
à Creatore  
nimos Adam  
nissæ simili-  
entes come-  
xideruntque  
ti; moxque  
it eos Deus  
extra beatam  
nnos, pœni-  
iserant, cu-  
quantumcun-  
rocium sup-  
s delendani  
bem priorem  
tam justâ ul-  
concupierant  
elorum impe-  
ermanerent,  
s inexorabi-  
suo & illo-  
erat irropa-  
licibus fiet?  
æ peccatum  
nimum tar-  
ob simile su-  
beatam pos-  
sessio-

sessionem amiserunt, quæ spes ostenditur aut ratio, nobis scelerum omnis generis colluvione depravatis, emergendi unquam è fæce tam tenaci, & elutis maculis, enitendi ad cœlorum summa, ubi sedes sempiternæ immortalium animarum felicitatis est à Deo constituta? Conclamata profectò res erat: & humani generis planè certa, nec ullâ evitabilis ope damnatio ac perniciēs extrema; quando sanctus Michaël amicus noster verus, & qui cum eo Angeli in subjectionis officio perseverantes, præmium constantiæ jam tulerant beatissimam fruitionem sempiternæ in cœlis gloriæ, miserati simul omnes humanæ naturæ calamitatem, coram Deo supplices procidentes, aliquod ab eo remedium ingentium malorum, quæ ex peccato Adami & Evæ in utriusque sobolem latè inundabant, impetrare, hujus ferè formæ precibus, conati sunt.

8. Bone Deus, clementissime Domine, ac Pater gentium cunctarum: venit jam tandem tempus, & ab origine seculorum expectatissima dies illuxit, quam misericordiæ in deploratissimos mortales expromendæ tuæ, æternâ destinatione præparasti. Ejus diei quæ restitutis in Divinæ gratiam adoptionis Adami filiis patefactura claustra cœlorum est, auroram en exortam nunc videmus, quandoquidem ex sanctis Annâ & Joachimo nata est illa Virgo sine peccato Adami super omnes mulieres Sanctissima, nomine Maria; cujus virtus & sanctitas supra omnia Deo minora excellens incomparabiliter eminet. Hæc cum adeò pura & illustris Virgo sit,

sit, videtur, non indignum opus fore tuâ Sapientissimâ Omnipotentiâ, si ex ejus sanguine virgineo digneris, quod facilè potes Domine, formâre corpus humanum, sicut olim Domine, formasti corpus Adami, quando id sanctæ voluntati Tuæ placuit. In tale porrò corpus è purissimâ Virginis substantiâ formatum, potes idem Omnipotens Domine simul creare, simul infundere atque intimè unire animam unam aliquam eximiam, omnium quas unquam aut condidisti, aut es conditurus Sanctissimam (interim eodem tempore decrevit Deus in arcano consilio Trinitatis Sanctæ, personam Divinam in ventre Virginis Mariæ humanæ naturæ sociare) ut ex istâ cunctarum præstantissimâ Virgine nascatur JESUS Christus tuus Filius mundi Salvator universi. Sic Domine implebuntur scripturæ, ac fides constabit promissionum, per quas Te obstrinxisti Prophetis & Patriarchis amicis tuis, qui nunc iis freti expectant in Limbo Filium tuum JESUM Christum Dominum & Redemptorem suum.

9. Ita orantibus Angelis sanctis excelsus, supremus, Omnipotens Deus motus intimâ misericordiâ nostræ ingentis, ipsi perspectissimæ miseræ, legavit è cœlis sanctum Archangelum Gabrielem in civitatem Nazareth, ubi degebat Virgo Maria, cui, prout erat jussus à mittente, dixit: Ave Maria gratiâ plena, Dominus tecum, Benedicta tu in mulieribus, Spiritus Sanctus super veniet in Te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi; & quod nascetur ex te, vocabitur

bitur JESUS  
Archangelus  
pondit: H  
dum verb  
Virgo Sa  
ctum Arc  
Deus in  
ipsius san  
tam intin  
da Trinit  
Virginis  
Hypostasi  
corpus, u

10. Sub  
est, ad  
mensibus  
tius Mun  
Virgine r  
Andreas  
lium Dei  
subjunxit  
Spiritu Sa  
mi propè  
nus & F  
& Virgo  
Josepho,  
adoraveru

11. Inte  
mis, time  
per hunc  
dere: sed  
tempore s



bitur JESUS Christus Filius Dei. Quibus ab Archangelo auditis, Sanctissima Virgo Maria respondit: Ecce Ancilla Domini; fiat mihi secundum verbum tuum. Eodem puncto temporis quo Virgo Sanctissima, propositis à Deo per Sanctum Archangelum assensum præbuit, formavit Deus in ventre Virginis ejusdem, ex purissimo ipsius sanguine corpus humanum, cui simul creatam intimè conjunxit animam; & tunc Secunda Trinitatis Persona Deus Filius, in ventre Virginis Mariæ Incarnatus est, uniendo suæ Hypostasi Divinæ tam animum illum, quam corpus, utrumque Sanctissimum.

10. Sub hæc à die quo Dei Filius Incarnatus est, ad diem ejus Natalem, novem omninò mensibus evolutis, JESUS Christus Salvator totius Mundi, Deus & homo verus, ex Mariâ Virgine natus est; id quod profitens Sanctus Andreas dixit: *Credo in JESUM Christum Filium Dei unicum Dominum Nostrum*, cui statim subjunxit Sanctus Joannes: *qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine*. Bethlemi propè Jerusalem natus est Christus Dominus & Redemptor Noster. Ibi cum Angeli, & Virgo ejus Mater cum suo Sponso Sancto Josepho, Reges præterea tres, & alii multi adoraverunt, ut Dominum supremum.

11. Interim Herodes, qui regnabat Jerosolymis, timens ne regno, cui cupidè incubabat, per hunc puerum pelleretur, voluit eum occidere: sed elusa ejus crudelitas est, JESU in tempore subtracto, nam ab Angelo Josephus admo-

admo-

admonitus in somnis, Bethleemo fugit in Ægyptum, tollens secum JESUM Christum & ejus Matrem Virginem, mansitque illic, quoad Herodes pessimâ morte vitam absolvit, tyrannus omnino malo dignissimus; quippe cujus tanta fuit immanitas, ut in Bethieem & in omnibus finibus ejus, omnes parvulos à bimatu & infra trucidaverit, JESUM Christum eâdem cæde comprehendendum existimans. Falsò id quidem, quippe servatus, ut dictum est, JESUS cum Virgine suâ Matre ac Sancto Josepho, reversi sunt in terram suam & civitatem Nazareth, præmonito de hoc ipso in Ægypto per Angelum, Josepho.

12. Factus inde JESUS duodecim annorum, ascendit Nazaretho Hierosolymam, in Templum, ubi erant Doctores Legis, quibus Scripturas Prophetarum & Patriarcharum, adventum Filii Dei prædicentes, declaravit, tam illustri miræ Sapientiæ specimine, ut passim omnes stupeverent. Hinc reversus Nazareth, ibi mansit usque ad ætatem quasi annorum triginta, quando inde proficiscens ivit ad fluvium Jordanem, ubi erat S. Joannes Baptista multos ad se accedentes baptizans: inter quos & JESUM quoque Christum baptizavit in Jordane. Ex eo se loco JESUS Christus contulit in desertum montem, ubi quadraginta diebus & totidem noctibus omnino cibo potuque abstinuit. In eo monte diabolus nesciens Christum esse Dei Filium; impellere ipsum tentavit in peccata tria, gulæ, cupiditatis, & vanæ Gloriæ.

13. Sed

13. Sed à monte totos homines energumens ut inde rebelles mirante ejus Divinitatem, turbandis omnibus lebrante. dam iis quod dicabantur guore labrahebant contactu dimittebat

14. Post stolos duos quos secutus ens, docendo ad cor tradebat oraculorum Apostolis visum cæcitate surditatem motum per Apostoli confirmabat tam illis sicut ut rudes I  
Tom. I.

git in Ægyptum & ejus quoad Herodum tyrannus omniata fuit immanibus finibus infra trucidata cæde comquidem, quip-  
 JESUS cum Virgilio, reversi sunt Nazareth, præter Angelum,

m annorum, in Templum, us Scripturas adventum Filii illustri miræ omnes stupe- mansit usque, quando inde em, ubi erat se accedentes quoque Chri- se loco JESU- um montem, noctibus omni ante diabolus m; impellere gulæ, cupidi-

13. Sed

13. Sed cunctis rejectis Christus à Diabolo & à monte victor descendit in Galilæam, ubi multos homines convertit; & multa dæmonia ex energumenum corporibus expulit, mandans ut inde facerent, cui mandato statim illi, rebelles licet & contumaces Spiritus, parebant, mirante non sine causâ populo, & Doctrinam ejus Divinam sapientissimis concionibus probatam, tum præterea virtutem mirificam in curandis omnis generis morbis, famâ latè fusâ celebrante. Hinc multi scilicet ad fidem adhibendam iis quæ à tantæ autoritatis Magistro prædicabantur, persuasi, ægros qualicumque languore laborantes, undique certatim ad ipsum trahebant, qui eos omnes, sanctarum suarum contactu manuum abstersâ lue quavis, statim dimittebat in domos suas sanos & gratulantes.

14. Post hæc vocavit JESUS Christus Apostolos duodecim & Discipulos septuaginta duos, quos secum circumducebat urbes & pagos obiens, docendis mysteriis Regni Dei, concionando ad concurrentes turbas, & fidem iis quæ tradebat conciliando frequentissimâ editione miraculorum ingentium, nam coram omni populo Apostolis & Discipulis præsentibus, reddebat visum cæcis, loquendi facultatem mutis, auditum surdis, vitam mortuis, gressum claudis, motum paralyticis, quibus quotidie cernendis Apostoli & Discipuli magis scilicet magisque confirmabantur in fide JESU Christi: qui tantam illis sapientiam & virtutem communicavit, ut rudes licet ac piscatores illiterati, conciones

*Tom. I.*

Q

ad

ad populum haberent, supplente studii atque institutionis humanæ defectum Divino Magisterio Filii Dei JESU Christi; cujus etiam invocato nomine, mira ipsi quoque Apostoli operabantur; à morbis variis & ab in sessionibus malorum Dæmonum corpora hominum liberantes; iisque humanam facultatem excedentibus factis, velut obsignantes quæ docebant de adventu Filii Dei; ea quantumvis nova, abundè credibilia evincentes testimoniis tot signorum, minimè dubium Divinæ suffragationis characterem præferentium.

15. Illustris hinc Christo Discipulisque ejus latè per Judæam parta claritas perstrinxit oculos primatum gentis prætumidorum opinione sui, quorum ii præsertim qui Pharisæi dicebantur, superciliosissimi despectores omnis excellentiæ, cum etiam solerent indignari, si cuivis non suæ hæresis ac sectæ, laus vel mediocris doctrinæ contingeret, facile æstimatum est quanto superbissimarum cruciatu mentium cernerent, audiri miro plausu multitudinis Christum reprehensorem dogmatum suorum, adeoque jam efferi studiis vulgi, ut nihil propius abesset, quàm ut ipsis ex arce quam dudum insederant, autoritatis & existimationis summæ, deturbatis, eò novus Magister, cum grege piscatorum illum sequentium, promoveretur. Hac rabie instincti stygii livoris, universas decreverunt calumniæ artes intendere ad famam Christo unà cum ipsà extorquendam vitâ.

16. Ad hoc cum alios tunc potentes rerum arti-

artificios  
per id te  
suspicion  
perpuleru  
ut quieti  
gitarant  
tenus sib  
diosis m  
dem igno  
utilitatis  
pertæsus  
demereri  
vel prop  
periculo  
ac Jeren  
Baptistæ  
humano  
visset J  
detur pe  
tium fur

17. Ca  
lud priva  
diderunt  
siméque  
rent. H  
ac plate  
ria trib  
conspu  
ctus ad  
festis vo  
que dep  
nocentia

studii atque  
vino Magiste-  
s etiam invo-  
postoli opera-  
essionibus ma-  
m liberantes;  
entibus factis,  
de adventu  
abundè credi-  
norum, mini-  
characterem

ipulisque ejus  
erstrinxit oca-  
rum opinione  
risæi diceban-  
omnis excel-  
nari, si cuivis  
vel mediocris  
atu est quan-  
um cernerent,  
hristum repre-  
eoque jam ef-  
ppius abesset,  
m insederant,  
æ, deturbatis,  
piscatorum il-  
Hac rabie in-  
ecreverunt ca-  
a Christo unâ

otentis rerum  
arti-

artificiosis sunt sermonibus adorti, tum Pilati per id tempus Judææ Præsidis animum precibus, suspicionibus, criminationibus variè versatum, perpulerunt denique ad annuendam ipsis, quam ut quieti publicæ necessariam vehementer flagitarant, comprehensionem JESU. Obrepi èa-tenus sibi externus ille Rector passus est insidiosis machinationibus istorum: non ille quidem ignorans invidiæ ipsos propriæ, communis utilitatis fucosam speciem obtendere; sed aut pertæsus instantiæ importunè urgentium, aut demereri potentes in plebe studens, tanti duxit vel propriam quietem, vel alienam gratiam periculo redimere, clari quidem viri, & Eliæ ac Jeremiæ veterum, vel recentioris Joannis Baptistæ facilè similis; non tamen, ut putabat, humano fastigio majoris. Si enim perspicuè novisset JESUM esse Dei Filium, haud ullo videtur perpelli potuisse ambitu ad eum invidentium furori condonandum.

17. Capto porrò autoritate publicâ JESU, illud privatâ malignitate scelerati ejus osotes addiderunt, ut quàm contumeliosissimè crudelissimèque tractari eum per sibi obnoxios curarent. Hinc ille concursu ac convicio per vias ac plateas tractus, è domo in domum ad varia tribunalia raptatus, spretus, objurgatus, consputus, cæsus colaphis, ad extremum deductus ad Pilatum est, cum falsis testibus, & infestis vocibus concitati populi necem ei crucemque deposcentis. Hærebat Præses tamen, innocentia delati conscius; quoad intentato metu

excidendi gratiâ Cæsaris, si designatum & mox rebellaturum Judæorum Regem dimisisset incolumem, inflexus ille ad votum accusantium, JESUM, crudelissimè priùs toto corpore a capite ad calcem flagellis conscissum, Judæis, idipsum immani vociferatione flagitantibus, crucifigendum concessit.

18. Antè tamen quàm in Crucem tolleretur, subornato in speciem jocularis Regis, coronâ in capite spineâ, sceptroque arundineo in manu, illuserunt Phariseorum emissarii, positis coràm, ironicâ veneratione, genibus Regem Judæorum salutantes; moxque conspuentes in ejus faciem, & crebris genas alapis tundentes; tum cannam extortam dexteræ, in verticem spinis obseptum impingentes. Tandem in Monte Calvariæ, vicino Urbi Hierosolymæ, ipsum Cruci affixerunt. Sicque mortuus est in Cruce JESUS Christus ad salvandos peccatores, ita ut Sanctissima ejus Anima verè à pretiosissimo ipsius corpore separata fuerit, quando is in Cruce expiravit, adhuc tamen tam animâ, quàm corpore, licet invicem disjunctis, unitis Divinæ Personæ permanentibus: quare sicut spiritus à Divinitate indivulsus avolavit, ita exangue cadaver, sive adhuc in Cruce pendens, sive depositum & sepulcro conditum, comitem secum individuum intimè conjunctam Divinitatem eandem ubicunque habuit, nusquam ab illâ destitutum.

19. Cæterùm in morte JESU Christi Sol obscuratus est, proprio lumine amisso, Terra tota contremuit, scissæ petræ sunt mutuo illisu,

lisu, multis enim  
qui vitæ  
lymâ se  
visis qui  
convicti  
Filius fu  
bus Apost  
ctis per  
*Christum*  
*cifixus*,  
erat Deu  
na Sanct  
rus Hom  
stans ani  
tenus Ho  
quando  
nihil est  
& cum o  
JESU Ch  
is in Cru

20. Tu  
ma illa  
tati Dei  
Dominus  
bum. Est  
bantur a  
rum, Pat  
lic congr  
Filius Dei  
re transfe  
usque à p

lisu, monumenta spontè mortuorum patuere, multis emissis corporibus sanctorum hominum, qui vitæ redditi, plurimis in Civitate Jerosolymà se videndos præbuerunt. Quibus signis visis qui præsentés adfuere morienti Christo, convicti exclamarunt: verè utique illum Dei Filium fuisse. Hactenus narrata Sanctus Jacobus Apostolus profitens, adjunxit hæc jam dictis per alios Apostolos: *Credo in JESUM Christum qui passus est sub Pontio Pilato, Crucifixus, mortuus, & sepultus.* JESUS Christus erat Deus, quandoquidem erat secunda Persona Sanctissimæ Trinitatis: simul idem erat verus Homo; ut pote Filius Virginis Mariæ, constans animâ rationali & corpore humano. Quatenus Homo erat, verè mortuus est in Cruce, quando est ei confixus. Mors siquidem aliud nihil est nisi separatio animæ à corpore in quo & cum quo vivebat. Sanctissima però anima JESU Christi sejuncta est à corpore, quando is in Cruce expiravit.

20. Tunc autem vinculo corporis soluta anima illa sacratissima, permanens unita Divinitati Dei Filii, ut semper antea fuerat ex quo Dominus Deus eam creavit, descendit ad Limbum. Est hic iocus subterraneus in quo detinebantur animæ Sanctorum Patrum, Prophetarum, Patriarcharum, aliorumque multorum, illic congregatæ, expectantes omnes adventum Filii Dei, à quo se liberandas & ex illo carcere transferendas in Paradisum sciebant. Semper usque à primo rerum conditû vixerunt in mun-

do boni homines, qui cum essent amici Dei, & liberi professores veritatis quam cognoscebant, minimè dissimulare consueverant in occursum malorum quid sentirent. Reprehendebant enim peccatores, increpando haud molliter scelera rebellantium inuerecundè & impiè in Deum ac Creatorem omnium communem. Id pravi ac flagitiosi homines molestè scilicet ferebant. Ergò instincti adjutique à conjurato cum ipsis, cujus auspiciis militabant, malo dæmone, omnis generis maleficiis infestabant bonos Dei amicos, captivantes, exterminantes, nullâ non eos injuriâ & contumeliâ vexantes.

21. Huic tanto vitarum discrimini consentaneâ proportione respondebat diversissima conditio animarum è corporibus per mortem emissarum. Earum siquidem quæcumque bonæ, dum in vitâ degerent, fuerant; eæ corporum deinde vinculis per mortem expeditæ, in eum se, quem vocari Limbum dixi, conferebant locum, qui quoniam longè infra terræ superficiem profundo depressus hiatus est, Inferni quoque & Inferorum appellatione designabatur, non quòd illic, sicut de Inferno simpliciter dicto passim intelligitur, tortor ignis ardeat, aut vigeat alia vis noxia crucians animas; quæ mala sontibus reservantur. Istæ autem, prout decebat puras scelerum, Deoque gratas mentes, beatâ compositæ pace quiescebant.

22. Sed subest huic tranquillæ sedi regio inferior, vocata Purgatorium, quoniam fulonica hîc velut quædam est purgandis & per-

polien-

poliendis  
tam capita  
clausurunt  
vis venial  
explicitæ  
revocatur  
hâc tamen  
persolvens  
nomen e  
concretâ  
torum ac  
tis ad libe  
duis, cum  
stis, liber  
torem de  
reditati,  
possession

23. Ult  
nus infim  
horribiliu  
tium, ali  
bilibium æ  
diè, per  
rent ad i  
hanc vitæ  
torum im  
tot tantis  
dis per q  
luendis p  
supplicis  
ceps rebe  
sectam s



amici Dei,  
 m cognosce-  
 erant in oc-  
 prehendebant  
 molliter sce-  
 piè in Deum  
 Id pravi ac  
 et ferebant.  
 o cum ipsis,  
 emone, om-  
 bonos Dei  
 s, nullâ non  
 .  
 consentaneâ  
 ma conditio  
 n emissarum.  
 , dum in vi-  
 n deinde vin-  
 se, quem  
 locum, qui  
 em profundo  
 e & Infe-  
 n quòd illic,  
 passim intel-  
 geat alia vis  
 sontibus re-  
 cebat puras  
 beatâ com-  
 e sedi regio  
 oniam fullo-  
 ndis & per-  
 polien-

poliendis animabus, quæ mortalem quidem vi-  
 tam capitalis insontes criminis in Dei gratiâ  
 clausurunt: cæterùm aut levioribus inspersione næ-  
 vis venialium culparum; aut nondum penitus  
 explicitæ sequacibus debitis noxarum lethalium,  
 revocatarum quidem salutari pœnitentiâ, non  
 hâc tamen aded plenâ & perfectâ, ut supplicii  
 persolvendo piaculo requisiti omne in solidum  
 nomen expunxerint, hærentes adhuc labes ex  
 concretâ olim tabe, mordaci velut limâ tormen-  
 torum acrium pergunt eradere, quoad exæqua-  
 tis ad libellam culpæ ac pœnæ ratiunculis resi-  
 duis, cunctisque harum reliquiis patiendo exhau-  
 stis, liber spiritibus in tersissimum denique ni-  
 torem defæcatis, aditus panditur cernendæ he-  
 reditati, cujus interceptam pœnali dilatione  
 possessionem per legitimum spatium tulerunt.

23. Ultimus subterraneorum locus est Infer-  
 nus infimus, sive Tartarus, sedes miserrima tam  
 horribilium incendiorum inextinguibiliter uren-  
 tium, aliarumque omnis generis aded intolera-  
 bilium ærumnarum, ut si mortales seriò quoti-  
 diè, per horulæ spatium, meditando incumbere-  
 rent ad informandam, quamcumque assequi per  
 hanc vitæ caliginem possunt, istiusmodi tormen-  
 torum imaginem, næ illi magis abhorrerent à  
 tot tantisque flagitiis sceleribusque consciscen-  
 dis per quæ ludibundè ac facilè sese obligare,  
 luendis per totam æternitatem dirissimis hisce  
 suppliciiis, non dubitant. Ibi est Lucifer Prin-  
 cept rebellium Deo Spirituum. Ibi omnes ejus  
 sectam secuti Dæmones, illuc è Cœlo detrusi.

Ibi cuncti quotquot ab orbe condito ultimum spiritum extra Dei gratiam efflarunt homines culpæ lethalis rei. In hanc stygiam fornacem qui semel sunt coniecti, æternum sine spe gemunt, sensu semper puncti vivo ingentium & innumerabilium malorum, quorum nec remedium, nec laxamentum, nec solatium vel minimum, posse ipsis undelibet contingere per infinitam sæculorum omnium perennitatem, persuasissimum habent.

24. O Fratres mei: quæ isthæc (malum) dementia nostra est! ita nos securos ab omni Tartari metu vivere, cum criminum in dies atrociorum congerendis in conscientias nostras struibus, flammis illis sempiternis materiam sedulo paremus. An non hoc indicium est evidens nostræ, non dicam modicæ, sed planè nullius fidei? quippe quam etsi lingua profiteatur, manus tamen & vita certiori argumento refellit, ut recusare nequeat, qui se Christianum ferens, licentiam usurpat, in peccando, Mahumetanorum & Idolatrarum, quin si quando sese dicat credere ignes Infernos, & pœnas nullo terminandas fine, Dei Legem migrantibus servatas, fallere ac mentiri iudicetur. Ecclesia, vel Fidelium in Terris militans, vel Sanctorum cum Deo regnantium triumphans in Cœlis, nunquam orat pro mortuis in infimum Infernum legatis; quippe quorum in omnem æternitatem Paradiso exclusorum spem planè conclamata irreparabilemque ruinam norunt. Verùm ambæ animabus in Purgatorio gementibus  
beni-

benignâ salute ad  
tias illis  
exitiosissim  
sum effug

25. Chr  
sanctissim  
in Limbu  
adventum  
die tertiâ  
tuis, suan  
gens eide  
reliquerat  
mortalita  
Mariæ V  
& Discip  
gaudio, c  
pensaretu  
mus obor  
ribus per  
præbuit,  
pauci fue  
mos qui  
prædicati  
tinacissim  
vel audit  
resurrexis  
adhibere  
ut Dei a  
nemque p  
re Sanct  
in JESU  
tertia die

redito ultimum  
runt homines  
iam fornacem  
sine spe ge-  
ingentium &  
m nec reme-  
tium vel mi-  
ingere per in-  
nitatem, per-

(malum) de-  
tros ab omni  
inum in dies  
entias nostras  
materiam se-  
cium est evi-  
æ, sed planè  
ngua profitea-  
ri argumento  
i se Christia-  
in peccando,  
quin si quan-  
rnos, & pœ-  
egem migran-  
judicetur. Ec-  
tans, vel San-  
phans in Cœ-  
n infimum In-  
omnem æter-  
m planè con-  
n norunt. Ve-  
io gementibus  
beni-

benignâ suffragatione opem ferunt: uti & pro salute adhuc in vitâ degentium sollicitæ, gratias illis conantur impetrare, quarum auxilio exitiosissimum in æterna incendia Tartari, lapsum effugiant.

25. Christi JESU sextâ feriâ mortui anima sanctissima Divinitati semper juncta descendit in Limbum: & quotquot illic animas reperit adventum suum expectantes, eduxit inde: tum die tertiâ, quæ fuit Dominica, surrexit à mortuis, suam iterùm sanctissimam animam rejungens eidem corpori quod in Cruce exspirans reliquerat. Mox redivivus & dotibus beatæ immortalitatis vigens, apparuit matri primùm suæ Mariæ Virgini Sanctissimæ, deinde Apostolis & Discipulis, aliisque sibi caris, eo ipsorum gaudio, quo & abstergeretur, & abundè compensaretur moeror ex ejus morte ipsis gravissimus obortus. Suis etiam inimicis & crucifixoribus per Discipulos obtulit veniam, réque ipsâ præbuit, quotquot admittere voluerunt. Hi non pauci fuere, nam miro eventu contigit, plurimos qui Christo credere viventi, prædicanti, ac prædicationem signis ingentibus confirmanti, pertinacissimè recusaverant, ei non amplius viso vel audito, sed testimonio Discipulorum ipsius resurrexisse à mortuis credito, fidem plenam adhibere; in ipso spem ponere; ejusdemque, ut Dei ac Salvatoris hominum, cultum religionemque profiteri. Hactenus exposita sic se habere Sanctus Thomas affirmavit his verbis: *Credo in JESUM Christum qui descendit ad inferos, & tertia die resurrexit à mortuis.* 26. Man-

26. Mansit Christus in terris postquam resurrexit à mortuis per dies quadraginta; dupli-  
 quantum intelligitur, de causâ. Primum, ut  
 planè persuaderet Discipulis se resurrexisse: de-  
 inde ut eos doceret quid agere deberent. Adeo  
 ii turbati fuerant inexpectatissimo eventu mor-  
 tis ejus, tantumque absorpti tristitiâ ex eo  
 acerbissimo casu natâ, ut ægerrimè adducerentur  
 ad credendam ipsius resurrectionem, nec  
 una ad id alterave satis foret apparitio, morâ  
 opus erat, & multiplicatis per iteratos congres-  
 sus vitæ verè resumptæ indiciis manifestissimis.  
 Hoc ut suaviter, & modo infirmitati humanæ  
 accommodato benignissimus Dominus ageret,  
 triumphalem in Cœlos ingressum suum quadra-  
 ginta dierum spatio distulit, crebris interim Di-  
 scipulos sermonibus erudiens, quid credere ipsi,  
 quidve facere, quid Gentes deinde omnes do-  
 cere, quidque persuasis de dogmate, operan-  
 dum præscribere oporteret; ut tam ipsi quàm  
 cæteri homines ipsorum prædicatione credituri,  
 pervenire ad Regnum Cœlorum possent, & eò  
 se præcessurum suo tempore subsequi.

27. Consecutus utrumque quod optaverat, &  
 cum ejectâ omni penitè ex cunctorum Disci-  
 pulorum mentibus dubitatione de morte ac re-  
 surrectione ipsius verissimi Dei Filii ac Salva-  
 toris hominum, tum satis omnibus edoctis de  
 Regno Dei, hoc est de Ecclesiâ fundandâ, de-  
 que ipsis dogmatibus tradendis, tum de Sacra-  
 mentis & cæterâ Christianâ ubique terrarum  
 per Apostolos instituendâ disciplinâ, causam in  
 ter-

terris mora  
 profectus  
 Apostolis  
 cunctis iis  
 conscendit  
 cens. Tun  
 fusique ob  
 mino, po  
 Thronum  
 Eodem re  
 nem huma  
 sumpturus  
 causas ag  
 ejus justar  
 quibus ad  
 culum pos  
 boli Sanc  
 JESUM C  
 det ad de

28. Qui  
 tium, ita  
 clausula r  
 neum Div  
 gat, non  
 tatis, hæc  
 successiva  
 omnium l  
 æquum ju  
 constituent  
 est ad is  
 cognitione  
 certissimè

terris morandi nullam ampliùs Christus habens, profectus cum Mariâ Virgine suâ matre, cum Apostolis & multis aliis in montem Oliveti, cunctis iis spectantibus, Cœlorum inde summè conscendit, liberatos è Limbo Patres secum ducens. Tunc patuerunt altæ Cœlorum fores, effusique obviam omnes Angeli triumphanti Domino, pompam fecerunt procedenti usque ad Thronum ipsi paratum ad dexteram Dei Patris. Eodem reversus, unde priùs descenderat, carnem humanam in sacrâ Genitricis Virginis alvo sumpturus. Illic sedet Advocatus peccantium, causas agens nostras apud Patrem, & iram ejus justam exarmans, auxiliaque submittens, quibus adjuti damnationis æternæ fugere periculum possimus. Hæc est sententia articuli symboli Sancto Jacobo Minori tributi: *Credo in JESUM Christum, qui ascendit in Cælum & sedet ad dexteram Dei Patris Omnipotentis.*

28. Quia verò hic Mundus sicut habuit initium, ita suo terminandus fine est; ut sua ei clausula ritè, ac quemadmodum est consentaneum Divinæ Conditoris providentiæ, contingat, non priùs hoc commercium humanæ societatis, hæc generationum latè sese propagantium successiva varietas desinet, quam de cunctis omnium hominum cogitatis, dictis & operibus æquum judicium feratur, debitâ cuique mercede constituendâ. Judex supremus JESUS Christus est ad istam causarum omnium exercendam cognitionem è Cœlis descensurus, prout eum certissimè facturum, jam tum in ejus è terris ascen-

ascensu denuntiatum per Angelos est. Is forum aperiet, in quo universi qui unquam & uspiam fuerunt homines vadimonium sistent, corâm inexorabili Arbitri cuncta scientis, Omnipotentis, Tribunali, ad quæsitâ responsuri, num propositis ab Ecclesia dogmatibus crediderint? num præcepta servaverint? qui sic fecerint in Gloriam Paradisi admittentur: qui verò credere recusaverint, quales sunt Mauri, Judæi, Gentiles, eos ignis excipiet æternus, ubi nulla redemptio, qui autem fidem quidem professi fuerint, ut mali Christiani, mandatis verò Decalogi obedire neglexerint, ii pariter Christi JESU irrevocabili sententiâ flammis æternùm usturis addicentur.

29. Antequam hæc fiant, instante Mundi exitu, omnes qui tunc vivent homines morientur. Est enim hoc naturæ debitum nulli non solvendum: utique cum eâ conditione quivis homo nascatur, ut aliquando vivere desinat; cujus legis cum ne Christo quidem Dei Filio gratia facta sit; manifestum est, quàm temeraria & irrita spes foret cujusvis alterius id sibi privilegium spondentis. Cæterùm non suâ causâ JESUS est mortuus, sed pro peccatis nostris, mox tamen resurrexit propriâ virtute, ut & resurgendi nobis fiduciam resurrectione sanciret suâ, & acerbitem necessitatis moriendi piis bonisque amicis suis, exempli proprii communione temperaret. Ergò vel si qui Sancti & omni virtute perfecti in Mundo fortè reperirentur, quando ejus statutus imminebit finis, haud est putan-

putandum speratam  
rùm ii qu  
cum cæte  
quæ prius  
per beata  
rem, tra

30. In  
mum exer  
omnes à  
tui, resur  
ni pariter  
deinceps  
gaudium,  
tuum tran  
fitens ver  
stum è C  
mortuos.

31. Qu  
gnamus,  
profitemu  
unum sol  
sed Trinu  
Deus Pat  
genitus. S  
tus à De  
tia Person  
& Filio,  
mus quot  
motum C  
in fronte  
tris demo

putandum eos citrà mortem transferendos in speratam & promeritam ipsis felicitatem: verùm ii quoque mortem priùs gustabunt, ac sic cum cæteris vitæ redditi, suis quisque, iisdem quæ priùs habuerant, corporibus resumtis, sed per beatas dotes in statum reformatis meliorem, transibunt in sortem promissæ felicitatis.

30. In hunc modum Christo JESU ad supremum exercendum Judicium è Cælis descendente, omnes à primo ad ultimum homines, priùs mortui, resurgent, omnes ab eo judicabuntur, boni pariter & mali: verùm ingenti & in omne deinceps ævum immutabili, discrimine illis ad gaudium, his ad exitium gemitumque perpetuum transituris. Hanc Sanctus Philippus profiterens veritatem, dixit: *Credo in JESUM Christum è Cælo venturum ad judicandos vivos & mortuos.*

31. Quando Christiani Crucis formâ nos signamus, Sanctissimæ Trinitatis Fidem certam profiteamur. Id mysterium hujusmodi est: Deum unum solum singularem credimus & colimus, sed Trinum eundem in Personis. Prima persona Deus Pater, non est factus, nec creatus, nec genitus. Secunda Persona Deus Filius, est genitus à Deo Patre, non factus nec creatus. Tertia Persona Spiritus Sanctus procedit à Patre & Filio, non creatus nec genitus. Id indicamus quoties nos signamus, expressâ per manûs motum Crucis figurâ. Ponendo enim dextram in fronte, simulque pronunciando *In nomine Patris* demonstramus Deum Patrem nec factum nec

nec genitum esse. Postea demittendo manum eandem ad infimum pectus, pariterque dicendo: & *Filii*, significamus Deum Filium à Deo Patre genitum non factum nec creatum. Porrigimus deinde manum in humerum sinistrum dicentes interim, & *Spiritus*; tum eandem retrahendo ad humerum dextrum, dicendo, *Sancti*, declaramus Sanctum Spiritum à Patre & Filio procedere.

32. Hanc bonus omnis Christianus sine ullâ dubitatione tenere ac confiteri Fidem debet, consubstantiali Patri ac Filio, ex utroque procedentem Spiritum Sanctum credens, adorans, magnificans; qui suis sanctis inspirationibus à peccatis revocat, & movet corda nostra ad observanda decem Mandata Legis Dei Domini Nostri & præcepta Sanctæ Matris Ecclesiæ Catholicæ; inclinatur etiam ad exercenda opera misericordiæ corporalia & spiritualia. Hoc de Sancti Spiritûs Divinitate dogma complexus est Sanctus Bartholomæus his verbis: *Credo in Spiritum Sanctum*.

33. Quicumque Christianam amplexi Religionem, ejus officium tenere ac Fidem præstare decrevimus, non modò credere, tanquam ad salutem necessarium, sine ullâ dubitatione debemus, quidquid de Christo ipso Domino, Deo simul & homine, Apostoli, Discipuli, Martyres & Sancti omnes crediderunt: sed etiam pari necessitate adstringimur universi ad persuadendum certissimè nobis, institutam ab eo in terris fuisse Catholicam Ecclesiam, cui qui præ-  
sunt

sunt à Sa  
re nullo  
observanc  
sint. In i  
ctis parit  
& in illis  
nascentes  
definiunt,  
tûs assis  
Sanctos i  
ciliorum,  
morum à  
copis, Ep  
proposita  
pto debent  
si, juber  
Christi D  
stros suan  
ipsi præfi  
Hoc nob  
lus & Ev  
do Sancta

34. Illu  
quot non  
merita op  
tâ mortal  
in salutem  
municari,  
veris omne  
tibus. Ita  
rali mem  
inest bon



sunt à Sancto Spiritu diriguntur; ita ut dubitare nullo pacto liceat quin, quæ illi præscribunt observanda, & tradunt tenenda, recta & vera sint. In iis enim quæ universali consensu cunctis pariter agenda vel vitanda decernunt: uti & in illis quæ circa vetera dogmata, vel subnascentes de iis controversias, maturo consilio definiunt, habent sibi promissam Divini Spiritus assistentiam, quâ errare non sinantur. Sanctos igitur Canones Patrum, Decreta Conciliorum, Edictaque universalia Pontificum Summorum à Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque Prælatibus Ecclesiæ proposita, pronâ veneratione, certâ fide, prompto debemus obsequio excipere; plane persuasi, juberi ea docerique autoritate ac Sapientiâ Christi Domini, per quos sibi substituit Ministros suam Ecclesiam gubernare, & ad finem ipsi præfixum æternæ salutis dirigere pergentis. Hoc nobis commendare voluit Sanctus Apostolus & Evangelista Matthæus quando dixit; *Credo Sanctam Ecclesiam Catholicam.*

34. Illud etiam pro certissimo tenemus quotquot non falsò Christianum nomen gerimus: merita operum heroicorum quæ Christus in vitâ mortali agens patiensque, Patri obediendo, in salutem hominum ingentia congressit, communicari, & influxu quodam intimo proficere veris omnibus Christianis in Dei gratiâ perstantibus. Ita ut quemadmodum in corpore naturali membra invicem communicant quod cuique inest bonum, vigore se in cunctos artus, ex capi-

capite præsertim propagante: ita in corpore mystico (quale est Ecclesia cujus caput Christus est) membra singula, hoc est, Fideles cuncti, hauriunt succum arcanum quo vegetantur & augentur ex unigenito Dei Filio Christo JESU, cui ut vertici adherent: nutrimentum enim inde illis intimum affluit alimonix cœlestis, per canales maximè septem Sacramentorum derivatum. Ea sunt Baptismus, Confirmatio, Christa vulgò dicta, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema unctio, Ordo, Matrimonium, quibus sacris mysteriis quicumque cum debita dispositione initiantur, illi gratiam habitualement accipiunt vel augent; qualitatem animæ vivificam à Deo concessam indignis per se mortalibus, intuitu Sanctorum Operum à Christo dum viveret in terris patratorum. Quia enim ille, ut Patri obsequeretur, tot mala toleravit, tot ac tantas injurias & contumelias volens pertulit, dolores denique acerbissimos Crucemque ac mortem ultrò subiit, mercedem quantavis illis factis est lucratus. Porrò idem ex se felix tali lucro non indigens, jus ad illud suum in nos transfert, sibi que imputat quod ex illâ nobis proficit. Hinc quæ confertur nobis gratia, fructus meritorum Christi est, & influxus quasi capitis in membra.

35. Quemadmodum verò non solum caput subjectis artubus, sed membra etiam se occultis afflatibus mutuò fovēt, alunt & vegetant; ita, præcipuè quidem, non tamen omninò unicè, ditamur participatione thesaurorum quos  
Chri-

Christus  
vitâ mort  
luit quipp  
eum part  
rum laud  
bus, in  
Sic, illis  
nostra pa  
siones off  
Bona den  
bis in De  
page pers  
vio comm

36. Ag  
Domino  
mittendi  
ac condon  
quæ, abu  
Deo seced  
meritò ex  
antea ben  
credimus,  
datam &  
clesiæ Ca  
autoritas  
catis, que  
coram De

37. Qua  
re oportet  
rum poeni  
rum venia  
mæ, dispo  
Tom. I.

Christus è rectè à se factorum & patienter in vitâ mortali toleratorum pretiis congressit. Voluit quippe idem etiam è cumulo gratiæ apud eum partæ servorum suorum fratrum nostrorum laudabilibus actis & laboriosis perpassionibus, in nos aspergi ac promanare quidpiam. Sic, illis orantibus, nobis impetratur; illis vice nostra patientibus, aut præteritas suas perpassiones offerentibus, nos pœnæ debito solvimur. Bona denique omnis generis opera eorum, nobis in Dei gratiâ, & in Ecclesiæ corporis compage perstantibus, variè prosunt, salubri effluvio commeabilis in connexa redundantia.

36. Agnoscimus præterea profiteamurque, Deo Domino Nostro vim ac potestatem inesse remittendi peccata, hoc est, abolendi maculas ac condonandi pœnas facinorum pravorum, per quæ, abutentes arbitrio nostro nos homines, à Deo secedimus, & contra eum rebellamus; ideo meritò excidentibus ipsius gratiâ, in quam nos antea benignè admiserat. Confitemur etiam & credimus, istam potestatem à Christo Domino datam & communicatam fuisse Sacerdotibus Ecclesiæ Catholicæ: vi cujus communicationis, autoritas nunc illis competit absolvendi à peccatis, quoscumque satis paratos invenerint, ut coram Deo ritè solvi culparum vinculis possint.

37. Quare conscios Dei offensi id sedulo agere oportet, ut dignâ exhibendâ scelerum suorum pœnitentiâ, se ad promerendam peccatorum veniam, & sic assequendam salutem animæ, disponant. Ea enim controversia vertitur

in sacro, cui se sistunt, Tribunali, Sacerdote Judice, digni nec-ne ii sint, qui beneficio absolutionis impertiantur: accusator idem qui reus in isto foro est. Arbitrator Sacerdos causam cognoscit, diligenter cuncta pro tantæ dignitatis officio, considerans. Confessio peccatorum mortalium omnium integrè à pœnitente debet fieri, nisi tempus, ut in subitis periculis, ad id planè peragendum desit, universis satis cognitis, pronunciante Sacerdote absolutionis formulam, Dei gratia rursùs infunditur pœnitentibus, per quam delentur peccata quibus prius eorum animæ deformabantur; & æternæ pœnæ, cujus pro iis debitores tenebantur, certa ipsis remissio conceditur. Utrumque istud doctrinæ Catholicæ caput amplexus Sanctus Simon his verbis est: *Credo Communionem Sanctorum, & remissionem peccatorum.*

38. Quia verò fieret injuria Divinæ infinitæ Bonitati atque Justitiæ, nisi certò crederetur, haudquaquam omissurum Deum largè remunerari eos qui illi fideliter inserviunt, observandâ exactè Sanctissimâ ipsius Lege, aut è contrario dignis pœnis afficere nefarios contemptores sui Numinis & mandatorum ejus pervicaces transgressores, credimus omninò futuram *Resurrectionem carnis*, hoc est, omnes planè quotquot vixerunt antehac, vivimus hodie, vivent post nos, homines, resumpturos in fine mundi reviviscendo corpus idem quod cum morerentur habuerunt: & in eo deinde perpetuò victuros in tormentis aut in gloriâ. Ita enim necessarium planè est,

est, ut I  
mâ & in  
ternis gau  
suos sensu  
continuis  
Dei amo  
persecuto  
vi omni a  
quo etsi  
tis, fuit:  
sibi conv  
maniter r  
digna ea  
tiæ ac gl

39. Ind  
niens, co  
viverent,  
generis n  
gulæ & c  
datis, ob  
citâ libidi  
tissimis, i  
nâ tolerar  
quantum  
premiu  
fuisse aus  
sis resurg  
riter & m  
animæque  
perunt, &  
induent c  
omne indi

est, ut Deus Dominus Noster pro suâ rectissimâ & incorruptissimâ Justitiâ, hinc quidem æternis gaudiis refoveat corpora Sanctorum, qui suos sensus & membra laboribus in vitâ mortali continuis subjecerunt, tolerantes etiam, ne à Dei amore divellerentur, insultus & plagas persecutorum, eos ad Dei offensam pertrahere vi omni ac dirâ crudelitate contendentium. In quo etsi virilis pars, animæ in officio perstantis, fuit: tamen cum corpora quoque fraudata sibi convenientibus bonis, vexata, torta, immaniter non rarò istâ occasione lacerata fuerint, digna ea quoque sunt quibus pars quietis, lætitiæ ac gloriæ consentanea contingat.

39. Inde ex adverso non minus erat conveniens, corpora flagitiosorum hominum, qui dum viverent, nullo legis Divinæ respectu, omnis generis nequitiâ se licentissimè inquinaverant, gulæ & obscœnis cupiditatibus, spretis Dei mandatis, obsequentes, castigari suâ vice; ac illicitâ libidine appetitas voluptates, impositâ invittissimis, ignium nunquam extinguendorum æternâ tolerantia, luere, sicque vel serò intelligere, quantum malum sit, Dei summè venerabilis supremum Numen, contemnere atque irritare, fuisse ausam vilissimam creaturam. His de causis resurgent, ut dixi, omnes homines boni pariter & mali, magno illo die Judicii supremi; animæque illorum eadem quæ nascendo acceperunt, & usque ad mortem animarunt, iterum induent corpora; iis nexu deinceps in ævum omne indissolubili devinctæ, cum iis ituræ, prout

vitæ cujusque merita erunt, aut in Cœlum ad regnandum cum Christo in Gloriâ Paradisi, aut in Tartarum ad gemendum cum Diabolo. Hoc voluit promulgare Sanctus Thadæus quando dixit: *Credo resurrectionem carnis.*

40. Quoniam autem noster animus ad imaginem & similitudinem Dei Omnipotentis factus, in quantum naturæ spiritualis, est præditus potentiis Divinas perfectiones referentibus, scilicet, voluntate, intellectu, memoriâ, atque, ut talis, instinctus ab ortu est innato quodam & à conditore afflato desiderio, suo se prototypo jungendi, frustrâ istum fuisse tam excellenti creaturæ à Creatore ipso inditum semper vigentem appetitum, credendum utique non est. Sed pro indubitatisimo potiùs tenendum, prout omnes Christiani persuasissimum habemus, futurum, Deo adjuvante, humanum animum, nisi per ipsum stet, tanti voti compotem, & perventurum ad fruitionem summi boni, quam vitam æternam dicimus. Et hujus quidem, jam ante resurrectionem corporum in Dei gratiâ defunctæ, ac plenè purgatæ peccatorum reliquiis animæ, possessionem ineunt, ad Deum jam tum videndum ac fruendum admissæ.

41. Cæterùm istam felicitatem sine interpellatione ullâ, resumptis suo tempore rursusque copulatis suis sibi, sed longè meliori conditione, corporibus, in perennitatem finis expertem propagabunt, toto illo immensæ sempiternitatis spatio gavisuræ cum Deo in cœlis inter Angelorum beatorum innumerabilium, & sanctorum  
ho-

hominum  
plausu  
toris &  
câ præse  
stibus cu  
lens est  
ratiocina  
lam unq  
nem inf  
vel long  
spicabilis  
caros Be  
men hoc  
tate, qua  
illam no

41. Ib  
mâ pace  
relâ, nil  
tes; car  
amore a  
ctis abu  
quæ des  
diumque  
su, aut  
omnis g  
abundan  
rum inte  
tamque  
lum unq  
minuend  
do dixit

hominum statûs, ac conditionis omnis, festo plausu triumphantes exercitus; Dei Domini Creatoris & Domini communis benevolâ & beatificâ præsentîâ, cunctis simul omnes bonis cœlestibus cumulante: quorum bonorum tam excellens est sublimitas, ut quantumvis cogitando aut ratiocinando conemur in hac vitâ mortali, nullam unquam possimus ideam earum aut imaginem informare mentibus, quæ ad rei veritatem vel longo intervallo sese admoveat: adeo insuperabilis illa Divinæ largitatis se totam in sibi caros Beatos effundentis magnificentia est. Tamen hoc exiguum quod de illâ ineffabili felicitate, quasi balbutiendo, dicere possumus, abundè illam nobis expetibilem ostendit.

41. Ibi nimirum læti ac tranquilli florentissimâ pace vivunt Sancti, nullâ cujusquam querelâ, nihil ipsi quo quemquam incusent habentes; cari cultique omnibus, universos vicissim amore ac veneratione suavissimè complexi; cunctis abundantes, non dicam quibus egent, sed quæ desiderare ad consummatam gloriam gaudiumque possunt, sine ullo ullius sensu, appulsu, aut metu mali; beatissimâ contra bonorum omnis generis omnium copiâ & tam profusè abundante, ut vota excedens, etiam in sæculorum interminabilium usum sufficiat; & tam certâ tamque tutò custoditâ, ut timeri periculum nullum unquam possit ejus vel intervertendæ vel minuendæ. Hoc intellexit sanctus Matthias quando dixit: *Credo vitam æternam.*

## EPISTOLA XIV.

Societati Goam.

*Amboino & classe Hispanica lustratis, Mauricam  
mirà in Deum fiducià contendit.*

Gratia & Charitas D. N. JESU Christi sit nobiscum semper. Amen.

I. **A**D Kal. Januar. anni M.D.XLVI. Malacà solvimus Molucum versus. Ad Amboinum appulimus xvi. Kal. Mart. Hæc insula est in circuitu millia passuum, fermè xc. incolis advenisque sanè frequens, in ea oppida pagique Christianorum sunt numero sex (1); quos, ut primùm veni, lustravi omnes ex ordine; infantes ac pueros baptizavi quàm plurimos. Secundùm hæc Ferdinandi Sosæ classis ad Amboinum applicuit, quâ classe Hispani, ex nova Hispania in Molucum profecti, vehebantur. Ac pro multitudine navium (2) tantus occupationum spiritualium quasi concursus fuit, cum & confessiones audire, & habere conciones, & subvenire ægrotis & moribundis adesse oporteret, ut per tempus satisfacere omnibus nequitiam possem. Odoratus sum sensus ac voluntates incolarum: magnàmque in spem venio, ut pri-

(1) Cut. Septem.

(2) Cut. addit octo.

primùm in  
Lusitanus  
qui nunc  
ro, inqua  
colligamu

2. Ora  
citer CCC  
stiani pe  
religionis  
animorum  
persuaseri  
discrimine  
re. Itaqu  
certum es  
videntia s  
Evangelic  
salvam fa  
propter m  
tres chari  
neratim  
ubi tempu  
pro DEO  
discrimen  
tia, etsi  
modò ean  
deklararit  
ribus appa  
mana nat  
misericord  
suâ vi con  
beamus or  
nobiscum  
MDXLVI



primùm insulæ Dominus (is est vir primarius Lusitanus, Christianæ religionis studiosissimus, qui nunc regii præsidii Dux est in Moluco) spero, inquam, ubi is reverterit, fore ut his locis colligamus animorum uberrimos fructus.

2. Ora est ab Amboino millia passuum circiter CCCC. quæ Mauri regio dicitur; ubi Christiani permulti sunt, Christianæ disciplinæ ac religionis prorsus ignari. Eò proficiscor, ut tot animorum saluti consulam: quippe cùm mihi sic persuaserim, debere me, vel cum capitis mei discrimine, illorum animos ab interitu vindicare. Itaque vel perspicua mortis pericula subire certum est; spem enim omnem in divina providentia sitam habeo, & cupio obtemperare illi Evangelicæ voci: *Qui voluerit animam suam salvam facere, perdet eam: qui autem perdidit propter me, inveniet eam.* Ac mihi credite, Fratres charissimi, etsi hujus sententiæ verba generatim facilia sint ad intelligendum, tamen ubi tempus incidit, cùm statuere oportet, tibi pro DEO vitam amittendam esse, & mortis discrimen adeundum; usque eò eadem sententia, etsi clarissima sit, obscura fieri solet, ut is modò eam intelligat, cui pro sua benignitate declararit DEUS. Enim verò istiusmodi temporibus apparet, quàm imbecilla infirmaque sit humana natura. Dominus nos pro sua immensa misericordia, talibus in rebus ac temporibus, ita suâ vi confirmet ac roboret, ut fortiter & subeamus omnia, & perferamus: idèmq; maneat nobiscum semper. Amen. VI. Idus Majas, anni MDXLVI. Ex Amboino. R 4 EPI-

## EPISTOLA XV.

P. Paulo Camerti.

*De obedientiæ studio, de Sociis Comorinensibus ad se mittendis, aliisque eorundem comitibus; denique de Augustinianis officiosè & honorificè tractandis.*

Gratia & Charitas D. N. JESU Christi sit nobiscum semper. Amen.

I. **O** Mi Paule! quod ego te & coram, & per litteras sæpius oravi, idem nunc summopere quæso atque obsecro, ut omnibus in rebus istius Collegii Moderatoribus obtemperes sedulo. Equidem si tuo essem loco, nihil antiquius haberem, quàm ut eis omnino morem gererem. Credas enim mihi, tibi que persuadeas velim, nihil esse tutius, atque ab omni errore remotius, quàm semper optare sibi ab aliis imperari, & imperantibus ex animo obtemperare. Contràque, lubricum ac periculosum esse negotium, ad suum arbitrium vivere, omisso eorum, qui præsent, imperio. Nam ut ab eo, quod præscribitur, deflectens rectè aliquid facias, tamen sic habeto, Frater charissime, in eo plus pravi esse, quàm recti. Proinde P. Jacobo Burbano, cujus voluntas cum divina voluntate congruit, omnibus in rebus accuratè parebis; omninoque in ejus eris potestate. Id si feceris, nã  
tu

tu mihi n  
tam fecer

2. Socio  
Comorino  
verò Joan  
dem subst  
sunt è Lu  
turi sunt,  
ac negoti  
cietate su  
adducere  
gos Chris  
sint & su

tè sint e  
injuriosè  
ulcisci in  
apparatur  
rent. Sac  
se: sunt  
cta; Ethr

3. Aug  
hinc veni  
scere lice  
commend  
velim juv  
diciis, v  
sunt, pla  
do. DEU  
nimòsque  
sferat, u  
& quiete  
Ex Amb

tu mihi non solùm, sed DEO quoque rem gratam feceris.

2. Socios ad me mittas duos ex iis, qui in Comorino Promontorio versantur, nominatim verò Joannem Beiram. Horum in locum totidem substitutes ex eorum numero, qui recentes sunt è Lusitania. Obsecro autem eos, qui venturi sunt, ut quoniam pro multitudine locorum, ac negotiorum magnitudine, tam pauci è Societate sumus, alienos homines aliquot secum adducere conentur, qui ad harum Insularum pagos Christianis præceptis imbuendos usui nobis sint & subsidio. Si Sacerdotes non erunt, certè sint ex iis, qui à mundo, carne, diabolo injuriosè tractati, suas pariter & DEI injurias ulcisci in semetipsis expetunt. Instrumentum apparatusque necessarium Sacrificii secum afferent. Sacros autem calices stanneos præstat esse: sunt enim argenteis tutiores à gente non sancta; Ethnicos dico, inter quos versamur assiduè.

3. Augustiniani Fratres quidam Hispani Goam hinc veniunt, ex quibus de meis rebus cognoscere licebit, si quid voles. Hos ego tibi sic commendo, ut quibuscumque rebus poteris, eos velim juves; idque summis vel benignitatis indicis, vel benevolentia: viri quippe religiosi sunt, planèque sancti. Ego in Mauricam discedo. DEUS tecum maneat, me comitetur, animòsque nostros demum in suum regnum transferat, ubi profectò fruemur majore, quàm hìc, & quiete & gaudio. VI. Idus Maji. MDXLVI. Ex Amboino.

4. In-

4. Inclusam epistolam continuò ad Comorinenses Socios perferendam curabis, ut Goam profecti, ineunte Aprili mense anni insequentis in Molucum solvant.

## EPISTOLA XVI.

Sociis Comorinensibus Antonio Criminali  
et Joanni Beiræ.

*Aliàs a se scripta, & gesta in Amboino recenset: jubet eos, aliis in Comorinum destinatis, in Molucum sacra cum suppellectili novisque Sociis proficisci.*

Gratia & Charitas D. N. &c.

I. **A**Nno superiore scripsi ad vos Malacâbinas litteras, eòdem exemplò, quibus vos Joannes Beira, & Antoni Criminalis, per DEUM orabam, ut confestim in Comorinum Promontorium contenderetis. Placuit enim vos illuc proficisci, ad instituendos fovendòsque miseros illos Neophytos, unà cum P. Francisco Mansilla, quem apud Christianos cum Francisco Lisiano (\*), aliisque Sacerdotibus indigenis tribus reliqueram. Quod ut majore vestro merito fieret, vobis planè pro vestro obedientiæ studio imperabam. Non dubito, quin & redditæ litteræ sint, & eis obtemperatum. Ego Malacâ  
Kal-

(\*) Cut. P. Joanne Lisano.

Kalend. Ja  
Kalend. M  
ibique sta  
insulis sur  
Sub id ter  
rum class  
petebat, a  
numero o  
gotii, qua  
(audiendis  
Dominicis  
ducendis,  
tibusque  
quo cunct  
& extra )  
speròque  
Jordanes  
propagand  
nasta, ibi  
proximo a  
tando fac  
quantur f  
suum circ  
bitatur, e  
Ab Ambo  
est in cor  
stianos pl  
planè rud  
quamprim  
2. Hoc  
quantoper  
cis. Et q

Kalend. Januarii Molucum versus discessi. xvi.  
 Kalend. Martias appuli ad Amboinum insulam,  
 ibique statim Christianorum vicos, qui in hisce  
 insulis sunt, obiens, infantes Baptismo expiavi.  
 Sub id tempus Ferdinandus Sosa cum Hispano-  
 rum classe, quæ ex nova Hispania Molucum  
 petebat, ad Amboinum applicuit. Naves erant  
 numero octo, quæ tantum mihi attulerunt ne-  
 gotii, quantum nullis verbis consequi possem,  
 (audiendis assidue confessionibus, concionibus in  
 Dominicis habendis, pluribus ad concordiam in-  
 ducendis, visitandis ægris atque solandis, morien-  
 tibusque confirmandis, ut me tempus deficeret,  
 quo cunctis satisfacerem & intra Quadragesimam  
 & extra): perspexi interea sensus indigenarum;  
 speròque DEO bene juvante futurum, ut ubi  
 Jordanes Freita Moluci Præfectus, vir religionis  
 propagandæ cupidissimus, idemque Amboini Dy-  
 nasta, ibi sedem ac domicilium collocarit (quod  
 proximo anno a Nov. hujus anni 1546. compu-  
 tando facturus dicitur) incolæ omnes Christi se-  
 quantur fidem. Insula in circuitu est millia pas-  
 suum circiter nonaginta: frequentibus vicis ha-  
 bitatur, ex quibus septem sunt Christianorum.  
 Ab Amboino millia passuum propè CCCC. regio  
 est in continenti, Maurica nomine, ubi Chri-  
 stianos plurimos, eòsque Christianæ disciplinæ  
 planè rudes esse cognovi: itaque eò trajiciam  
 quamprimùm.

2. Hoc ideò vos scire volui, ut intelligeretis,  
 quantoperè vestra opera desideretur in his lo-  
 cis. Et quamquam non sum nescius, vos isthic  
 ne-

nequaquam esse otiosos; tamen quoniam hęc planè estis necessarii, per Christum vos oro, Francisce Mansilla & Joannes Beira, ut quamprimùm in hęc loca transmittatis: atque ut hoc iter major vobis sit obedientiæ ac meriti materia, idipsum planè impero. Quòd si fortè vestrùm aliquis excessit à vita, substituatur alius ad arbitrium P. Antonii Criminalis: sed ita, ut è tribus unus apud Comorinenses Christianos maneat cum indigenis Sacerdotibus. Si qui hoc anno è Societate supplementi causâ venerint è Lusitania, eos ego per DEUM oro, ut in Comorini Promontorium ad Christianos illos erudiendos proficiscantur. E Lusitania si quid erit novi, ad me perscribetis, Lusitanicasque litteras tradetis Patribus Molucum petituris. Ut autem socii recentes è Lusitaniâ plus obtemperando mereantur, eos in Comorinum Promontorium pro imperio ac potestate ire jubeo.

3. Et quoniam video hasce vobis litteras vix intra Kalend. Martias proximi anni reddi posse; Kalendis Maji (\*), regia navis è Goa Molucum versus solutura est, qua vehetur Moluci Rex, vinctus olim abductus: eà vos navi huc advehi volo. Quocirca hac epistolâ perlectâ, illico è Comorino Promontorio remigrabitis Goam, & ad Molucensem profectionem, ut dixi, vos comparabitis. Eâdem navi Molucenses Regem suum, quem propediem expectant, sperant esse venturum. Lusitani quoque arbitrantur novum Moluci

(\*) *Cut. ineunte Aprili.*

luci Præfe  
vectum in  
Sacra susce  
rium quam  
ros. Verùm  
quidem ce  
navaturi. S  
afferetis; c  
gentis non  
avidas elu  
homines è  
Christum c  
imperavi,  
dicam, nis  
menter ex  
tus, DEO  
& Christo  
turus. Vos  
ni Collegi  
catis, qui  
Christiana  
sibi singul  
Clericos,  
acceptas a  
DEUS vi  
regno pro  
fectò long  
nos mane  
Amboino.

luci Præfectum, qui arcem obtineat, pariter  
 vectum iri. Si Rex, quem dixi, Christiana Goæ  
 Sacra suscepit, magna me spes tenet, popula-  
 rium quamplurimos ad Christi Fidem accessu-  
 ros. Verùm ut ille nolit esse Christianus, vos  
 quidem certè egregiam hic Christo operam estis  
 navaturi. Singuli sacram Missæ suppellectilem  
 afferetis; calices autem stanneos, quò faciliùs  
*gentis non sanctæ*, apud quam versandum erit,  
 avidas eludatis manus. Et quoniam vos, utpote  
 homines è Societate JESU, quod ego vos per  
 Christum oravi, & pro vestro obediendi studio  
 imperavi, facturos esse confido, nihil prætereâ  
 dicam, nisi ut huc properetis; vos enim vehe-  
 menter exspecto. Nec dubito, quin vester adven-  
 tus, DEO favente, & satis per se opportunus,  
 & Christo gratus, & huic genti sit salutaris fu-  
 turus. Vos rogo, Fratres mei, ut aliquot Goa-  
 ni Collegii alumnos Sacerdotes vobiscum dedu-  
 catis, qui vos in tradenda hisce insulis doctrina  
 Christiana juvare queant. Certè uterque socios  
 sibi singulos adsciscat, si non Sacerdotes, at  
 Clericos, mundo, dæmoni carnique infensos, &  
 acceptas ab his injurias ulcisci cupientes. Nos  
 DEUS vivos in suo obsequio, mortuos in suo  
 regno pro sua benignitate conjungat; ubi pro-  
 fectò longè major, quàm hic est, quies ac lætitia  
 nos manet. VI. Idus Majas. MDXLVI. Ex  
 Amboino.

## EPISTOLA XVII.

Societati Romam.

*De sua e Comorino Macazariam versus profectio-  
ne : de gestis Malacæ & Amboini. De Mauri-  
ca, ejusque periculis ab ipso contemptis : summa  
pericula in Molucensi itinere singulari Dei ope  
superata. Religionis divinæ apud Sinas indicia.  
De Sociis denuò Goam appulsis, ac de Domi-  
cilio Societatis apud Molucum figendo : de Sa-  
racenis ethnicisque Amboinensibus, de insularum  
illius tractus natura, incolarumque moribus &  
Doctrina ; tum de capro hædos lactante. Sociorum  
perpetuò memor preces eorum exposcit.*

Gratia &amp; Charitas D. N. &amp;c.

I. **S**Cripsi ad vos anno superiore, Reges duos  
in insula, quam Macazariam appellant,  
cum magno popularium suorum numero ad Chri-  
sti religionem esse traductos. Ego igitur occa-  
sione rei bene gerendæ invitatus (apertum enim  
mihi aditum videbam ad Evangelium longè ac  
latè propagandum) confestim ex Comorino Pro-  
montorio solvi, ut eò quamprimùm appellerem.  
Abest Macazaria à Promontorio ampliùs vicies  
centena & septingenta millia passuum. Priùs  
quàm navim conscenderem, curavi sedulò, ne  
quid Comorinensibus Christianis deesset eorum,  
quæ ad sacrorum religionem studiùmque pieta-  
tis

tis pertin  
cerdotes,  
indigenas  
dum ex  
lani insul  
Promont  
cum totio  
neutri Ec  
enim Chr  
rum, à  
Cùm me  
sariam e  
oppidum  
petii, ut  
mercator  
operam s  
divinitus  
niam ex  
tiret pau  
quens, m  
2. Inde  
mus, urb  
narravit  
per in M  
ne prædit  
rum man  
dio essen  
Malacæ t  
illi vecti  
esset, re  
cutus, tr  
commora



tis pertinerent. Quinque igitur eis præposui Sacerdotes, Franciscum Mansillam è Societate, indigenas tres, & Franciscum Lisianum oriundum ex Hispania. Nam Christianos incolas Ceilani insulæ, quæ non longè abest à Comorino Promontorio, egregiè instituunt Franciscani duo, cum totidem Sacerdotibus. Ita factum est, ut neutri Ecclesiæ meâ operâ esset opus: ceteri enim Christiani, qui sunt in oppidis Lusitanorum, à singulis Episcopi Vicariis erudiuntur. Cùm meam igitur operam Indiæ minimè necessariam esse intelligerem, Meliaporam (quod oppidum hodie S. Thomæ nomine appellatur) petii, ut illinc in Macazariam pergerem. Ibi mercator me convenit, obsecrans ut confitenti operam sibi darem. Is confessione ritè peractâ, divinitus commotus est adeò, ut postridie pecuniam ex mercibus ac navigio redactam disperteret pauperibus: nudusque nudum Christum sequens, mihi se socium adjungeret.

2. Inde cùm solvissemus, Malacam applicuimus, urbem sanè celebrem Regis Lusitani. Hic narravit mihi Præfectus urbis, missum ab se nuper in Macazariam Sacerdotem, egregiâ religione præditum, cum non contemnendâ Lusitanorum manu; ut si quis motus exoriretur, præsidio essent novis Christianis. Itaque monuit, ut Malacæ tantisper subsisterem, dum navis, quâ illi vecti erant, rediret, & quo in statu res esset, renunciaret. Ergo Præfecti consilium secutus, tres menses eòque ampliùs Malacæ sum commoratus. Neque defuit interim materia bene

ne merendi. Festis ac Dominicis diebus in Æde sacra conciones habebam ad populum, reliquum tempus ferme consumebam in agrorum, apud quos in valetudinario diversabar, confessionibus audiendis, eorùmque miseris sublevandis. Neophytos quoque ac præcipuè pueros Christianæ doctrinæ elementis imbuebam: milites ac cives, odio inter se dissidentes, ad pacem concordiamque revocabam. Quotidie post occasum Solis cum tintinnabulo urbem obiens, cives sonitu excitatos admonebam, ut pro animis, quæ Purgatorio igne cruciarentur, divinam implorarent clementiam. Has subinde voces iterantem, puerorum grex è Catechismi schola prosequabatur, non sine magno civium motu.

3. Postea verò quàm ventos è Macazaria revertentibus opportunos resedissee vidi, nullùmque de Sacerdote ac militibus eò missis nuntium afferri; non diutiùs mihi cunctandum putavi. Itaque Malacâ solvens, in Molucum vela feci. Arx est in Moluco Regis Lusitani, Ternate nomine, ab India remotissima. Ab hac arce millia passuum propè ducenta insula est Amboinus, Indiæ propior, quæ circuitu quatuor & nonaginta passuum millia amplectitur, satis frequens non indigenis modò, sed etiam advenis. Hanc insulam Rex Lusitaniæ Lusitano Duci, virtute ac pietate clarissimo, dono dedit, quem intra biennium eò cum conjugè, liberis, universaque familia commigraturum ferunt. Hic oppida sunt Christianorum omnino septem; quæ ego circumiens, infantes omnes ac pueros nondum bapti-

ptizatos r  
plures sub  
tis appare  
tus, usque  
ctus aditu  
rum nave  
menses: o  
quantisqu  
concionib  
stàmque  
bam, &  
firmabam  
scederent  
iis, qui di  
hoc mino  
moriuntur  
ribus ac f  
qui grave  
vitium in  
juvante D  
cum Joan  
rio cursu

4. Ultr  
centa reg  
multis ab  
Christiani  
dotum, à  
orbati, a  
dierunt.  
est, & a  
immanita  
ra, quæ i  
Tom. I.

ptizatos ritè lustravi. Ex quorum numero complures sub Baptismum excesserunt è vita; ut satis appareret, vitam illis suppeditatam divinitus, usque eò dum ad æternam vitam patefactus aditus esset. Sub id tempus octo Hispanorum naves eò delatæ, tres ibidem substitère menses: quo toto tempore dici vix potest, quot quantisque occupationibus distinerer. Nam & concionibus omnes excitabam ad rectam honestamque vitam, & peccata confitentes audiebam, & visitabam ægrotos, & morientes confirmabam, ut æquo fidentique animo è vita discederent: quod quidem longè difficillimum est iis, qui divinis legibus minimè paruerunt. Quippe hoc minore divinæ clementiæ spe fiduciaque moriuntur, quò majore antè audaciâ in sceleribus ac flagitiis volutabantur. Multi præterea, qui graves inter se inimicitias exercebant (quod vitium inter milites latissimè patet) in gratiam, juvante DEO, reducti. Inde illi Indiam, ego cum Joanne Duro (de quo suprâ dixi) contrario cursu Molucum petiimus.

4. Ultra Molucum millia passuum propè ducenta regio est, quæ Maurica dicitur. In ea multis ab hinc annis ingens hominum multitudo Christianis sacris initiata est, sed morte Sacerdotum, à quibus instituebantur, deserti atque orbati, ad pristinam barbariem feritatemque redierunt. Omnino terra periculorum plenissima est, & advenis maximè infesta, propter gentis immanitatem insignem, & varia veneni genera, quæ in cibo ac potione dari vulgò solent;

quæ res Sacerdotes peregrinos deterruit, quò minùs illuc accederent ad incolas juvandos. Ego igitur animadvertens, quanta necessitate urgeantur, quos nemo doceat, nemo expiet Sacramentis; in animum induxi meum, debere me vel cum capitis periculo consulere illorum saluti. Quocircà quamprimum eò me conferre statui, & caput meum in discrimen offerre. Equidem omnem in DEO spem locatam habeo, cupiòque, quantum in me erit, Christo Domino obtemperare admonenti: *Qui voluerit animam suam salvam facere, perdet eam; qui autem perdidit animam suam propter me, inveniet eam.* Quæ quidem sententia cogitanti facilis est, experienti non item. Ubi enim tempus incidit, cùm vita amittenda est, ut eam in DEO invenias, cùm mortis periculum intenditur, sic ut facillè prospicias, si DEO pareas, vitam esse dimittendam; tum verò nescio, quo modo fit, ut quod ante præceptum dilucidum videbatur, incredibili involvatur obscuritate. Nam ne doctissimi quidem viri tam præclaræ sententiæ vim consequuntur; sed ii dumtaxat, quos singulari beneficio DEUS ipse interior magister instituit. Atque in ejusmodi rebus facillè apparet, quanta tandem nostra sit imbecillitas, quàm fragilis & infirma humanæ naturæ conditio. Complures mei me amici vehementer orabant, ne tantæ feritatis gentem adirem: postea verò, quàm nec precibus, nec lacrymis quicquam se proficere senserunt, præsentissima remedia contra omnia venena pro se quisque afferebant; quæ ego con-

stan-

stanter re-  
tis onustu-  
carebam.  
cassem in  
dum mihi  
fretus, de-  
que eis gr-  
ut pro me  
nullum pr-

5. Sed  
vigatione  
piratarum  
Illud max  
tempestat  
passuum i  
perpetuò  
latentes s  
risset (qu  
mescebam  
universi.  
solicitudin  
momenta  
DEUS no  
usu docti  
nostræ, q  
nitimur hu  
laces sint  
diffusus in  
unus peric  
pulsare po  
rò planè  
gubernari

stanter remisi omnia ; ne videlicet medicamentis onustus, onerarer etiam solitudine, quâ carebam. Cùm enim omnem spem meam collocassem in divinæ providentiæ præsidio, cavendum mihi existimabam, ne humanis præsiidiis fretus, deperderem aliquid de fiducia DEI. Itaque eis gratias egi, & simul omnes obsecravi, ut pro me DEUM deprecarentur: hoc remedio nullum præsentius posse reperiri.

5. Sed ut ad Molucense iter revertamur ; navigatione usi sumus minimè secunda : multa tum piratarum, tum tempestatum pericula adivimus. Illud maximum ; ingenti navi vehebamur, quæ tempestatibus impetu in syrtes abrepta, tria millia passuum ita confecit, ut imum gubernaculum perpetuò arenam perstringeret. Quod si vel in latentes scopulos, vel in vada inæqualia incurrisset (quod omnes ne accideret, subinde extimescebamus) certè facto naufragio interissemus universi. Multum ibi lacrymarum vidi, multum solitudinis & angoris, cùm omnes in singula momenta mortem expectarent. Verùm noluit DEUS nos perdere, sed periculis erudire ; ut usu docti intelligeremus, quàm infirmæ sint opes nostræ, quoties aut nostris viribus, aut præsiidiis nitimur humanis. Nam ubi senseris, quàm fallaces sint spes tuæ, & humanis opibus omnino diffusus in illo rerum omnium Moderatore, qui unus pericula ipsius causâ suscepta facilè propulsare potest, spem omnem posueris ; tum verò planè experiaris, DEI imperio ac nutu omnia gubernari, & quantumvis vitæ discrimen præ-

cœlestibus gaudiis, quæ in tali re ac tempore divinitus impertiri solent, esse contemnendum. Quamquam ne mors quidem ipsa pertimescenda est iis, qui divinâ illâ voluptate perfruuntur. Etsi autem fit, nescio quomodo, ut periculis perfuncti eorum magnitudinem nullis verbis consequi possimus; manet tamen jucundissima beneficii divini memoria, quæ nos dies noctesque stimulat ad labores pro optimo Domino vel suscipiendos libenter, vel fortiter perferendos: & simul efficit, ut eum in omni vita veneremur; sperantes fore, ut idem pro sua infinita benignitate vires nobis & animos addat, quò tam benigno Domino operam sedulò constantèrque navemus.

6. Cùm essem Malacæ, incidi in mercatorem Lusitanum, recentem ex opulentissimo regno Sinarum. Is mihi narravit, se ab homine Sina, honesto sanè & gravi, atque in urbe regia satis versato interrogatum: num Christiani suillâ carne vescantur; respondisse: Christianos quidem suillam non aspernari; se tamen libenter auditurum, cur tandem id sciscitaretur. Tum Sinam dixisse, nationem esse quamdam in medio Sinarum regno montibus inclusam, moribus institutisque longè abhorrentem ab Sinis, quæ ab suilla penitus abstineret, & multos dies festos solemnè ritu celebraret. Hæc mihi mercator cùm exposuisset, non satis conijcere potui, utrùm hi, quos Sina describebat, Christiani essent ex eo numero, qui ritus Hebrææ legis cum Christi religione jungunt, quales Æthiopes  
maris

maris rubi  
sunt toto  
nos non

7. Com  
commean  
davi, ut  
illius gen  
stituta,  
investiger  
an Chris  
mam Ap  
magnùm  
adduxisse  
suam red  
mittebat

ejusque c  
tur. Cùm  
cœperunt  
xi, affir  
Episcopis  
Sinarum  
se, Evan  
Christo  
habuero,  
perâ exp

8. Ar  
Goam ap  
litteras q  
rârunt. F  
gaudio,  
cietatis r  
illis unus

maris rubri accolas scimus esse; an Judæi, qui sunt toto terrarum orbe dispersi. Nam Saracenos non esse, audio constare inter omnes.

7. Complures mercatores è Malaca in Sinas commeant quot annis; horum multis ego mandavi, ut diligenter cognoscant, qui tandem sint illius gentis mores, qui ritus, quæ leges & instituta, ut his tandem vestigiis ejus conditionem investigem, exploratùmque habeam Judæi ne sint, an Christiani. Neque enim desunt, qui S. Thomam Apostolum in Sinas penetrasse confirmant, magnùmque eorum numerum ad Christi Fidem adduxisse. Nam priùs quàm Indiam Lusitani in suam redegissent ditionem, Græca Ecclesia eò mittebat Episcopos, qui Christianos S. Thomæ, ejusque discipulorum operâ propagatos tuerentur. Cùm primùm igitur Lusitani Indiã potiri cœperunt, unus ex Græcis Episcopis, quos dixi, affirmasse fertur, sese cognovisse de aliis Episcopis, quos in India invenerit, S. Thomam Sinarum fines ingressum eorum oppida peragrasse, Evangelioque divulgato, indigenas plurimos Christo peperisse. Cùm primùm aliquid certi habuero, aut ab aliis compertum, aut meâ operâ exploratum, vos faciam certiores.

8. Antequam Malacã discederem, cognovi Goam appulisse tres è Societate, qui cum suis litteras quoque Romanas ad me perferendas curârunt. His ego perlectis, enimverò triumphavi gaudio, quòd ea, quæ maximè vellem, de Societatis rebus acceperam. Et quoniam ex tribus illis unus venerat, ut in Collegio S. Fidei alu-

mnos litteras doceret, reliqui duo, ut ibi pötissimum versarentur, ubi maximo rei Christianæ emolumento mihi viderentur futuri; confestim ad eos scripsi, ut relicto Goæ alumnorum magistro, ceteri pergerent in promontorium Comorinum, ibique cum Francisco Mansilla Neophytos erudirent. Nunc verò mutatâ sententiâ, eos in Molucas insulas anno proximo venire jubeo: quòd videam his locis Christianæ religionis propagandæ opportunitatem longè majorem.

9. Molucus regio est modicis ac propè innumerabilibus discreta insulis: nec satis adhuc exploratum est, an pars ejus aliqua sit in continenti. Omnes fermè insulæ vicis frequentibus habitantur. Incolæ porrò ipsi. facilè se adjungerent Christo, nisi hortatores deessent. Nimirum si aliquod in his locis esset Societatis domicilium, plerique Christiana Sacra susciperent. Itaque omnino decrevi efficere, ut in hisce ultimis terris aliquâ tandem ratione sedes collocetur nostris hominibus: jam nunc enim prospectio, quot populos ea res Christo sit aggregatura.

10. In hac insula Amboino Ethnici longè plures sunt Saracenis, atque ab eis acerbo dissident odio. Quippe illos Saraceni aut Mahometis ritus suscipere, aut sibi servire cogunt. Ethnici autem plerique, utpote qui magis etiam Mahometis nomen oderint quàm jugum servitutis, illorum superstitionem repudiant funditus. Si essent, qui eos instituerent ad veram religionem, haud magnò negotiò ad Christi ovile aggrega-  
ren-

rentur; Mahometis anno M. cum antici. Id (Cacicebiae urbe summâ hæc loca multitudinaceni in pestilent. Itaque in tur à M.

11. Hujusce hujusce ut par e tot anim quotidie cunctentibus nor ad hoc n saum, h hominibu studii co Hoc anim rent, næ tur, ac omnes. nefariis i gente vio Etenim o



rentur; longè enim minùs à Christi, quàm à Mahometis nomine abhorrent. Septuagesimo abhinc anno Mahometica pestis invasit hanc insulam, cùm ante id tempus incolæ omnes essent Ethnici. Id malum nonnulli Mahometis antistites (Cacices vocant) invexerunt, qui è Meca Arabiæ urbe (ubi execrandum Mahometis corpus summâ superstitione colitur) profecti, cùm in hæc loca sese insinuassent, magnam hominum multitudinem ad suam pertraxère sectam. Saraceni indigenæ penitùs rudes, & ignari sunt pestilentis illius disciplinæ, quam sequuntur. Itaque in spem venio fore, ut facilè abducantur à Mahometicis ritibus.

II. Hæc omnia eò fusiùs ad vos scribo, ut hujusce meæ sollicitudinis participes, magnum, ut par est, capiatis dolorem ex tam miserabili tot animorum interitu, qui omni ope destituti quotidie pereunt. His opitulari qui cupiunt, ne cunctentur. Nam ut litteris ceterisque facultatibus non sint satis instructi; satis tamen erunt ad hoc munus parati, si in animum induxerint suum, huc Christi unius causâ venire, cum hisce hominibus versari, atque in hujus tam præclari studii contentione extremum spiritum edere. Hoc animo si duodeni tantùm quotannis venirent, næ ista Mahometis secta funditus deleretur, ac brevè ad Christi Fidem se adjungerent omnes. Ita demum fieret, ut haudquaquam tam nefariis impiisque sceleribus DEI numen ab hac gente violaretur propter veræ religionis inscitiam. Etenim qui hanc insulam colunt, ferè sunt ho-

mines immanes ac barbari, perfidiâ insignes, & mirandum in modum ingrati.

12. Sunt etiam insulæ nonnullæ in hoc maris tractu, quarum incolæ humanâ carne vescuntur, præsertim hostium, qui in pugna ceciderint. Quòd si quis domesticorum morbo intereat, à cetero quidem abstinent corpore, sed manus ac pedes præcisos in deliciis habent. Atque etiam (si famæ libet credere) eò immanitatis progrediuntur, ut si cui lautius convivium sit apparandum, postulet à vicino patrem natu grandem, quem jugulatum vicinis ad epulandum apponat: postulet autem eâ conditione, ut ipse vicissim parem gratiam repromittat ei, à quo hoc beneficii petit, si quando is voluerit consimile instruere convivium. Tantâ porrò sunt, tamque immanî libidine, ut omnes suscipiant impuritates. Intra mensem proficisci in insulam cogito, ubi præter inaudita flagitia, facinus utrumque committi vulgò solet, ut & cæsos in prælio comedant, & parentes affectâ ætate vicinis mutuos dent ad epulas. Causa proficiscendi est, quòd eos à tam nefariis sceleribus ac flagitiis ad Christianam pietatem converti velle cognovi.

13. Insulæ sunt mirâ cœli temperie, proceris densisque arboribus frequentes, crebris imbris irrigatæ, præruptis undique munitæ rupibus, arduæque & excelsæ adeò, ut incolis haudquam opus sit mœnibus ad hostium impetum propulsandum. Cùm enim bellum ingruit, satis tutos se fore confidunt, si se ad rupes recipiant

suas:

suas: qu  
saxis im  
nec sit,  
terræ m  
tè præte  
occursan  
tus, ut  
Multæ  
flammas  
tum nul  
dere sol  
hujus qu  
pè saxa  
quos ne  
Inferoru  
quandam  
mines p  
ctaculo  
maneren  
flagitiis

14. H  
guâ, au  
dem om  
tur. Ve  
commer  
adhuc e  
cum ap  
sionis fo  
tationem  
in Mala  
me de  
planius

suas: quarum calles usque eò ardui sunt, & saxis impediti, ut nullus apud eos equorum usus nec sit, nec esse possit. Ceterùm crebri ibidem terræ motus existunt, adeò ingentes, ut qui fortè prætervehuntur, naves suas objectis cautibus occursare credant. Accedit terræ fremitus tantus, ut incredibilem omnibus terrorem incutiat. Multæ ex his insulæ procul emittunt ignem: flammæ autem evomunt tanto fragore, quantum nulla tormenta ænea, quamvis magna, edere solent, cùm summâ vi jaculantur globos: hujus quippe ignis vi atque impetu ingentia sæpè saxa jactantur. Voluit DEUS videlicet iis, quos nemo de pœnis impiorum admonebat, quasi Inferorum sedem aperire, specièmque præbere quamdam illius incendii, quò sunt scelesti homines perpetuò cruciandi: ut horrendo illo spectaculo admoniti tandem intelligerent, quæ illos manerent supplicia, nisi ex nefariis sceleribus ac flagitiis emergerent.

14. Hæ insulæ omnes inter se differunt linguâ, atque etiam nonnullarum incolæ non eodem omnes, sed pagi alii alio sermone utuntur. Veruntamen Malacensem linguam propter commercium intelligunt omnes. Quocircâ cùm adhuc essem Malacæ, Symbolum Apostolorum cum apposita explicatione, communis confessionis formulam, Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & decem Legis Præcepta in Malacensem sermonem vertenda curavi; ut me de rebus divinis verba faciente apud eos planiùs intelligerent, quæ dicerentur. Nulla fer-  
mè

suas:

mè habent monumenta litterarum : nec scribere vulgò norunt, nec legere : pauci in scribendo Arabicis notis utuntur verbis Malacensibus . Arabes quippe Mahometicæ superstitionis Antistites, quos Cacizes seu Alfaques appellant, nonnullos indigenas scribendi rationem nuper docuerunt, & hodie docent . Nam ante Mahometis ritus inventos, nullus omnino apud incolas usus erat litterarum .

15. In hac insula Amboino rem vidi incredibilem, & ante hoc tempus inauditam, quam fortassis operæ pretium erit cognoscere . Caprum, inquam, vidi lacte suo parvos alentem hœdos : ubere enim, quod prope genitalia unicum habet, tantum lactis reddebat quotidie, quantum scutella capere potest . Ego ipse rem perspexi his oculis ; neque enim aliter, ut crederem, adduci potuissem . Hunc caprum Lusitanus quidam vir honestus secum asportat eo consilio, ut in Lusitaniam mittat .

16. Sed ut ad iter meum revertar, vos ego Patres Fratresque charissimi per Christum JESUM, rerum omnium Dominum, per sanctissimam ejus Parentem, per cœlestes Cives, qui æternâ gloriâ fruuntur, oro quæsdòque, ut mei memores, assiduè pro me summo studio deprecemini DEUM. Videtis enim profectò, quanto mihi præsidio opus sit. Ac sæpenumerò sensi, in multis corporis animique periculis vestras mihi preces saluti fuisse. Equidem ne mihi ex animo excideretis, vestrùm omnium nomina, vestro chirographo in epistolis ad me missis subscri-

scripta, s  
formula ci  
te, quam  
ne, primò  
deinde vo  
DEUS tot  
niam conf  
dius fruar  
vobiscum  
MDXLVI

E

*Regi Soci  
impensè  
statum  
consilium  
dei Soci  
Episcop  
re laud*

1. **D**  
spectantil  
confido M  
cognitura  
in Europa  
ad litera  
quem hab  
rum Prote

scripta, simul cum solemnī meæ professionis formula circumgesto, & pro singulari voluptate, quam percipio ex tam jucunda recordatione, primū DEO, ut par est, gratias ago, deinde vobis, Patres Fratresque suāvissimi, quos DEUS tot ac tantis virtutibus ornavit. Et quoniam confido fore, ut vobis haud paulō jucundius fruar in æterna vita, pluribus in præsentia vobiscum agere supersedeo. VI. Idus Majas. MDXLVI. Ex Amboino.

EPISTOLA XVIII.

Joanni III. Regi Lusitaniæ.

*Regi Societatis Patrono Joannem de Villacondea impensè commendat: Apostolicà libertate Indiæ statum exponit, suumque de propaganda fide consilium, enumeratis periculis. Propagandæ fidei Socios efflagitat, labores suos recenset, Indiæ Episcopum, & Cocinensem Proepiscopum magnopere laudat.*

I. **D**omine. De Rebus Religionem & Dei Domini Nostri cultum atque obsequium spectantibus in his oris Malacæ & Molucci, confido Majestatem Tuam ad minutum distinctè cognituram ex literis quas scribo ad Societatem in Europam; cum quibus sunt etiam rescripta ad literas huc ad nos datas à Te, Domine, quem habemus & agnoscimus præcipuum & verum Protectorem universæ Societatis JESU; amo-

re

re ac beneficiis cumulâtè talis nominis officium explentem. De statu Religionis ac Christianitatis Indiæ, pii ac Religiosi viri qui isthinc ad vos, studio promovendi Divini obsequii, se conferunt, Tuam Majestatem plenissimè docebunt.

2. Præterea Pater Joannes de Villa-condea fidelis Dei Minister, & multâ præditus experientiâ rerum quæ geruntur in insulâ Ceilano, de illis scribit quæ ad exonerandam conscientiam, tam ejus, quam Tuæ Majestatis, significare ipsum & te cognoscere, utriusque interest. Ea ille fusè clarèque, ac summâ fide disserit, partim in epistolâ inscriptâ Tuæ Majestati, partim in actis ac commentariis simul missis: quæ mihi omnia communicavit: quare dignam rem suâ cæterâ sapientiâ fecerit Majestas tua, si tam fidâ notitiâ rectè utens, quamprimum ea jusseris quæ ad defungendum tuo hac in parte munere ac officio, necessariò decernenda videbuntur. Denique, fratres quoque meos è Societate, existimo & ipsos scribere ad Majestatem Tuam; redderèque singillatim ac minutè rationem Christianitatum Comorinensis, Goanæ, & aliarum quæ per hos Indiæ tractus aut jam conditæ sunt, aut quotidie conduntur augmenturve.

3. Quod ad me privatim attinet, multum ac sæpe cogitavi, deliberavique cum animo meo, ecquid exponerem per literas Majestati Tuæ quod mihi circumspicienti quæ hîc fiunt, & attentissimè cuncta reputanti, faciendum videretur ad latè disseminandam in his Terris, & firmiter

miter sta  
Hinc quid  
obsequen  
deterreba  
rem extit  
in rem un  
posuissim  
videbar p  
certo con  
penitùs a  
nisci pote  
ista mihi  
rentur M  
bar, ne s  
Epistola  
Deum Ma  
tionem ac  
mendâ Ti

4. Cred  
non medic  
sem intim  
pere hinc  
vitam ipsa  
hos Indiæ  
quantum  
Tibi; &  
muneris,  
statis Tuæ  
mi terribil  
velim, &  
bene pute  
nostram S

miter stabiliendam nostram Sanctam Fidem. Hinc quidem impellebat ut aggrederer, studium obsequendi Deo & ejus promovendæ gloriæ: deterrebat aliunde ne auderem, quòd desperarem extitutum inde operæpretium: neque enim in rem unquam conferenda confidebam quæ proposuissem: Atqui tacere salvo officio haud mihi videbar posse; utique cum appareret, non sine certo consilio concessum mihi divinitus, ut hos penitus animo sensus conciperem. Nec comminisci poteram verisimilius quidquam cur Deus ista mihi aperire voluisset, nisi ut à me indicarentur Majestati Tuæ: & tamen rursus verebar, ne si quod me angit exponerem, hæc mea Epistola forte in horâ mortis accusaret apud Deum Majestatem Tuam, aggravaretque conditionem ac periculum illius Judicii supremi, demendâ Tibi excusatione ignorantia.

4. Credat mihi quæso Majestas Tua, id me non mediocriter angebat: quippe cum mihi essem intimè conscius, nihil me spectare aut cupere hinc aliud, nisi laboribus me conficere, & vitam ipsam profundere in salute animarum per hos Indiæ tractus procurandâ; ut sic detraherem quantum possem de onere officii incumbentis Tibi; & defungendâ parte commendati curæ tuæ muneris, expedirem rationes conscientia Majestatis Tuæ; securioremque Te in Judicii extremi terribili aleâ præstarem; quod ut tuâ causâ velim, & quavis contentione ac ærumnâ meâ bene putem emptum, meretur ingens tuum in nostram Societatem amor. Hæc contrariæ, Domine,

mine, solitudines, inter officii mei & tui periculi alternantes metus, mirè miserèque, ut verum fatear, meum ad se quæque variè trahentes, discerpebant confundebantque animum: quoad denique in eam partem deliberatio consedit, quæ defungendum semel, exonerandamque effusione diù pressorum sensuum conscientiam præscribebat meam.

5. En igitur quæ à me in his Indiarum, Malacæ ac Moluci regionibus, præsentibus, eaque longâ, experientiâ comperta, convulnerant mihi mentem & ægritudine conficiunt. Pro certo habeat Majestas Tua; in his locis, uti & alibi, plerumque omitti multa quæ fieri ad Dei obsequium expediret, ob quasdam Sanctitatis specie fucatas, revera vitiosas & valde noxias æmulationes; arcanis offensiunculis eos invicem committentibus qui rebus hîc gerendis præsent. Dum quidam ait: meum est hoc agere; nec alteri concedam ut ejus facti laudem tollat. Alius contra: quando ego non hoc facio, à vobis fieri non gaudeo. Ecce alter diversè queritur: Ego pondus diei porto, & labores exantlo, gratiæ ac fructus operum proveniunt aliis. In istas altercationes ardescens studiis, pro se & scribunt & satagunt, quò suam quisque rem promoveat. Inter hæc tempus consumitur, occasiones elabuntur: locus non relinquitur proferendo cultui Dei Domini Nostri. Nec dissimili de causâ sæpiùs evenit, ut quæ magnum honorem præcipuamque utilitatem allatura Majestati tuæ fuerant in Indiâ, negligantur.

6. Unum

6. Unum  
si adhiber  
fierent in  
apud pote  
juriis, car  
ut nemo  
sitans ne  
ut signific  
tori ac P  
ce coràm  
clare, inq  
Te incre  
præ omni  
ligiosos &  
Prætori a  
præsertim  
nem; ei  
eo gener  
que aut s

7. Atque  
interpreta  
nominatin  
his locis;  
in omnes  
officii qu  
eum solu  
fecti pote  
rei Christ  
cum enim  
simo cons  
æternæ s  
aliis à T



6. Unum isti malo remedium excogitavi, quod si adhiberetur, & multi, ni fallor, Christiani fierent in his tractibus; & qui ex iis, quod apud potentes gratiâ careant, expositi sunt injuriis, cari commendatique Magistratibus forent: ut nemo eos vexare, nemo spoliare, neque Lusitanus neque Indus auderet. Hoc autem est, ut significet Majestas Tua, vel per literas Prætori ac Præfectis qui jam sunt in Indiâ, vel voce coram, iis quos huc mittes rebus præfuturos, clarè, inquam, iis significes ac certò denuncies: Te incrementum Nostræ Sanctæ Fidei, quod præ omnibus cupis, præcipuè, ante omnes Religiosos & Sacerdotes qui in Indiis sunt, ipsi Prætori aut loci Præfecto commendare; in eo præsertim confidere; ab eo repetiturum rationem; ei quod benè, quodve perperam actum in eo genere fuerit, totum imputaturum, præmiisque aut supplicio repensurum.

7. Atque in eâ declaratione, quò minus esset interpretationibus obnoxia, cuperem equidem nominatim exprimi nos omnes qui versamur in his locis; negando, in quemquam nostrum, aut in omnes simul, deonerare Te ullam partem officii quod conscientiam Tuam gravat; sed in eum solum qui à Te autoratus Prætoris aut Præfecti potestate, locum quemcumque obtinet, ubi rei Christianæ gerendæ qualiscumque occasio est: cum enim Deus Majestatem tuam isto gravissimo constrinxerit officio, consulendi videlicet æternæ salutis subjectarum tibi gentium, non aliis à Te id debere demandari, quam Vicariis  
 auto-

autoritatis isthic Tuæ, & personam Tuæ Majestatis, dignitate Magistratûs, repræsentantibus: quorum alicujus negligentia si evenisse comperias, ut non multi Christi Fidem, eo gubernante, in loco ipsi commisso susceperint, pœnas quæ ob neglectum obligationis tantæ in tuum ipsius impenderent caput, Te in ipsum aversurum; cum jam antea clarè denunciaveris, totum istud gravissimum officium, imbuendas curandi Fide Christi animas Infidelium tibi subjectorum, te in tuos Primarios horum tractuum Ministros exonerasse.

8. Quoties igitur ad te prætor aut præfectus scribet, exponat quo loco Christiana res sit: quot & qui quales-ve crediderint ex ethnicis: quæ spes sit quæve facultas adducendorum aliorum, literis ejus solis, in his quæ de hoc genere feruntur, fidem adhibiturum te; aliis quorumvis eo de argumento scriptis, non acquieturum, Quod si eo in loco vel Provinciâ cui quisque præest, eo tempore quo præfuit, parùm aucta numero neophytorum Ecclesia nostra Sancta fuerit, cum constet multùm ubique ac semper augeri posse, modò Præsides velint; seriò ac fide regiâ denunciât Majestas Tua ipsis in Diplomatis quibus eos instituis & potestatem confers, Te pœnas ab ipsis repetiturum.

9. Idque percuperem Te jurejurando confirmare, pollicerique palam interposito solemnî formulâ conceptis verbis Dei Nomine; Te, per quemcunque Præsidem steterit, ne fides propagetur, eum, postquam redierit in Lusitaniam,

mul-

mulctatur  
familiarem  
expensurum  
râ custodi  
moneas  
minæ ded  
enim cert  
sint, exc  
re ipsis vi  
rendæque  
poribus q

10. Cu  
experimen  
monstrare  
lestus sim  
teritas ac  
citem. Ta  
quicumque  
ex vero à  
cturum Te  
universa  
Reges, to  
montorium  
quamdiu  
diæ non  
familiaris  
fecerint,  
successum  
certissimu  
ad Baptis  
Tom. I.

(a) Ed

mulctaturum bonis, & pecuniam ejus remque familiarem universam in (a) opera misericordiæ expensurum; ac præterea vinculis ipsum & durâ custodiâ multis annis detenturum. Clarèque moneas ne errent, sibi que blandiantur, quasi minæ deducendæ in rem nequaquam sint, certo enim certius, Te nullas, quæcunque obtendi possint, excusationes accepturum; unamque restare ipsis viam Tuæ severitatis evitandæ, promendæque gratiæ, si quamplurimos, locis & temporibus quibus rexerint, effecerint Christianos.

10. Cur ita fieri necesse sit multis possem experimentis, quæ mihi sunt perspectissima, demonstrare. Sed hæere in his nequeo, ne molestus sim Majestati Tuæ; & meas ærumnas præteritas ac præsentis, sine spe operæpretii, recitem. Tantum dico: si Prætor aut Præfectus, quicumque sit, certissimè sibi persuaserit, talia ex vero à Majestate Tuâ dici, planèque ita facturum Te sicut denunciasti ac jurasti, uno anno universa Insula Ceilani, & multi oræ Malabaris Reges, totumque quam latè patet Comorini Promontorium, Christi Religionem amplectentur: quamdiu verò Prætores aut Præfecti locorum Indiæ non urgebuntur isto meæ dignitatis & rei familiaris amittendæ, nisi Christianos plurimos fecerint, nullum magnum speret Tua Majestas successum prædicationis per Indias Evangelicæ; certissimumque habeas, nec accessuros multos ad Baptismum, nec qui accesserint multum in

Tom. I. T Re-

(a) Ed. Colon. *Sodalitati Misericordia addicturum.*

Religione profecturos: neque omnino per aliud stare quominus quotquot vivunt homines in Indiâ Christi Divinitatem agnoscant, & ejus Sacram Doctrinam profiteantur, quàm quod, qui Prætor aut Præfectus id curare neglexit, nullâ per Majestatem Tuam gravi pœnâ mulctatur.

11. Et quoniam vix spero id umquam futurum, parum abest, quin me hæc scripsisse pœniteat: ubi præsertim reputo, forsitan Majestatem Tuam ex hoc ipso quod Te de hoc admonui, inexorabilius apud Dei Tribunal judicandam: nec scio utrum tali tempore admittenda sit exceptio quâ forte allegabis; Te non fuisse obligatum ad fidem adhibendam meis literis. Ex animi mei sententiâ, summâ fide, profiteor Majestati Tuæ, me nequaquam scripturum hæc fuisse, quæ hactenus exposui, de Præfectis aut Præsidentibus horum tractuum, si posse me reticere ista sine crimine, persuadere mihi ullo modo potuissem.

12. Nondum, Domine, planè constitui an sim iturus in Japoniam: sed magnum mihi momentum, ut in consilium eò proficiscendi propendeam, addit, quod valdè diffido adfuturum mihi hic in Indiâ eum verum & efficacem Magistratum favorem qui esset necessarius ad incrementum Nostræ Sanctæ Fidei, & ad conservationem Christianitatis jam factæ.

13. Obsecro atque obtestor Majestatem Tuam, per, quo Deum Dominum Nostrum prosequeris, amorem; quoque flagras ei gratificandi, studium, ut tuis fidelissimis per Indias Subditis, mihi que cum illis, tantum regiæ istius indulgeas

grâ-

gratiæ,  
ratis C  
mine, v  
arces t  
nos qui  
Christia  
vivunt.  
quæque  
impellu

14. C  
cis fui,  
festo,  
cogeban  
populur  
bi pabr  
pulpito  
dio filio  
rum, &  
modato  
capita  
rens. C  
gregata  
indigen  
concion  
ticulis  
nionis.  
obsequi  
stanter  
arces  
nam C  
norum  
eorum

gratiæ, ut proximo anno multos Nostræ Societatis Concionatores huc mittas. Nam Tibi, Domine, verissimè denuncio, multum talibus egere arces tuas Regias per Indiam; tum ob Lusitanos qui in illis Præsidiis degunt, tum ob novos Christianos qui subjectis in urbibus aut pagis vivunt. Expertus loquor, quæ, inquam, vidi, quæque præsens sensi ad hoc scribendum me impellunt.

14. Quo tempore Malacæ, quodque in Molucis fui, bis quolibet die Dominico, aut alioqui festo, ad Concionem dicebam. Id ita facere cogebam, quod egere plurimum & milites & populum qui ibi sunt, multiplicato Divini Verbi pabulo videbam. Lusitanos igitur de sacro pulpito docebam ad matutinum Sacrum: à prandio filios, & filias, prætereaque mancipia ipsorum, & liberos ex indigenis Christianos, accommodato ad captum cujusque sermone erudiebam; capita Christianæ Doctrinæ singillatim edisserens. Certo verò infra hebdomadam die ad congregatas in Templo uxores Lusitanorum, tam indigenas, quam ex utroque genere mixtas, concionem Catecheticaam habebam de Fidei Articulis & Sacramentis Confessionis & Communionis. Paucis annis ingens operæpretium ad Dei obsequium extaret, si hic docendi tenor constanter in locis omnibus vigeret. Intra ipsas porrò, arces tradebam per id tempus quotidie Doctrinam Christianam post meridiem liberis Lusitanorum utriusque sexûs; servis item & ancillis eorundem, ac Christianis indigenis; ex quâ in-

stitutione præsens fructus extabat, quòd idololatricæ superstitiones & magicæ præstigiæ, quæ inter rudes Neophytos, antea frequentabantur, jam prorsus omitterentur.

15. Hæc ita minutim refero Majestati Tuæ, ut hinc pro tuâ sapientiâ judices, quantâ hinc sit opus Concionatorum copiâ; & eam, quod est consequens, idoneam procurare ne obliviscaris; utique cum, si quæ hinc jam gravis sentitur ejus auxilii penuria, in posterum quoque perseveret, non modò qui recens ad Nostram Sanctam Fidem sunt conversi, non perstituri sint in proposito; sed ne ipsi quidem Lusitani ultra fere plerique quàm nomine tenus, sint futuri Christiani. Valdè vereor, Domine, ut quem velim, & opus esset, hæc mea desideria effectum nanciscantur: ægrèque adducor, infelicitatem Indiæ expertus, ad certò confidendum, tanti eam boni, quantum illi opto, futuram competentem: cujus ea est quasi conditio innata, aut potius maligna indoles, ut exactam religionem & excellentiam officiorum exquisitæ virtutis in publicum morem induci, & passim apud plebrosque invalescere minimè ferat.

16. Idibus Januarii hujus anni appuli Cocinum Malacâ veniens, ubi Episcopum repereram, ex ejusque conspectu, atque usu magnum animi fructum cœperam; animadvertens quantâ caritate ingentes corporis labores sustineat, obeundo singillatim arces intra suam Diœcesim sitas, & adeundis excolendisque Christianis S. Thomæ; suo sic plenè officio fungens, prout

ve-

verum a  
Pastoren  
rum me  
nibus ta  
repender  
cuit, &  
sentibus  
tientia.  
de illo à  
ad Maje  
ipsam su  
occasion  
hoc ei v  
testimon  
officio,  
vis quâ  
aut scri  
quam, n  
tu culpa  
gissimè  
contigit

17. O  
eo quan  
ri stude  
contagi  
quam c  
ro bono  
adhiber  
adderet  
obtrect

18. C  
Proëpis

verum ac bonum, qualem se per ista probat, Pastorem decet. Horum tam laudabilium operum merces ei à certis horum Tractuum hominibus talis omninò persolvitur, qualem Sanctis rependere mundus consuevit. Multùm mihi placuit, & quadam sui reverentiâ perfudit, præsentibus perspecta experimentis sancta Viri patientia. Scio mussitari nescio quid per Indiam de illo à Filiis hujus sæculi, quos etiam arbitror ad Majestatem Tuam scripturos sinistram istam ipsam suspicionem, quâ eum temerè aspergunt, occasione mortis Michaëlis Vazii: quâ in re, hoc ei verissimum & syncerissimum debere me testimonium sentio, & ut gravi me exonerem officio, reddo; affirmans certò scire me (quamvis quâ viâ quove modo id didicerim, dicere aut scribere non possim) compertissimum, inquam, mihi esse, nihilò magis eum de isto eventu culpari jure posse, quam me ipsum, qui longissimè illinc apud Molucas aberam quando istud contigit.

17. Oro atque obsecro Majestatem Tuam, pro eo quantum & Deum amas, & Deo gratificari studes, & tuam ipse conscientiam ab omni contagione labis servare puram cupis; ne quidquam circa hæc agas aut decernas unde isti Viri bono ægrè sit. Sanè si Majestas Tua fidem adhibere videretur falsissimæ isti calumniæ, inde adderetur autoritas, & augetur confidentia obtrectatoribus qui sunt in Indiâ.

18. Quod Majestas Tua Petrum Gonzalvium Proëpiscopum Cocinensem inter Sacelli Regii

Præfectos adscivit; quodque fratris ejus filium Aulæ Palatinæ honorariis Ephebis accensuit, ut ad meum quoque beneficium pertinere putem, ingentia Viri hujus in Societatem Nostram merita faciunt. Me itaque ac Nostros omnes eo peculiari nomine Majestati Tuæ obstrictos profiteor: quod minus miraberis, Domine, si scias domum Concinensis Proëpiscopi diversorium esse Societatis JESU. Nec vulgaris hospitii aut usitatæ amicitia finibus benignitas in nos ejus coërcetur: eò usque liberalitate prodeunte, ut postquam in nostros usus cuncta expendit, quæ ad manum sunt, mutua corroget ab aliis quæ superimpendat. Oro Majestatem Tuam nomine Societatis universæ, ut tam ei quam ejus fratris filio jubeas isthic expediri necessarias Literas, ut hîc statæ ipsis pensiones cum fide præbeantur. Uterque istâ gratiâ dignus est: Proëpiscopus quidem, quia invigilat salutis æternæ fidelium subditorum Majestatis Tuæ; fratris ejus filius, quia militarem operam Patriæ ac Reipublicæ tuis auspiciis navat. Desino in hoc voto: Det utinam Deus Dominus Noster Majestati Tuæ, ut penitus in animo tuo sentias, ac simul factis exequaris, quidquid ipso in momento mortis tuæ gauderes à Te factum. Cocino XIII. Kal. Februarias Anno MDXLVIII.

Tuæ Majestatis Servus inutilis

*Franciscus.*

EPI-

*Petit vin  
rarios  
Japoni  
ficiend  
juvetu*

I. D

Pater ch  
municen  
derant:  
dientia  
permulto  
Medico  
SUM I  
me, ut  
samur,  
tute ac  
alacrita  
spes te  
strorum  
ram dat  
jam lan  
vehemen  
2. Ni



EPISTOLA XIX.

R. P. Ignatio Lojolæ.

*Petit virum, a quo excitetur; idoneos item operarios, & jam pridem postulata. De consilio Japoniam adeundi, Superiores sociis ubique præficiendi, precumque desiderio, quibus ipse juvetur.*

Gratia & Charitas D. N. &c.

I. **D**EUS mihi conscius est, quantoperè in hac quoque vita te videre expectam, Pater charissime! ut tecum multis de rebus communicem, quæ tuam opem ac remedium desiderant: nulla enim locorum spatia obstant obedientiæ. Video in his locis è Societate esse permultos: rursusque nos animorum nostrorum Medico multùm egere video. Ego te per **JESUM** Dominum oro & obtestor, Pater optime, ut his quoque filiis tuis, qui in India versamur, prospicias; virtutemque mittas aliquem virtute ac sanctitate præstantem, cujus vigor & alacritas torporem excitet meum. Magna me spes tenet, quoniam divinitus animorum nostrorum affectiones tutè perspicias, abs te operam datum iri diligenter, ut omnium nostrùm jam languescens virtus ad perfectionis studium vehementiùs incitetur.

2. Nihil magis hæc terra ab Societate nostra, quàm

quàm Concionatores desiderat. In his, quos huc magister Simon submisit, nemo est (quod sciam) Concinator. Lusitani autem Indiam incolentes, pro suo egregio erga nos studio ac benevolentia, idoneos nostræ Societatis Concionatores exoptant mirum in modum. Proinde te per DEUM, ejusque cultum, obtestor, ut tam pii justique illorum postulati memor, aliquot huc mittas Patres ad id munus appositos, qui rectum errantibus salutis iter ostendant. Quos præterea è Societate missurus es, ut Evangelii causâ Ethnicorum vicos peragrent, hos tam spectata probitate oportet esse, ut tuto & comitati ire possint & soli, quocumque eos Christiana res vocet, velut in Molucum, in Sinas, in Japoniam. Vel ex Sinarum & Japoniæ, earumque gentium descriptione, quam his inclusam litteris ad te mitto, faciliè intelliges, cujusmodi tandem ipsa res expectat viros.

3. Pontificias Indulgentias, privilegiùmque Aræ maximæ nostri Collegii, item potestatem Sacerdotibus, ut remotos populos Chrismate inungant pro Episcopo, de quibus ad te superioribus annis scripsi, incredibiliter expectamus. De Quadragesima usus me docuit, nihil admodum necesse esse quicquam immutari. Nam Lusitani aded locis disjuncti sunt in India, ut si commodum spectes publicum, nulla immutatione opus sit. Neque enim hyems eodem tempore per omnes Lusitanorum civitates atque oppida vagatur. Quare habita communis boni ratione, satius duco, nihil decerni super ea re novi, etsi video non deesse, qui contrà sentiant.

4.

4. Non cum uno sesquianno præmittant alios mitmus in c magis ei E tribus est unum Joannem rarent no cidit. Id que loci instituere sorum de santibus cias imp ut cster opis, ve Anni à

Egregios  
rios :  
ratioq

I. M  
è nostra

4. Nondum planè constitui, utrùm ego ipse cum uno aut altero è Societate Japoniam post sesquiannum petam, an eò duos è Societate præmittam. Nam certum est mihi aut ire, aut alios mittere: atque ut nunc est, inclinatus animus in consilium eundi. DEUM oro, ut quod magis ei cordi est, id liquidò præscribat mihi. E tribus Sociis, qui Molucum petierunt, visum est unum eligere, qui præset ceteris. Itaque Joannem Beiram delegi, cui reliqui obtemperarent non secus ac tibi. Id illis pergratum accidit. Idem in Promontorio Comorino, ceterisque locis, ubi plures è Societate versantur, instituere cogito. Tu velim tuâ tuique studiosorum deprecatione nobis in hac barbarie versantibus cælestem implores opem. Quod ut facias impensius, DEUM immortalem oro, tibi ut ostendat divinitus, quantum ego tuæ vel opis, vel operæ indigeam. XIII. Kalendas Febr. Anni à Christo nato MDXLVIII. Cocini.

EPISTOLA XX.

M. Simoni Roderico.

*Egregios concionatores postulat, probatosque operarios: saluberrimum consilium Regi dandum, ratioque fidei ab eodem propagandæ.*

Gratia & Charitas D. N. &c.

I. **M**Ando tibi, Frater charissime, ut pro tuo erga JESUM amore mittas huc aliquot è nostra Societate Concionatores. Hujusmodi enim

enim hominibus maximè opus est in India. Ex omnibus, quos misisti nuper, neminem adhuc vidi, præter Joannem Beiram, P. Riberum, Nicolaumque Laicum, qui sunt in Moluco, & Adamum Franciscum, qui est Cocini. Percontanti mihi de ceteris, responsum est, inter eos idoneum concionibus habendis esse neminem. Illud quoque te per DEUM obtestor, ut delectum habeas eorum, quos huc submitteandos putes ad conversionem Ethnicorum. Probatae probitatis ac spectatae virtutis viros deligas necesse est, qui scilicet aliquot annorum spatio retulerint multas egregiasque de seipsis victorias. Eisdem autem non infirmos, sed validos esse oportebit: Indici enim labores non animi solum virtutem, sed corporis etiam vires desiderant. Nimirum magnam Rex à DEO iniret gratiam, si in Indiam mitteret Concionatores è nostra Societate quamplurimos; adeò Indorum gens universa rudis est & imperita. Hæc ad te scribo pro usu, quem horum locorum jam habeo.

2. Quòd si fortè Christianæ religionis propagatio in Ethnicorum regnis magnas habere videatur difficultates, cave propterea ab incepto deterrearis; prima quippe ac potissima difficultas in nobis est. Itaque nostros homines primùm, deinde Ethnicos curandos censeo. Quæso te, in annum proximum elabora, quantum potes, per DEUM, ut Concionatores habeamus idoneos. De rebus Indicis nihil ad te scribo, quòd Malacâ in Indiam redii octo ab hinc diebus;

bus; neque  
quæ autem  
se pœnite  
rebus omni  
tate ad  
tales esse  
soli mitta  
lucum, si  
in Regnu  
vis harum  
tissimi, n  
DEO nav

3. Unu  
maximis  
Regem L  
cipuè inte  
corum, q  
lero. Exo  
tûs gratiâ  
exolvendi  
sitans te  
ex nostris  
ex Domi  
pediti cu  
bus anter  
faciant a  
servis &  
explanent  
apud Lus  
articulis,  
munitionis  
quantope

bus; neque dum quicquam ferè de iis cognovi: quæ autem cognovi, ejusmodi sunt, ut cognosce pœniteat. Comites mei, ut opinor, de hisce rebus omnibus ad te perscribunt. Quos è Societate ad Ethnicorum conversionem destinabis, tales esse debebunt, ut tutò vel comitati, vel soli mittantur, quocumque opus sit, sive in Molucum, sive in Sinas, sive in Japoniam, sive in Regnum Peguanum, sive aliò. Apud quamvis harum gentium homines etiam non litteratissimi, modò egregia virtute præditi, egregiam DEO navare operam possunt.

3. Unum est, de quo pro suis plurimis ac maximis erga Societatem nostram promeritis Regem Lusitanix admonitum velim; cujus præcipuè interest, suorum primùm, deinde Ethnicorum, qui in ejus ditione sunt, saluti consulere. Exopto, inquam, ut Rex tum Divini cultûs gratiâ, tum verò ad animum suum religione exolvendam, omnibus Indiæ oppidis, quæ Lusitanis tenentur præsidiis, Concionatores, sive ex nostris hominibus, sive ex Franciscanis, sive ex Dominicanis idoneos cogat, qui ceteris expediti curis, ac soluti, Dominicis ac festis diebus antemeridiano tempore de Evangelio verba faciant ad Lusitanos; pomeridiano verò eorum servis & ancillis, indigenisque Neophytis capita explanent Fidei: semel etiam in hebdomada apud Lusitanorum uxores ac liberos de Symboli articulis, de Sacramentis Confessionis & Communionis sermonem habeant: usu enim didici, quantopere ea institutio sit his locis necessaria.

4. Si

4. Si Regem à meis fidelissimis atque aman-  
tissimis consiliis non abhorreere arbitrarer, salu-  
berrimum ei darem consilium, ut quotidie per  
quadrantem horæ divinam illam sententiam me-  
ditando: *Quid prodest homini, si universum mun-  
dum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patia-  
tur*; germanam ejus intelligentiam à DEO pe-  
teret, cum sensu animi interiore conjunctam,  
& simul suarum precationum omnium illam vel-  
let esse clausulam: *Quid prodest homini, si uni-  
versum mundum lucretur, & quæ sequuntur.*  
Tempus jam est hunc Regi errorem eripiendi,  
quoniam propiùs, quàm ipse existimat, abest  
hora, quâ illum Rex regum, & Dominus do-  
minantium ad rationem reddendam evocaturus  
est, illud intonans: *Redde rationem villicationis  
tuæ.* Quare effice, ut mittat necessaria ad Fi-  
dei propagationem auxilia in Indiam.

5. Una mihi omnino via ac ratio, pro usu,  
quem habeo, videtur esse religionis in India  
propagandæ, ut Rex omnibus Indiæ Prætoribus  
edicto denunciaret, se nulli tam confidere in In-  
dia, quàm iis, qui Christianæ religionis fines  
omni ope proferre nituntur. Quocircà mandare  
se atque imperare, ut Ceilanum Insulam ad  
Christi Fidem adducendam, Neophytorum nu-  
merum in Comorino Promontorio augendum cu-  
rent sedulò. Proinde viros religiosos conquirant  
undique, & nostræ Societatis hominibus, itém-  
que ceteris, quibus visum erit, ad divini cultûs  
amplificationem utantur. Quòd si fortè in hoc  
genere Prætores negligentes se præbuerint ac

socor-

socordes  
confirmet  
tiam jura  
exequend  
verint,  
propagati  
rint, eor  
& diutu  
edicet Pr  
severè ac  
conferent  
hil admo

6. Hab  
tera tace  
expeto;  
tur miser  
sti Domi  
stiana Fi  
desit auc  
mihi affi  
to. Cur  
necesse.  
Prætores  
in omnib  
cionatore  
in reliqua  
varet. J  
tueatur.

socordes; terrorem eis incutiat, ac jurejurando confirmet, (magnam enim inibit à DEO gratiam jurando; majorem etiam eo, quod jurârit, exequendo) nisi animum ipsius religione exsolverint, re Christianâ in India quàm maximè propagatâ, simul atque Olyssiponem revertent, eorum socordiam publicatione bonorum, & diuturno carcere mulctaturum. Id si Rex edicet Prætoribus, & simul edicti contemptores severè accipiet, certè plerique, DEO juvante, conferent se ad Christi Fidem: sin minùs, nihil admodum proficietur.

6. Habes, super hac re quid sentiam; cetera taceo; hoc unum dico, si fiet, quod fieri expeto; ab injuriis ac direptionibus vindicabuntur miseri Neophyti; ceteri haud ægrè ad Christi Domini ovile compellentur. Nam in Christiana Fide propaganda, si Regis aut Prætoris desit auctoritas, profectò opera luditur. Crede mihi affirmanti, & plusquam satis erat, experto. Cur ita accidat, scio: sed dicere non est necesse. Duo cupio videre in India, primùm Prætores eâ quam dixi lege devinctos; deinde in omnibus Lusitanorum præsidiis probos Concionatores. Utraque res scilicet tum Goæ, tum in reliqua India rem Christianam mirificè adjuvaret. JESUS Dominus noster nos perpetuò tueatur. Amen. XIII. Kal. Febr. Cocini.

## EPISTOLA XXI.

Societati Romam,

*De rebus a se gestis in Amboino, Moluco, et Maurica; iterum in Moluco, Amboino, et Malacæ; ubi multa de illarum gentium moribus, et naturâ cæli; de Moluci Rege, et Saracenis. Socii e Malacæ in Molucum missi, Malacensiumque in Xaverium studium. Optimi de Japonia nuntii, mercator Lusitanus et Anger Japon. In summis periculis Petrum Fabrum nominatim implorat Societatis Jesu continue memor: tardum ac difficile literarium commercium.*

Gratia &amp; Charitas D. N. &amp;c.

I. **A**nno post Christum natum (1) MDXLVIII. scripsi ad vos pluribus verbis de (2) insulis Molucis, quæ absunt à Malacæ leucas LX. In (3) insula Amboino, ubi Rex Lusitaniæ præsidium habet, frequentes habitant Lusitani, qui Molucas insulas obtinent (4) omnium aromatum feracissimas. Quippe clavus, quem cariophyl-  
lum

(1) Cut. *Carissimi Patres, ac Fratres in Christo Jesu: anno MDXLVI.*

(2) Cut. *De insulis Amboini, quæ absunt ab Urbe Molucensi.*

(3) Cut. *In hac urbe Molucensi.*

(4) Cut. *Clavi feracissimas.*

lum vulg  
In Ambo  
gi, tres  
re com  
magno i  
Sacerdot  
commiss

2. Co  
fantes b  
ves huc  
norum.

Occident  
ris missu  
serunt A  
que attu  
nicis ac  
Confessi

cordiæ s  
occupati  
sancta v  
crus ex

Immorta  
gnè pace  
fitentibu  
habere p  
Indiam  
trajeci M

(1) I

(2) C

ubique Sa

(3) C



lum vulgò appellamus, nusquam alibi gignitur. In Amboino, ubi sunt septem Christianorum pagi, tres menses sum commoratus; quo tempore complures baptizavi pueros, quorum salus magno in periculo versabatur, quia nulla esset Sacerdotis copia: nam Sacerdos, cujus Fidei commissi erant, multò antè è vita discesserat.

2. Commodum pagos omnes obieram, & infantes baptismo lustraveram, cum septem naves huc appulère, quarum aliquot erant Hispanorum. Hæ profectæ ex nova Hispania, quæ Occidentalis India vulgò dicitur, Caroli Cæsaris missu quærebant novas terrarum oras. Hæserunt Amboini menses circiter (1) tres, mihiq̄ attulerunt occupationum satis. Nam Dominicis ac festis diebus conciones habendæ erant; Confessiones plurimæ audiendæ quotidie, discordiæ sedandæ, ægri visitandi: omnino erant occupationes ejusmodi, ut cum in gente non sancta versarer, & bellicosa, tantos pacis fructus ex ea percipere me posse diffiderem. (2) Immortales DEO gratias ago, qui tam benignè pacem imoertit hominibus, pænè dicam profitentibus nullam se cum DEO aut hominibus habere pacem. Trimestri spatio exacto, illi (3) Indiam Lusitanorum petiverunt; ego continuò trajeci Molucum, ubi totidem menses consumpsi

(1) In Cut. Deest circiter.  
 (2) Cut. Nam si locis vel septem simul adesse possem, ubique Sacra occurrerent occupationes.  
 (3) Cut. Septem illa naves.

psi, diebus (1) festis concionando, assiduè excipiendo confessiones, quotidie pueros ac Neophytos Catechismum docendo: Dominicis insuper ac festis diebus Neophytis à prandio Symbolum Apostolorum uberius explicabam (2). Ita festis diebus binas habebam conciones, alteram inter Missæ sacrificium ad Lusitanos, alteram post meridiem ad Neophytos.

3. Erat sanè, cur DEO gratularemur fructum, qui inde capiebatur: quippe tantus Neophytorum animis divinarum laudum carmina decantandi injectus est ardor, ut Molucenses pueri in plateis, puellæ ac mulieres in tectis, agricolæ in campis, piscator in mari, pro obscœnis ac vecordibus cantilenis, Christianæ Fidei canerent rudimenta: (3) quæ quoniam in patrium eorum sermonem erant conversa, à novis Christianis æquè & Ethnicis indigenis intelliguntur. Ac DEI beneficio Lusitani hujus regionis incolæ, cæterique tum Christiani tum Ethnici, brevi ita mihi conciliati sunt, ut *invenerim* (4) *gratiam in* (5) *oculis eorum*.

4. Inde (6) in insulas, quas Mauricas vocant, trans-

(1) Cut. *Dominicis et festis omnibus*.

(2) Cut. *Festo quoque die unum Fidei Articulum*.

(3) Cut. *Nimirum Symbolum, Pater noster, Ave Maria, Decalogum, Opera misericordia, Confiteor Deo, aliasque preces complures, omnia vulgari linguâ*.

(4) Cut. *Magnam*. (5) Cut. *Coram*.

(6) Cut. *Exactis tribus mensibus, ex hac urbe Molucensi in insulas*.

transmissi  
erant Ch  
quòd abs  
indigenæ  
interfere  
tizavi, &  
ratus sur  
eòsque r  
no sunt  
periculor  
expers li  
rarum m  
bere no  
veneno  
necantur  
& sterili  
no: caro  
enim ap  
paucos a  
gustare  
gna inop  
rum, (2)  
porrò ar  
conficiun  
vobis, F  
quantop  
diis. Ni  
moda, C  
Tom. I.

transmisi, leucas à Moluco LX. In his multi erant Christianorum vici, jam diu inculti, tum quòd absint ab India longissimè, tum verò quòd indigenæ Sacerdotem, qui apud eos unus erat, interfecerant. In insulis infantes plurimos baptizavi, & trimestri spatio (tamdiu enim ibi moratus sum) lustravi omnia Christianorum loca, eosque mihi, Christòque devinxi. Insulæ omnino sunt propter intestina odia, ac bella civilia, periculorum plenissimæ: gens barbara, funditus expers litterarum, quippe nec ulla habet litterarum monumenta, nec quisquam est, qui scribere norit, aut legere. Vulgò quos oderunt, veneno tollunt de medio, atque hac ratione necantur quàm plurimi. Terra est aspera, (1) & sterilis alimentorum: frumento caret & vino: caro quid sit, ferè incolæ ignorant, nulla enim apud eos armenta, nulli greges, præter paucos admodum sues, quos mirari magis, quàm gustare licet. Apris abundant: aquæ dulcis magna inopia: orizæ satis est: magna copia arborum, (2) unde panem & vinum petunt: aliæ porrò arbores sunt, ex quarum cortice depexo conficiunt vestem, quâ utuntur omnes. Hæc vobis, Fratres charissimi, edò scripsi, ut sciatis, quantoperè hæ insulæ cœlestibus affluent gaudiis. Nimirum hæc omnia pericula atque incommoda, Christi Domini nostri causâ suscepta,

Tom. I. V the-

(1) Cut. *Præruptis plena montibus.*

(2) Cut. *Quas Gagueros vocant.*

thesauri sunt cœlestibus solatiis refertissimi; sic prorsus, ut has insulas perappositas esse credas, ad lumen oculorum paucis annis ex suavissimi fletûs suavitate perdendum. Equidem nunquam alibi nec tam liquidis perpetuisque animi voluptatibus perfusum esse me memini, nec tam leviter labores omnes, & ærumnas corporis pertulisse; quamquam insulas concursarem cinctas inimicis, cultas ab amicis non fidelissimis, easdemque omnibus vel morborum subsidiis, vel vitæ tuendæ præsiidiis atque adjumentis destitutas; ut Divinæ Spei potius quam Mauri insulæ appellandæ esse videantur.

5. Gens est in his locis ab Evangelio aliena, Javaros (1) vocant, qui homines quoscumque nacti sint interficere, immortalitatis instar putant. Ac sæpe usu venit, ut cùm alienorum copia desit ad cædem, uxores ac liberos cædant suos. Iidem ingentes Christianorum faciunt strages. Una ex iis insulis tota perpetuis pœnè motibus terræ concutitur (2): ignemque ac cinerem evomit. Narrant indigenæ, ignis subterranei tantam vim esse, ut rupes (3), quibus oppidum est impositum, subterraneæ conflagent totæ. Id aded verisimile videtur: sæpe-



(1) Cut. *Tabaros*.

(2) Cut. *Quòd in eadem insula mons est, qui perpetuò.*

(3) Hispan. *Las sierras de piedra que estan debaxo de la tierra, montes saxei qui sunt subtus terram. Hispanis quidem terra et humum et oppidum et regionem significat, verum rupes, qua tota conflagent, impositum ibi oppidum non ferunt, ut est apud Tursellinum.*

videtur:  
erumpant  
tem ven  
ta vis c  
borantes  
oppleti,  
res app  
quàm ho  
vi, ipse  
sum, ve  
ex eisde  
bus, ta  
res apro  
ventus,

6. Eâ  
veniri p  
videlicet  
esse, q  
sent aq  
indigeni  
rum sed  
quicumq  
sint, ve  
changel  
facerem  
timescer  
S. Mich  
divino c  
ctatos f  
7. On  
reverti  
vi, dieb

videtur: sæpe enim usu venit, ut saxa ignea erumpant, maximarum instar arborum; ubi autem ventus existit vehementior, è cavernis tanta vis cineris effunditur, ut viri ac mulieres laborantes in campis domum revertantur cinere oppleti, adeò, ut vix eorum oculi, ora, nares appareant: Dæmones magis credas esse quàm homines. Hæc ego ex indigenis cognovi, ipse non vidi: quamdiu enim ibi versatus sum, ventorum impetus nullus fuit. Illud etiam ex eisdem comperi, illiusmodi ventis perflantibus, tantam copiam efferri cineris, ut complures apros excæcatos opprimat, qui, ubi remisit ventus, passim reperiuntur mortui.

6. Eâdem quoque tempestate perhibent, inveniri plurimos pisces extinctos in littore, quos videlicet eadem oppresserit pestis. Argumento esse, quòd pisces, qui cinere aspersam hausissent aquam, vulgò interirent. Percontantibus indigenis, quid tandem illud sibi vellet; Inferorum sedem esse respondi, quò detruderentur, quicumque colerent Idola. Terræ motus quanti sint, vel hinc intelligi potest, quòd die Archangelo Michaëli sacro, cùm in templo sacrum facerem, usque eò terra contremuit, ut pertimescerem, ne ipsa everteretur Ara. Fortasse S. Michaël cunctos illius regionis cacodæmones, divino cultui adversantes, cælesti vi malè multatos fugabat in tartarum.

7. Omnibus Christianorum pagis perlustratis, reverti Molucum, ubi tres item menses contrivi, diebus festis binas habendo conciones, alte-



concionem habui; complures peccatis expiavi; multos ad pacem & concordiam adduxi. E Moluco decedens, ut amicorum Neophytorumque complorationem vitarem in digressu, repente navim de media nocte conscendi. Verum ne id quidem satis fuit ad profectionem meam occultandam. Ne multis. Deprehensus ab illis sum. Tum verò nocturnus ille digressus ab iis, quos Christo pepereram filiis, sic me affecit, ut magnopere vererer, ne quid incommodi meus discessus afferret illorum saluti. Ergo eis præcepi, ut certo in templo Catechismi exercitationem urgerent cuncti quotidie; Neophyti autem brevem Symboli explicationem à me traditam edicerent. Sacerdos quidam pius, mihi que familiaris hoc suscepit oneris, ut eis per binas horas quotidie operam daret, & semel in hebdomada ad Lusitanorum uxores de articulis fidei, Sacramentisque Confessionis & Eucharistiæ sermonem haberet.

9. Malacæ cum essem, perfeci, ut mortui in Purgatorio cruciati, itè que vivi lethali conscientie vulnere affecti commendarentur quotidie sub noctem per compita piorum precibus. Quod quidem ut excitabat ad pietatem bonos, ita improbis injiciebat terrorem. Ad eam rem civitas certum hominem constituit, qui quotidie noctu alterâ manu laternam, alterâ tintinnabulum tenens obiret urbem; & in compitis ac viis identidem magnâ voce carmen hujusmodi decantaret: *Orate pro animis fidelium Christianorum, qui in Purgatorio torquentur.* Deinde il-

lud adjiceret carmen : *Orate pro iis quoque, qui lethali peccato oppressi, relevari non laborant.*

10. Rex Moluci Saracenus, Regis Lusitani paret imperio, idque sibi honori ducit. Proinde illum nominans, vulgò Dominum suum appellat; idem loquitur perbene Lusitanicè. Molucus regio non in continenti est, sed tota insulis constat: Insulæ autem præcipuæ omnes sunt in ditione Saracenorum. Rex ipse quò minùs Christianus fiat, non tam Mahometis religione impeditur, quàm libidinis, ac liberioris vitæ licentiâ: ceteroquin Saraceni nihil habet, nisi quòd præputiis careat à puero, & centies duxerit uxorem; centum quippe habet conjuges, præter innumerabiles pellices.

11. Saraceni Molucenses disciplinæ Mahometicæ sunt planè rudes, carent ferè Cacizibus; pauci, quos habent, & imperiti sunt, & peregrini. Rex amicè admodum me amplectebatur, sic ut ejus regni proceres iniquo id animo ferrent. Expetebat amicitiam meam, spem ostentans suscipiendæ aliquando Christianæ religionis; rogabátque, ne ab se propter Mahometicæ sectæ notam abhorrerem: quippe ajebat eundem à Saracenis & Christianis coli DEUM, & fore aliquando tempus, cum utrique in eandem coirent religionem. Quoties eum invisibam, summopere meo congressu lætari videbatur: numquam tamen efficere potui, ut fieret Christianus. Hoc tamen expressi, ut polliceretur se unum è liberis, quos habet plurimos, ad Baptismum daturum, eâ conditione, ut is  
dein-

deinde C  
gnum ob

12. An  
cum scrip  
Lusitania  
qui navib  
eò trans  
tate, in l  
bera, Ma  
eodem ex  
sem unà f  
verò non  
magno si  
versùs Au  
Malacæ c  
Pro usu,  
dum se cu  
sunt ab I  
eis accipe  
nis de Ch  
tione, de  
scriberen

13. Qu  
idoneam  
expectar  
nibus va  
satisfacer  
multates  
nasceren  
potiùs,

✠✠✠✠✠  
(a) C



deinde Christianus Mauricarum insularum regnum obtineret.

12. Anno M.D.XLVI. profecturus in (a) Molucum scripsi ex Amboino ad Socios, qui proximè à Lusitania venerant, ut anno insequenti eorum aliqui navibus, quæ ex India Malacam petituræ essent, eò transmitterent, itaque fecerunt. Tres è Societate, in his Sacerdotes duo, Joannes Beira, & Ribera, Malacam tenuerunt peropportunè, cum ego eodem ex Moluco reversus appellerem. Unum mensem unà fuimus, cum maxima mea jucunditate. Ego verò non diffido tales eos fore, ut in insulis Molucis magno sint emolumento rei Christianæ. Molucum versùs Augusto mense solverunt, iter est bimestre. Malacæ cum essent, eos de Moluci moribus docui. Pro usu, quem habebam, præscripsi, quemadmodum se cum illa gererent natione. Tam longè ab India, ut semel dumtaxat in anno litteras ab eis accipere possimus. Eisdem mandavi, ut quot annis de Christianæ religionis illis in locis amplificatione, deque spe, quæ in posterum ostenditur, perscriberent Romam: receperunt se esse facturos.

13. Quatuor ipsos menses Malacæ substiti, idoneam tempestatem ad trajiciendum in Indiam expectans, quod tempus spiritualibus occupationibus vacuum non fuit, ut cum omnibus unus satisfacere nequirem, nonnullorum subirem simultates; quæ cum ex peccatorum poenitentia nascerentur, nihil me offendebant, delectabant potiùs, quòd sanctum eorum consilium decla-

V 4

ra-



(a) *Cut. a Moluco.*

rarent. Multum etiam temporis ponebam in discordiis inimicitibusque tollendis, quæ inter Lusitanos viros bellicosos facile existunt. Catechismo absoluto, pueris ac Neophytis Symboli explicationem inculcabam patrio ipsorum vulgique sermone, ut perciperetur ab omnibus: idem antea in Moluco feceram, ut eversa Idolorum superstitione, in eorum animis firma jacerem fundamenta Christianæ religionis. Hæc explicatio uno anno tradi commodè potest vicena circiter quotidie verba inculcando, ut à rudibus Neophytis facile mandentur memoriæ. Nam interea historia de Christi adventu sæpius iteranda est, ut unà cum explicatione penitus insideat atque hæreat in mentibus. Ita demum veritatem agnoscunt, & fabulas ac veneficia, quæ tum veteres, tum recentes Ethnici commemorant, execrantur.

14. Mandavi diligenter certo Sacerdoti, ut mei muneris Vicarius quotidie antemeridianis horis, eadem illa ibidem inculcaret; qui se facturum recepit. Spero fore, ut res DEO favente cursum teneat suum. Discedenti mihi Malacâ primarii cives vehementer institerunt, ut eò duos è Societate mitterem, qui apud se suàsque conjuges & Christianos indigenas, sacras conciones haberent, itèmque suis liberis, servis, ancillis Christianam doctrinam traderent meo loco. Id illi tantoperè efflagitârunt, ut tam pio postulato, hominum præsertim de nostra Societate optimè meritorum, omni ratione satisfaciendum putem.

15. Apri-

15. Apri-  
enim te  
petentes  
tor Lus  
mihi de  
gionem  
Ibi in C  
in quavi  
universa  
hoc men  
men est  
habito,  
ponia (3  
institorib  
petivit a  
Deique  
ut ad m  
eorum c  
Malaca  
ille re c  
jam in  
tempest  
eum rej  
factus,



(1)

(2)

rius tun

(3)

angeretur

quibus m

invenieba

15. Aprili mense anni (1) M.D.XLVIII. (hoc enim tempore naves Malacam, & Molucum petentes ex India solvunt) Malacæ (2) mercator Lusitanus, vir, magna religione ac fide, mihi de insulis permagnis (Japoniam eam regionem vocant,) nuper repertis multa narravit. Ibi in Christi cultu propagando longè plùs, quàm in quavis Indiæ parte profici posse, quòd gens universa sit sciendi cupida præter ceteras. Cum hoc mercatore Japon quidam venit, (Angeri nomen est) qui ex sermone cum Malacensibus habito, me convenire statuerat. Is cùm in Japonia (3) pro familiaritate Lusitanis quibusdam institoribus conscientiæ suæ aperuisset vulnera, petivit ab eis remedium aliquod sanandi animi, Deique placandi. Itaque auctores illi fuerunt, ut ad me Malacam veniret: paruit ille, & in eorum conscendit navim. Sed quo tempore is Malacam appulit, ego versabar in Moluco. Ergo ille re cognita, domum revertitur tristis. Erat jam in conspectu Japonia, cùm repentè exorta tempestate, non sinè periculo adversus ventus eum rejecit Malacam. Ibi de meo reditu certior factus, summo Christianæ religionis cognoscendæ



(1) Cut. 1547. rectè.

(2) Cut. deest Malacæ: certe aberat Malaca Xaverius tunc temporis.

(3) Cut. Magnis conscientia morsibus intimisque sensibus angeretur ob peccata quadam sub adolescentiam admissa, quibus nullum à Bonziis remedium, nec animo quietens inveniebat.

dæ studio me convenit. Lusitanicæ linguæ haud rudis est: itaque sinè interprete inter nos agebamus.

16. Si ceteri Japonæ, similiter ut Angeravidi sunt discendi, profectò omnibus, quotquot repertæ sunt gentibus, ingenio antecellunt. Is cum Catechismi explicationi interesset, accuratè sanè Symboli capita referebat in libellum. Sæpe etiam in templo, in cœtu populi, quæ edidicerat, memoriter recitabat, & multa acutissimè percontabatur; omnino est sciendi percupidus, quod ad percipiendam brevî veritatem plurimum valet. Octavo, quàm Malacam venerat, die, in Indiam contendit. Equidem optabam, ut in eam, quâ ego vehebar, navim conscenderet; sed pro familiaritate, quæ illi intercedebat cum aliis Lusitanis petentibus Indiam, homines amicissimos, de se optimè meritos relinquendos non putavit. Cocini hominem expecto intra decem dies.

17. Percontatus sum ex Angere, quem dixi; utrùm si in Japoniam cum eo profectus essem, censeret incolas Christi sacra suscepturos. Et ille, populares quidem suos non continuò his, quæ dicerentur, assensuros esse respondit, sed multis interrogationibus exploraturos, quid afferrem religionis; maximè verò utrùm dictis facta congruerent. Quòd si duo illa præstarem, ut & consentaneo sermone satisfacerem ipsorum percontationibus, & probitate vitæ eorundem reprehensionem vitarem; denique re perspectâ & cognitâ Regem, nobilitatem universam, civesque

que cete  
gregatur  
cem seq

18. M  
rius, di  
mihî sar  
descripti  
rebus, q  
gnoverat  
commen  
quot hu  
res, mih  
paulò n  
ram pos  
natione  
gire vid  
te, ant  
iter est  
maris ill  
narum p  
partim à

19. P  
columita  
navigati  
reant. I  
discet:  
artes, n  
ritè con  
Catechis  
catione  
dem per

20. O

que ceteros adultos ad Christum utique se aggregaturos; gentem enim eam esse, quæ du-  
cem sequatur rationem.

18. Mercator deinde Lusitanus meus necessari-  
us, diu in Japonia versatus, commentarios  
mihi sanè diligenter scriptos reliquit de terræ  
descriptione, gentisque moribus, deque ceteris  
rebus, quas partim ipsemet viderat, partim co-  
gnoverat ex auctoribus sanè idoneis. Eos ego  
commentarios his inclusos ad vos mitto. Quot-  
quot huc ex Japonia redeunt Lusitani mercato-  
res, mihi confirmant, me si eò trajecero, haud  
paulò meliùs illis in locis, quàm in India ope-  
ram positurum; quippe cùm futura sit res cum  
natione, quæ faciliè obtemperst rationi. Præsa-  
gire videtur animus, me, aut alium è Societa-  
te, ante biennium in Japoniam iturum: etsi  
iter est periculosum, cùm propter incredibiles  
maris illius tempestates, tum verò propter Si-  
narum prædonum latrocinia; ut multæ naves  
partim à fluctibus, partim à piratis intereant.

19. Proinde, Patres ac Fratres charissimi, in-  
columitatem nobis à DEO precamini ejusmodi  
navigationem suscepturis, in qua plurimi inte-  
reant. Interim Anger Lusitanam linguam per-  
discet: Indicas Lusitanorum opes, Europæorum  
artes, nostràmque vivendi rationem cognoscet:  
ritè comparabit se ad Baptismum, mihi que in  
Catechismo, copiosàque de Christi adventu expli-  
catione Japonicè vertenda operam dabit; siqui-  
dem perbene scribit Japonicè.

20. Octavus est dies cùm perveni in Indiam,  
ne-

necdum socios visere mihi licuit. Itaque de fructu ex his regionibus me absente percepto, quod scribam, nihil habeo: socios ipsos sua sponte de suis ad vos rebus scripturos arbitror. E Malaca in Indiam revertens, magnis sum defunctus periculis: quippe navis trium dierum, totidèmq; noctium tempestate jactata est tanta, quantam numquam videre me nemini. Complures è vectoribus jam mortem suam deplorantes vovebant, si divinâ ope exempti essent periculo, numquam omnino in posterum navigaturos. Mercatores vitam redimere coacti sunt cunctarum mercium jacturâ. Ego cùm tempestas maximè sæviret, DEO supplicans deprecatores adhibui, ex terris quidem primùm nostræ Societatis homines, ejusdèmq; studiosos, deinde Christianos universos, expetens per Christi Sponsam Ecclesiam, cujus etiamnum in terra morantis assiduæ preces audiuntur in cœlo, cœlesti Regi quàm diligentissimè commendari.

21. Inde superos Ordine imploravi omnes, ac præcipue Petrum Fabrum imploravi cum ceteris nostris; ut cùm vivis, tum mortuis deprecatoribus uterer ad iram divini Numinis leniendam. Denique omnibus, vel Angelorum ordinibus, vel sanctorum hominum gradibus singillatim imploratis, quò faciliùs delictorum meorum innumerabilium veniam impetrarem, sanctissimam DEI Parentem patronam adhibui, quæ cœli Regina nullo negotio quidquid orat filium, exorat. Ad extremum spe omni in immensis Christi Domini ac Salvatoris nostri promeritis col-  
loca-

locatâ,  
gè major  
tempest  
periculo  
omnium  
cœlesti  
disse. I  
ter orab  
nisi ad  
obsequi  
mero n  
instinct  
lis, vel  
cationes  
ris mili  
præmiis  
Christo  
ciis, po  
vam qu  
tiquam

22. S  
neque l  
rio; sed  
stolæ fi  
Clausula  
rem, qu  
fuero tu  
mea: ac  
multis r  
quidem  
tum be  
gerem,

locatâ, tot tantisque præsiidiis circumseptus longè majore perfruebar voluptate in horribili illa tempestate periclitans, quàm deinde præsentis periculo liberatus. Me sanè pudet nequissimum omnium mortalium in ultimo discrimine præcœlesti lætitiâ tantam lacrymarum vim profudisse. Itaque tum Christum Dominum suppliciter orabam, ne me ex illo periculo eriperet, nisi ad paria, aut etiam graviora pericula sui obsequii gloriæque causâ reservaret; sæpenu-mero mihi DEUS indicavit interiore quodam instinctu, quàm multis me vel corporis periculis, vel animi detrimentis prohibuerint supplicationes ac sacrificia Sociorum, partim in terris militantium, partim cœlestibus fruendum præmiis. Hæc eò pertinent Patres ac Fratres in Christo charissimi, ut pro tot tantisque beneficiis, per vos ipsos & DEO & vobis persolvam quod debeo, quoniam ipse per me neutiquam sum solvendo.

22. Sermonem de nostra Societate ingressus, neque loquendi, neque scribendi exitum reperio; sed vel nolentem huic sermoni atque epistolæ finem imponere navium festinatio cogit. Clausulam autem nullam invenio accommodatorem, quàm ut illud profitear, *si oblitus umquam fuero tui Societas JESU, oblivioni detur dextera mea*: adèò quantum Sociis universis, & quàm multis nominibus debeam, perspexi. Ac DEUS quidem vestris precibus adductus hoc mihi tantum beneficii dedit, ut pro meo captu intelligerem, quantum debeam Societati. Neque enim

tan-

tanta in me vis atque virtus est animi, quæ tam cumulatam promeritam capere possit omnino. Verumtamen ut aliqua ex parte fugerem ingrati animi notam, DEUS pro sua benignitate ac misericordia aliquid mihi, etsi parum, ejus notitiæ est impertitus. Sed finis sit. JESUM Dominum oro, ut quando in suam nos Societatem adscitos in hac ærumnosa vita congregavit, tandem in beata illa congreget æternitate in cœlestium Societatem vocatos. Præsertim cùm in hac vita ejus causâ corporibus adeo distracti simus.

23. Vos si quid nobis aliquando mandatis, aut in Mōluco versantibus, aut in Japoniam profecturis, meminisse oportet, ante triennium & novem menses ad vos perferri non posse responsum. Ratio in promptu est: nam vestræ litteræ nono demum mense in Indiam perveniunt; intercedunt deinde octo item menses, ut naves idonea tempestate petant Mōlucum, in profectione ac reversione, ut secundissima navigatione utantur, menses consumuntur XXI. Denique ex Indiâ post octavum mensem Romam litteræ perferuntur; idque cùm ventis ac tempestatibus navigatur secundis: nam interdum propter incommodas tempestates plus anno in Romano itinere ponitur. XII. Kal. Februarias Cocini.

*De baptis-  
tum de  
gandis  
& ele  
infirmo-  
ris eg-  
pænisq-  
labares  
nosque  
& liter-  
observa-*

I. **I**llud  
pio  
Baptismu  
natam no  
cro, in  
aut quoc  
pali relin  
puum &  
eorum qu  
quare ne  
ri, aut i  
ipsi & q



EPISTOLA XXII.

PP. Societatis J. oram Travancoris  
excolentibus.

*De baptizandis infantibus, & erudiendis pueris :  
tum de viris ac mulieribus instituendis, casti-  
gandis, conciliandis. De Symboli declaratione,  
& eleemosynarum distributione : de visitatione  
infirmorum, atque sepeliendi ratione ; tum de pue-  
ris ægrotantibus, de litigantium concordia,  
pænisque delinquentium. Tuendos indigenas, Mu-  
labares Sacerdotes curandos, Præfectum Lusita-  
nosque omnes demerendos : familiaris sermonis  
& literarum argumenta, nec non in Superiores  
observantia.*

I. **I**llud ante omnia commendatum vobis cu-  
pio, ut singulari diligentia invigiletis in  
Baptismum parvulorum ; ne quam prolem recens  
natam non continuò regeneratam Christi lava-  
cro, in ullo ex his quæ præsentibus lustrabitur,  
aut quoquomodo procurabitur, pago, vel ma-  
pali relinquatis. Istud equidem existimo præci-  
puum & maximè salutare ministerium omnium  
eorum quæ per vos istis in locis exerceri queunt :  
quare neutiquam vos velim id demandare alte-  
ri, aut in hoc cuiquam fidere. Explorete vos  
ipsi & quærite : inventosque qui egeant primo  
illo

illo summè necessario Sacramento, vestrà ipsi manu tingite .

2. Scio datum negotium Accensis Regiis qui præfecturam in eâ gente aliquam exercent : commendatum item impensè patribus familias , ut simul domum sibi auctam novo conjugum partu viderint, ultrò indicent, & Baptismi ministros accersant. Indormire tamen illi fiduciæ non expedit. Et Accensi alias res agent; & patres obliviscentur. Parvuli interim inexpiati moriuntur. Ite igitur vos ipsi, indagate, investigate percontantes ostiatim ecquâ mulier, ex quo illâc transistis, enixa foetum sit; ecquod quomodo-cumque ibi reperiatur nondum ablutum aquâ lustrali caput. Vix unquam id frustra quæsieritis, proferent infantulos; vos sine morâ Christo initiate: & in tuto locate salutem animæ, absque istâ sedulitate graviter periclitantis de jacturâ faciendâ Felicitatis sempiternæ .

3. Credite mihi experto. Totum ex nobis inter gentem istam alicujus momenti operæpretium ad duo demùm officia redigitur; baptizandorum infantium, & puerorum utcumque disciplinæ capacium, erudiendorum. Quare hoc alterum pari aut majori sollicitudine accurandum vobis injungo, ut efficacissimè procuretis sine intermissione doceri pueros. Procuretis, inquam, id fieri per alios, nam vos, quos non expedit ullo in singulari pago statum ac fixum domicilium habere, sed semper expeditos obire loca cuncta, & invigilare lustrando cursandoque per regionem totam, profectibus istius Ecclesiæ, tali provi-  
den-

dentia  
lis ubiq  
riâ vaca  
mapali  
statutum  
nis, pro  
quot d  
tradant  
xactius  
sando l  
omnes p  
rationer  
que cun  
specime  
quisque  
rit, que  
næ aud  
denunci  
res rebu  
tione i  
æstimat  
saverit .  
& disci

4. Cu  
simul c  
oratione  
cœtus I  
bus for  
istis cor  
ex men  
tione,  
tum rep  
Tom. I.

dentiâ egentis ; manifestum est non posse Scholis ubique quotidie habendis assiduitate necessariâ vacare. Præficate igitur in omni vico aut mapali magistros idoneos ac Canacapulas, prout statutum est, qui & literas & elementa religionis, precesque memoriæ mandandas, certâ quot diebus horâ locoque adesse simul jussis tradant atque inculcent pueris : quò id fiat exactiùs, ubi pagum quemque circum omnes cursando lustrabitis, nunquam omittetis congregare omnes parvulos, ex iisque coràm ludimagistris rationem eorum quæ didicerunt reposcere, sicque cùm ipsorum, tum Magistrorum diligentiae specimen capere, sedulò annotando quantum quisque sacrarum orationum inoffensè recitaverit, quem usque ad locum Catecheticae doctrinae audiendo & mente amplectendo pervenerit : denunciantes vos eodem brevi redituros, ulteriores rebus jam comprehensis profectus, proportionè interjecti dimensuros spatii, & ex iis æstimaturos, quis strenuè contenderit, quis cessaverit. Eâ expectatione magistrorum pariter & discipulorum acuetur industria.

4. Curabitis ut diebus Dominicis viri omnes simul congregentur in templo, ad recitandas orationes : & peculiariter inquirete, an istos cœtus Patangatini frequentent. In locis in quibus fortè tali die reperiemini, præeritis ipsi vos istis conventibus ; & postquam orationes cuncti ex memoriâ reddiderint, brevi & facili explicatione, quæ illi pronuntiaverint, declarabitis ; tum reprehendetis vitia illic dominantia, demon-

strandâ claris exemplis & similitudinibus ad rudium captum accommodatis, fœditate & pernicie illorum: accumulandis deinde ad terrorem eorum qui emendationem distulerint, comminationibus iræ ac vindictæ cœlestis, non seræ tantum, & post hanc demùm vitam sævituræ; sed instantis & tantum præsentis, morborum, pestium, præcocium funerum, infestationis a Regibus barbaris, qui eos spoliabunt, mancipabunt, diris exemplis torquebunt; per quæ mala in supplicia sempiterna Tartari peccatores indurati perventuri sint. Per singula loca inquiretis, ecquid simultates & odia inter aliquos illic degentium sint: ac dabitur diligenter operam, ut ii non solùm invicem concilientur, deposito ex animis rancore; sed hoc ipsum etiam palam profiteantur, ad satisfaciendum offensioni publicæ: quare viri quorum fuerat nota dissensio, in conventu virorum (qui ut dixi, quavis Dominicâ celebrabitur) & mulieres in cœtu fœminarum diebus Sabbati cogendo, in præsentiam universorum, vobis agentibus, testentur, se injuriarum illatarum pœnitere, veniam poscere, acceptarum oblivisci deinceps velle, ac prius infensis exosive Christianæ ac fraternæ caritatis officia cuncta exhibere, constanter decrevisse.

5. Cum primùm declarationis Articulorum Fidei in linguam Malabaricam translatio, quam commisi accurandam P. Francisco Coëllio, perfecta fuerit; sedulò procurabitis, ut multa ejus exempla pro pagorum aut vicorum numero descripta, & per locos sparsa singulos, illic in

statos

statos  
nicâ,  
cunctis  
cumque  
rit, per  
exponer  
clare à  
Eleemo  
pericula  
suum, i  
mulieru  
universa  
nimam  
mandan

6. Sin  
singulis  
promulg  
bus eor  
incideri  
rere ma  
animab  
tis: der  
quam h  
ejus au  
meatu  
tatis ta  
ritu sac  
tis, re  
præsent  
jubebit  
tículos  
constan

statos congregatis coetus, viris quidem Dominicâ, mulieribus autem Sabbato, à vocali & cunctis intelligibili Anagnoste perlegatur: ubicumque autem vestrum aliquis hisce diebus fuerit, peractæ lectioni vivam vocem adjungat; exponendo dilucidius & distinctius, quæ minus clarè à tardioribus percepta videri poterunt. Eleemosynas, oblationes, à reis votorum post pericula vitata morborum, aut infestorum casuum, in istis, ex more, coetibus virorum aut mulierum collatione solitas congeri, curabitis universas egenis distribui: neque ullam vel minimam particulam illarum in vestros usus absumendam admittetis.

6. Singulis Dominicis in coetu virorum, & singulis Sabbatis in conventu foeminarum clarè promulgari curatote, ut cum primùm in domibus eorum quispiam cujusque sortis in morbum inciderit, moneant vos confestim, ut succurrere maturè, ac quæ tali tempore procurandis animabus sunt necessaria, administrare valeatis: denunciate autem omninò fore, ut si quisquam huic officio defuerit, sicque propinquus ejus aut domesticus sine Sacramentorum comitatu ultimo decesserit haudquaquam permittatis talem mortuum in Ecclesiæ Coemeterio ritu sacro sepeliri. Quando vos infirmos inviseritis, recitari ab iis, si possunt, aut ab aliquo presentium, linguâ ipsorum, sacrum Symbolum jubebitis, interrogando agrum ad singulos Articulos, ecquid quæ audit credat certissimè ac constantissimè? sub hæc pronuntiari ab ipso

curabitis formulam confessionis generalis & orationes, teneri mente à cunctis solitas: post quas vos sacrum Evangelium supra illos pronuntiabitis.

7. Quando aliquis obierit, prodibitis è Sacrà Æde procedendo ad locum ubi jacet mortuus, Cruce præeunte, pueris comitantibus, & per viam eundo ac redeundo cantantibus orationes quas in Scholis doctrinæ Christianæ didicerunt: delato in templum defuncto, recitabitis sacras preces quas Ecclesia tali tempore præscribit, easque more solito iterabitis antequam corpus terræ mandetis: semper autem ad congregatam in exequias turbam aliquid appositæ ad rem conciunculæ habebitis, admonentes de necessitate moriendi & incerto vitæ: quàmque, id reputantes conveniat emendatè vivere, nec differre pœnitentiam delictorum; in quorum conscientia, si mors eos præoccupet, æternam damnationem vitare nequeant: uti è contrario perseverantes in Dei gratiâ, meritò sperent, se in Paradisi gaudia morte transituros. Præcipietis Dominicâ, viris; Sabbato, mulieribus, ut infantes ægros deferant in Sacram Ædem ad vos super ipsis Evangelium recitatuos. Id valebit ad excitandam & corroborandam fidem patrum pariter ac matrum; & utrorumque amorem in Ecclesiam resque sacras conciliandum. Postremò sic parvulorum quoque ipsorum vitæ ac valetudini consulatur.

8. Circa lites & controversias jurium inter Christianos suborientes, primum id agetis quàm  
sua-

suavissimi  
tes, tr  
no per  
nequien  
Domin  
tis neg  
litigant  
Vos ve  
mè imp  
di, qua  
rent ne  
riorum  
quamli  
que po  
cusate  
moram  
remitte  
tractu  
rum in  
Sacerd  
legandi

9. O  
tis amo  
idonei  
si vos  
inferet  
Crimin  
assenti  
merito  
Lusitan  
rationi  
tracto

suavissimè & efficacissimè licebit, ut ambæ Partes, tractantes invicem, eas ex æquo & bono per se componant. Ad hoc si qui adduci nequierint, & non magni momenti res fuerit, Dominicis diebus post recitatas orationes dabitur negotium Patangatinis Ædilibus locorum, ut litigantibus utrinque auditis, causas finiant. Vos verò ipsos quàm minimè & quam rarissimè implicari patieminus cognitionibus istiusmodi, quæ vobis & otium & auctoritatem minuerent necessariam functioni spiritualium ministeriorum vocationis nostræ priorum: quare quamlibet instent deferendo arbitrium, audiri-que postulantes, qui contendunt invicem, excusate occupationes graviore, & cognoscendi moram iudicii-que invidiam prudenter declinate, remittendis ad Præfectum Lusitanum illorum tractuum controversiis majoribus: aut, si quorum interest, magnoperè mavelint uti Arbitro Sacerdote, iis ad P. Antonium Criminalem allegandis.

9. Omni ope adnitimini, ut vobis istius gentis amorem concilietis. Longè plus enim eritis idonei juvandis iis, si ab illis diligamini, quàm si vos timeant. Nemini pœnam decernetis aut inferetis priùsquàm de re totà P. Antonium Criminalem consulueritis: ac ne hoc quidem assentiente, quemquam comprehendi, aut pro merito mulctari jubebitis in loco ubi præfectus Lusitanus præsens adsit, nisi eo admonito, & rationibus expositis in vestram sententiam pertracto. Supplicium legitimè sumendum de viro

aut muliere qui Pagodis idolum sculpsisse convicti fuerint, esto exilium è loco ubi peccarunt, & relegatio in alium, nunquam tamen eo nomine quemquam exterminetis, nisi P. Criminale in id assentiente. Pueris assiduè frequentantibus Scholas Catecheticas, ubi meruerint castigandis, quantum potest salvâ disciplinâ temperetur: præstat enim dissimulare interdum, quod peccasse ipsos, ut illa fert ætas, cognoveritis, quàm severitate utcumque justâ, concitare teneros animos in vestri odium, qui ubi à suæ salutis consulentibus abhorruerint, in abrupta pessum rapiuntur, ferèque ab istiusmodi faciliùs, ut frugi sint, impetraveris multâ significatione amoris, quàm vi sævâ extorseris.

10. Cavete diligenter ne unquam Christianos Indigenas coràm Lusitanis vituperetis, quin potius eos semper defendite, & ubi accusantur patrocínio tuemini, excusantes ac commendantes quantum poteritis, rogando Lusitanos, ut benignè considerent, quàm prava miseris istis nuper ex Idololatriâ conversis ad Christum, à pueritiâ educatio contigerit: quàm parùm iisdem exiguo tempore ex quo fidem sunt amplexi, per tot casus absentix Sacerdotum, incursionum & terrorum à Badegis, vacaverit seriò animum intendere Christianæ institutioni, quantum erat opus, percipiendæ: quæ si sapienter reputaverint, non modò clementer ignoscere debeant defectibus Barbariei tam incultæ; sed jure mirari possint, non esse illos aliquantò etiam peiores,

jores, que no

II.

benignam  
gionem  
propria  
Sacrific  
exempl  
relarun  
num,  
præsert  
gium e

12. I

quo a  
tissimè  
inimici  
tendeti  
gentium  
tes, nu  
dentiâ  
pacem  
resilian  
tinente  
mari à  
dere u  
nec eò  
tis ad  
Christi  
tis, re  
omni  
profeco  
jusque



jores, quàm ex culpis in quas incidunt, plerumque non gravissimis, appareant.

11. Sacerdotibus Malabaribus favebitis, & benignè consuletis, in rebus præsertim ad Religionem spectantibus, efficiendo, ut assuescant proprias animas confessionibus purgare, ut Missæ Sacrificium ritè ac crebrò Deo offerant, ut exemplo vitæ sanctæ præluceant populo: querelarum porrò vestrarum de iis, aut reprehensionum, si quid offenderint, ne ullum, in literis præsertim scriptis à vobis ad quemlibet, vestigium extet quod possit ostendi, cavetote.

12. Præfectum Lusitanum omni semper obsequio ac comitate demereri conabimini: diligentissimèque vitabitis, ne quacumque tandem causâ inimicitiam cum eo suscipiatis. Pari curâ contendetis omnium in vos Lusitanorum isthic degentium tueri gratiam; nullum eorum aversantes, nulli vicissim exosi: sed humanitate, prudentiâ, caritate verâ satagentes, ut etiam cum pacem odientibus sitis pacifici; ac si qui ultrò resiliant, eos tamen officio & benevolentiam retinentes, ut vel inviti sentiant sinantque se amari à vobis, & in dissidium apertum protrudere ullam cum vobis simultatem vereantur; nec eò tamen hoc pertinet, ut connivere debeat ad vexationes injustas quibus istos interdum Christianos oppriment: cum id animadverteritis, reprehendite sanè illos; sed blandè ac cum omni significatione amoris, in quo si parùm profeceritis, deferte querelam ad Præfectum, jusque innocentium afflictorum modestè, ac sal-

vâ, quantum licet, eorum contra quos disceptatis amicitîâ, tuemini. De Præfecto, iterùm pro rei momento moneo: placatum eum vobis atque benevolum quocumque impendio servate: nec quidquam omninò vobis tanti sit, quod pro ejus offensione vitandâ retinendave gratiâ, unquam pacisci recusetis.

13. Jam vestri cum Lusitanis sermones de Divinis semper animæque salutem ac profectum attinentibus rebus sunt: disserite apud illos, privatis quoque congressibus, de Morte, de Judicio, de suppliciis Inferni & Purgatorii, suadendo ut Pœnitentiæ & Eucharistiæ frequentent Sacramenta, ut Divinæ Legis decem præcepta custodiant; & quæ sunt ejus generis: nam si cum iis agendo ad alia nunquam confabulationum argumenta deflexeritis, alterum duorum eveniet, ut aut illi vos adeuntes, eandem ultrò colloctionum materiam usurpent, magno suo bono scilicet: aut si eos ejus tristitiæ tædium capiat, convenire vos desinant, & bonas horas, vestri multiplicis officii urgentibus occupationibus necessarias, vobis liberas relinquunt.

14. Mementote in occasionibus Goam scribere ad Patres Fratresque nostræ Societatis, referentes quæ consolari eos & animare ad benè agendum queant, de fructu ministeriorum vestrorum, & successu conatum ad Dei Gloriam: dabitur etiam eodem argumento literas ad Dominum Episcopum, cum omni demissione ac reverentiâ, tanquam ad Prælatum, cujus autoritati ac jurisdictioni Tractûs isti omnes subjacent. Ad  
nul-

nullam  
tumvis  
nisi cum  
fecti L  
tando  
profiter  
injussu  
præscri  
atque  
buscum  
& am  
cunctis  
lum no  
enim  
te con  
aditun  
facult  
marun  
mnibu  
MDX  
T

De st  
Ma

I. C  
littera

nullam Regionem aut Provinciam ibitis, quantumvis vos advocent Reges ac Principes earum, nisi cum assensu P. Antonii Criminalis, & Præfecti Lusitani oræ istius, & si qui acrius invitando urserint, iis obtendite obedientiam quam profitemini, excusantes per eam haud licere, injussu eorum qui vobis præsent, de statione præscriptâ decedere. Iterùm inculco vobis etiam atque etiam commendans, ubicumque cum quibuscumque versabimini, contendite vos gratos & amabiles omni hominum generi præbere; de cunctis benè merendo, inserviendo singulis, nullum non blandè modesteque compellando. Hæc enim benignitas factorum, verborum humanitate condita, conciliando vobis omnium amore, aditum cordium aperiet, magnamque præbebit facultatem luculentos congerendi fructus animarum. Concedat id vobis Deus; & cum omnibus vobis sit semper. Amen. Februario Annæ MDXLVIII.

Totus Vester.

*Franciscus.*

EPISTOLA XXIII.

Jacobo Pererix.

*De studio bonæ conscientix, ac de duobus sociis Malacam missis.*

Gratia & Charitas D. N. &c.

I. **O**mnino libentiùs te vidissem ante tuam in Sinas profectionem, quàm nunc per litteras alloquor absentem; sed Prætor hiberna-

re

re me voluit Goæ (1). Itaque mos ei gerendus fuit. Nam mihi quidem in animo erat in Comorino Promontorio meos Socios intervisere. Sanè gavisus essem, si tecum tamquam cum amico fidelissimo coràm quædam super itinere Japonico, quod post annum suscipere cogito, communicare licuisset. Comperi enim bonis auctioribus, posse ex illa regione uberrimos animorum percipi fructus, Christi que Fidem inibi longè ac latè propagari. Mando tibi pro amicitia, ut priùs quàm proficiscaris in Sinas, mercem quamdam compares sanè pretiosam, quam Malacenses Sinæque mercatores ferè negligunt; bonam dico conscientiam, quæ istiusmodi hominibus parum admodum est nota. Vulgò enim mercatores ira sibi persuadent, si animorum suorum, conscientiaque suæ negotium agant, se continuò decocturos.

2. Ego tamen DEO adjutore futurum confido, ut Jacobus Pereria, meus amicissimus, magnas bonæ conscientiaæ secum afferens merces, locupletetur, tametsi ceteri ejusmodi rerum incuriâ ad egestatem redigantur. Equidem DEUM orare non desistam, ut te & deducat in Sinas, & inde ad nos reducat incolumem, auctiorèmq; ac locupletiorè animi bonis, magis utique quàm fortunæ. Mitto isthuc Malacam Socios duos, alterum (Francisco Pera nomen est) Sacerdotem, qui meo instituto concio-

(1) Cut. Mibi, ut huc venirem Goam, mandavit.

cionibus  
ac rudibus  
strum (C  
teris; c  
ctitent  
sium,  
Lusitan  
atque c  
Apriles

Consola  
Dæm  
denti

I. Eg  
tibi que  
sti caus  
que en  
quibus  
ut viva  
Etenim  
autem

cionibus, confessionibus, institutioni puerorum  
ac rudium det operam: alterum hujus admini-  
strum (1), qui Lusitanorum liberos imbuat lit-  
teris; quò posthac pios ac salutare libellos le-  
ctitent citiùs, quàm codices litigiosos Malacen-  
sium, quibus legendis pueri fiunt Malacenses è  
Lusitanis. Christus Dominus tecum sit, perinde  
atque ego illum mecum esse cupio. IV. Non.  
Apriles. Gœæ.

EPISTOLA XXIV.

P. Francisco Henrico.

*Consolatur magnis laboribus parum proficientem;  
Dæmonisque fraudes operit aliò migrare sua-  
dentis.*

Gratia & Charitas D. N. &c.

I. Ego verò malle, Frater charissime, co-  
ram, quàm per litteras tecum agere;  
tibi que pro laboribus & incommodis, quæ Chri-  
sti causâ sustines, aliquid afferre solatii. Ne-  
que enim ejusmodi solatia profectò expetis,  
quibus delectantur ii, qui hilariter jucundè que  
ut vivant, hujus vitæ voluptatibus perfruuntur.  
Etenim horum vicem misereri debemus, illorum  
autem invidere conditionem, quibus, ut Apo-  
sto-

(1) Cut. *Nondum Sacerdotum.*

stolus ait, *dignus non erat mundus*. Noli mœrere, Frater, quòd minùs, quàm velles, in istorum Neophytorum cultura proficias; quippe cùm & gens ipsa, ut scribis, idolorum cultui dedita sit, & Rex à Christi religione alienus acerbè insectetur Christianos. Plus utique proficis, quàm tu putas, infantes diligentissimè conquisitos cœlo per Baptismum pariendo. Nam si circumspicere animo voles, reperies profectò ex Indis, vel albis, vel nigris, paucos in cœlum pervenire, nisi eos, qui quatuordecim annis minores cum baptismali innocentia excedunt è vita.

2. Vidèsne, Frater charissime! te, uti dixi, plus isthic, quàm putes, proficere? Id aded cerni in pueris licet, qui abs te baptizati cœlesti jam fruuntur beatitudine, quâ nimirum carerent, si tu ex istis locis discessisses, neque eos per baptismum Christo genuisses. Enimverò sempiternus hostis animorum te, quem vehementer odit, quamprimùm isthinc excedere exoptat, ut ex isto Travancoridis regno in cœli regnum nemo vocetur imposterum. Genus est ejus insidiarum, majorem alibi divini obsequii spem ostentare: ut videlicet sollicitet atque avertat eos, qui utiliter, ubi sunt, operam navant DEO. Itaque vereor, ne te suo illo artificio aggressus idcirco sollicitet, ut ex istis abigat locis.

3. At memento te octo mensibus, quibus isthic versaris, plures animos conservasse, moribundis, infantibus baptizandis, quàm omnibus annis

annis, c  
Quare  
negocii  
ut te de  
luti con  
quod tib  
res men  
His ego  
nirerit au  
juscum m  
ro, mag  
iri quàm  
lim, ut t  
minùs id  
pro sua  
nes char  
strâ qual  
Kal. No

P  
De Colle  
tinio f

I. San  
P  
Quanca  
tèr adm

XXXXXX

(1) S

annis, quibus in Lusitania atque India fuisti. Quare desine mirari, cur tibi tantum facessat negotii Satan. Quippe ille id agit, id pugnat, ut te de ista regione expellat in aliam, ubi saluti consulas paucorum. Illud autem scito, quod tibi gratum fore arbitror, Socios complures mense Septembri ex Lusitania advenisse. His ego Gôâ discedens imperavi, ut nobis venirent auxilio. Nunc refero me Goam pii cujusdam negotii causâ; quod si conficere potuerro, magna me spes tenet, Christianos factum iri quàm plurimos. Tu DEUM deprecari velim, ut tametsi nostra peccata impediunt, quò minus idonei ejus administri simus; ipse tamen pro sua bonitate infinita, immensâque in homines charitate, ad religionis propagationem nostrâ qualicumque operâ uti ne gravetur. XI. Kal. Novembris. Punicali.

EPISTOLA XXV.

P. Ignatio Martino Soc. Jesu.

*De Collegio Villæ-vitiosæ ac de fratre Rocho Martino febribus laborante.*

I. Sanctissimum JESU nomen laudetur semper, ut ipsum pro meritis diligamus. Quanquam in generalibus litteris valdè instanter admoneo . . . (1) has tamen privatim mitto,



(1) *Quadam hîc desunt vetustate corrupta.*

334 S. FRANCISCI XAVERII EPIST.

to, ut hujus rei propter ipsius momentum major sit accuratio; cum præsertim usque adeo confusa sint omnia. Ad Rev. Dominum pluribus scribo super Collegio Villæ - vitiosæ. Faxit Deus, ut non secus, ac ipsi dico, fiat: aliàs enim nihil admodum fiet. Scribo etiam ad Parentem Ignatium quantum satis est ad explananda dubia, quæ illic movebuntur, quoniam non parvi sunt ponderis. Deus tamen semper idem manet, et sua est causa ista, ipseque illam tuebitur.

2. Frater Rochus Martinius laborat febribus, sed à quibus ei periculum non timemus: ipse manu sua scribit. Brevis navium mora longiorem me esse non patitur, et quæ magis præcipua sunt, in communibus literis continentur. Quod si possem in privatis, id utique libenter efficerem.

Sanctissimum JESU nomen semper nobis adsit.  
Goa XI. Kalen. Januar. MDXLVIII.

Servus in nomine JESU  
Franciscus de Xaverio.

*Epistolarum primi Voluminis*

FINIS.

IN-

P  
D  
Se apud  
multa  
cat,  
da p  
fuga  
Spondet  
lis In  
Legat  
tana  
Accepta  
cia:  
peric  
AEge  
verii  
Xave  
Kege  
benev



PRIMI VOLUMINIS  
EPISTOLÆ.

LIBER I.

EPISTOLA I.

D. Capitaneo Aspilcuetae Fratri suo  
Majori. Obanum.

*Se apud Fratrem suum purgat, eumque demulcet: multa de P. Vear. Magistrum Ignatium vindicat, laudat, commendat. Suadet ut suae levandae penuriae Ignatii utatur opera. De Consobrini fuga & moribus. Clausula officiosa.* pag. 1

EPISTOLA II.

P. M. Ignatio Lojolæ.

*Spondet frequens literarium commercium. Cardinalis Inureæ in Franciscum & Societatem affectus; Legati erga eundem studia, & in æde Laurentiana pictas religiosa: Bononiæ gesta.* 8

EPISTOLA III.

Societati Romam.

*Accepta a Deo in itinere ad Lusitaniam beneficia: Legati et comitatus ejusdem religio; grave periculum equitis non sine miraculo depulsum. AEger Rodericus Ulyssipone sub adventum Xaverii revalescit: affectus Ulyssiponensium erga Xaverium, et divina. Xaverii & Sociorum cum Rege Lusitaniæ congressus: hujus in Societatem benevolentia, et dubium de retinendis in Lusitania*

330 PRIMI VOLUMINIS EPISTOLÆ.

*tania sociis. Xaverius auxiliares copias in Indiam requirit, interea concionibus habendis occupatus.* pag. 11

EPISTOLA IV.

P. M. Ignatio Lojolæ.

*Petit Breve Apostolicum confirmatæ Societatis & spiritualia exercitia Regi offerenda: horum usus, & Sacramentorum frequentatio. Stradam pro Academia Conimbricensi poscit, & Collegii formam. Dubium de Indica expeditione. Petit doceri modum de aggregandis Sociis.* 21

EPISTOLA V.

Doctori Martino Azpilcueta.

*Gratitudo Xaverii erga Azpilcueta, & mutui congressus desiderium: Blasium Lopez commendat, & Doctorem officii sui commonefacit.* 25

EPISTOLA VI.

PP. MM. Ignatio de Lojola, & Petro Codacio.

*Auctus Sociorum numerus, concionum & exercitiorum fructus, Regis commendatio & in Fratris obitu mæror. De M. Mederes, Rescriptisque Pontificiis edoceri se postulat.* 27

EPISTOLA VII.

Doctori Martino de Azpilcueta.

*Docendi studium laudat & urget; eundemque convenire desiderat.* 30

EPI-

PRI

*Gaudet d  
sitaniæ  
beraliss  
præclar  
rium P  
cora, &  
destia  
minutè  
gis in  
Aula c  
procinct*

*Ædifican  
bello.  
commen  
& ad  
dilla,  
Card.  
nullis  
Indiam  
fructus  
& Epi*

*In India  
Goanæ  
profect.  
Tom. I.*

STOLÆ.

*copias in In-*  
*habendis oc-*  
pag. II

V.

*Societatis &*  
*horum usus,*  
*Stradam pro*  
*Collegii for-*  
*ne. Petit do-*  
21

tæ.

*m, & mutui*  
*pez commen-*  
*acit.* 25

& Petro

*& exercitio-*  
*in Fratris*  
*Rescriptisque*  
27

I.

*meta.*  
*ademque con-*  
30

EPI-

PRIMI VOLUMINIS EPISTOLÆ. 337

EPISTOLA VIII.

Societati Romam.

*Gaudet de prospero statu Societatis. Joannes Lu-*  
*sitaniæ Rex Societatis Patronus ac benefactor li-*  
*beralissimus. M. Simonis & Xaverii sodales,*  
*præclaraque Indorum dispositio. Regis in Xave-*  
*rium Proregisque beneficia: ejusdem Proregis de-*  
*cora, & cum Xaverio colloquium. Hujus mo-*  
*destia fiduciaque singularis: rogat Patres ut se*  
*minutè ac singillatim erudiant de omnibus. Re-*  
*gis in Religionem singulare studium, ejusque*  
*Aula cœnobio similis. Xaverius ad navigandum*  
*procinctus.* Pag. 32

EPISTOLA IX.

D. Jajo, & D. Lainez.

*Ædificandæ domus impedimentum ab imminente*  
*bello. Procuranda Cardinalium & Oratoris Regii*  
*commendatio. De literis ad Petrum Mascareniam*  
*& ad Regem mittendis. De Mansilla, Boba-*  
*dilla, Cacerezio, & Paulo Camerte. Missæ pro*  
*Card. Guidiccione, ejusdemque elogium. De non-*  
*nullis Romæ amicis ac notis. De aliis Sociis in*  
*Indiam mittendis; ac de spe sua certa uberis*  
*fructus. Spirituales gratias, indulta Apostolica,*  
*& Epistolas longiores desiderat.* 43

EPISTOLA X.

Societati Romam.

*In Indiam appulsus, itineris Casus & labores.*  
*Goanæ occupationes, et imminens ad Comorinum*  
*profectio: institutiones flagitat.* 50

Tom. I.

Y

EPI-

338 PRIMI VOLUMINIS EPISTOLÆ.

EPISTOLA XI.

P. M. Ignatio Lojolæ.

*Missio Comorinensis: pagus ex itinere lustratus, Prætoris victoria, & religionis studium dignum Pontificis Maximi & Ignatii laudibus, sacrisque Societatis precibus.* Pag. 60

EPISTOLA XII.

Eidem.

*Collegium Goanum & Proregem laudat: Indulgentias petit ac Socios: Lusitanos ab Indulgentiarum religione, Proregem a singulari in Societatem I. studio mirificè laudat.* 65

EPISTOLA XIII.

Eidem.

*De Indulgentiis, de Confirmandi potestate Proepiscopis deleganda, de Quadragesima transferenda & de Conimbricensi Societatis Collegio.* 72

EPISTOLA XIV.

Societati Romam,

*Acceptæ litteræ. Xaverii et Mansillæ apud Comorinum gesta. Puerorum operâ & ægrotantes sanat, & imperitos edocet: Indiæ Prætor Societatis reique Christianæ studiosissimus, Europæi Doctores convertendarum gentium incuriosi. De Goano Collegio, de Brachmanum & Comorinensium moribus, ac de Brachmanum præstantissima victoria. Gaudet in ærumnis, maxime ab confirmato Soc. J. Instituto: infantes a se in Cælum præmissos apud Deum adhibet deprecatores.* 78

EPI-

## EPISTOLA XV.

Francisco Mansillæ in Comorinum eunti.

*Petit accuratas de gestis Sociorum literas, monetque ut ærumnas suas reputet Purgatorium. De nummis ab Arteaga reddendis.* Pag. 98

## EPISTOLA XVI.

Eidem.

*Cum sceleratis agendum, ut suevit Deus cum eisdem, et parentes cum liberis. De ebriosis mulierculis, de Matthæo quodam, ac de Patangatibus. De parvulorum salute, adultisque informandis.* 100

## EPISTOLA XVII.

Eidem.

*Exhortatio ad patientiam cum sensu demissi gratique animi erga Deum. De Matthæo, Tutucurinsibus, Lusitanis, Prætore. Spes rei benè gerendæ: amandos esse omnes, ferendosque patienter fragilium lapsus.* 103

## EPISTOLA XVIII.

Eidem.

*De mancipio a Lusitanis capto, ac de malis inde obortis, aliisque imminentibus: de restitutione capti procuranda. Rei indignitate commotus Xavierius in Aethiopiam ire cogitat.* 105

## EPISTOLA XIX.

Eidem.

*De forti perseverantia. AEGre fert novos Christia-*

*lustratus,  
ium dignum  
us, sacris-  
Pag. 60*

*: Indulgen-  
ndulgentia-  
in Societa-  
65*

*ate Proepis-  
ransferenda  
io. 72*

*apud Como-  
otantes sa-  
etor Socie-  
s. Europæi  
incuriosi.  
& Como-  
num præ-  
mnis, ma-  
infantes a  
adhibet de-  
78  
EPI-*

340 PRIMI VOLUMINIS EPISTOLÆ.

*stianos a veteribus vexari. Excommunicatio in raptores ferenda; Matthæus demulcendus. Nonnulla in Symboli interpretatione corrigenda. AEGros visitandos, omniumque saluti seriò et constanter incumbendum.* Pag. 109

EPISTOLA XX.

Eidem.

*Mansillæ industriam laudat, eumque convenire desiderat: De Arteaga ad omnem auram mobili. De rebus necessariis Mansillæ & Matthæo subministrandis. De ratione pagos lustrandi, fructumque acceptum Deo referendi.* 113

EPISTOLA XXI.

Eidem.

*Semper Mansillæ memor ab eodem petit, ut de singulis se doceat. De Pula Travancoris, de Patangatinis, ac de Præfecto mature monendo: de Arteaga, puero Matthæo, & de parvulorum ad statas horas frequentia.* 115

EPISTOLA XXII.

Francisco Mansillæ.

*De sua feбри, de bonis a Mansilla nuntiis, de Pula Travancoris, ac de Francisco Coellio.* 117

EPISTOLA XXIII.

Eidem.

*Consolatio propter Deum dimittenda. Quid cum importunis agendum? Quid in summis occupationibus? De templi ædificatione, de perferenda capsula,*

unicatio in  
 dus. Non-  
 rrigenda.  
 i serid et  
 Pag. 109

venire de-  
 n mobili.  
 thæo sub-  
 andi, fru-  
 113

it, ut de  
 coris, de  
 monendo:  
 rrvulorum.  
 115

, de Pula  
 117

Quid cum  
 occupa-  
 rferenda  
 psula,

## PRIMI VOLUMINIS EPISTOLÆ. 341

*capsula, mutuoque se videndi desiderio: postremo de constanti laborum patientia.* Pag. 118

## EPISTOLA XXIV.

Eidem.

*De juvandis Comorinensibus, Combuturensi Ecclesia, pagisque lustrandis: tum de Carearum pagis; & Francisco Coellio.* 121

## EPISTOLA XXV.

Eidem.

*De ratione oram Piscariam obeundi, lustrandi, erudiendi: de Neophytis juvandis, tuendis, conservandis; pecuniam ab invitis & egentibus non exprimendam.* 123

## EPISTOLA XXVI.

Eidem.

*Festinanda ædis sacræ structura, curanda puerorum institutio; humanitas, cum in omnes, tum præsertim in Adigares.* 125

## EPISTOLA XXVII.

Eidem.

*Comorinenses liberâ divitum largitione sublevandos: de templo Combuturensi, ac de universo rerum statu doceri rogat: suas narrat ærumnas.* 126

## EPISTOLA XXVIII.

Eidem.

*Mansillæ diligentia, Comorinensium miseriæ, sua*  
 Y 3 127

342 PRIMI VOLUMINIS EPISTOLÆ.

*in Punicalem profectio, Caellum vetus, aliaque  
pauca.* Pag. 128

EPISTOLA XXIX.

Eidem.

*Captivitatis Mansillæ, & irruptionis Badegarum  
periculum. Miserorum præsidium commendat;  
utendum metu, optimo orandi magistro. Char-  
tam petit, literasque de rebus omnibus: iterum  
de periclitantibus.* 130

EPISTOLA XXX.

Eidem.

*Tutucurinensium tumultus; miseros non destituen-  
dos. Barbaros ad pacem alliciendos, omniaque  
minutè perscribenda: de Christianorum cla-  
de.* 134

EPISTOLA XXXI.

Eidem.

*De divina ultione, de Brachmane Tutucurinum  
perferendo; alia pressius.* 136

EPISTOLA XXXII.

Eidem.

*De Coellio Mansillæ substituendo: Arteagam com-  
mendat, suosque labores recenset: tum de Ba-  
degis, & de sua in Talem profectio.* 137

EPISTOLA XXXIII.

Eidem.

*Princeps Tales Christianos tuetur, ejusque Lega-  
tus commendatur. De famulo Regis Travanco-  
ris*

PR

ris a  
illius  
tit ac

Rogat,  
pere s

De Tut  
endis

Nuntii  
huic  
lii de  
ge;  
quibu  
quem  
Man

Coelliu.  
Xar  
sum



PRIMI VOLUMINIS EPISTOLÆ. 343

*ris a Lusitanis capto ; de Præfecto ab offensione illius Regis absterrendo . Literas hac de re petit accuratè scriptas , sed cautè .* Pag. 140

EPISTOLA XXXIV.

Eidem .

*Rogat , ut Præfecto , adversario suo , omnes pro-  
pere succurrant .* 144

EPISTOLA XXXV.

Eidem .

*De Tutucurinensibus a Badegarum incursione tu-  
endis .* 147

EPISTOLA XXXVI.

Eidem .

*Nuntii de Beterbemalo in Christianos concitato :  
huic malo propulsando Coellium destinat : Coel-  
lii de Badegis literæ ac de Travancoridis Re-  
ge ; hujusque ad Xaverium Legati et literæ  
quibus se Christianis fautorem exhibet ; ad  
quem propterea Xaverius properat . Interea  
Mansilla miseros commendat , pueros in primis .* 149

EPISTOLA XXXVII.

Eidem .

*Coellius a Regis cognato benignè exceptus : curat  
Xaverius ut oram maritimam ante suum disces-  
sum pacatam relinquat .* 154

## EPISTOLA XXXVIII.

Eidem.

*Querit de miseris, quos tueri desiderat; puero-  
rumque pro se preces requirit.* Pag. 156

## EPISTOLA XXXIX.

Eidem.

*Caritatem in omnes, et laborum patientiam egregiè  
suadet: Travancoridem et Aethiopiam cogi-  
tat.* 157

## EPISTOLA XL.

Eidem.

*Ad Alexium Sosam iter a Comorino facit, Chri-  
stianorum pagos ex itinere obit, infantesque  
baptizat. Tutucurini exulantes Mansillæ com-  
mendat, suo nomine a Barbosa injuriis tuen-  
dos. Precum parvulorum prasidio septus ter-  
rores contemnit: pro fide mori desiderat.* 160

## EPISTOLA XLI.

Francisco Mansillæ.

*Lustratis Macuis Cambajam proficiscitur. Narrat  
Mansillæ allatam facultatem suscipiendi ab ipso  
Sacerdotii; Sociosque e Lusitania venturos, plu-  
res autem Conimbricæ literis incumbere. Eundem  
in Travancorem evocat; pagos singulos puero-  
rum scholis instruere, oramque totam lustrare  
jubet, ac Monchurienses nominatim. Antonii  
Ferandez consilia nunquam deserenda; Matthæ-  
um, Canacapolam, aliosque Socios secum ducen-  
dos: postremò Comorinenses Joanni de Lizana  
commendandos.* 163

LI-

Indiar  
ver  
dem  
red  
Epi  
men  
cto  
run  
dic  
lig  
rita  
par  
mil  
fa  
e S  
Vin

R. P.  
Urge  
Ina  
se  
tat

Socio  
sid

## LIBER I I.

## EPISTOLA I.

Joanni III. Regi Lusitaniæ.

*Indiarum imperium a Deo Regi tributum, ut eò veram religionem inferret: Michaeli Vazio fidem omnino adhibendam, ejusdemque in Indiam reditum religioni planè necessarium, præsertim Episcopo; consummatæ licet virtutis, senio tamen aliisque incommodis gravato. Regem, objecto etiam Divino Judicio, exorat ut Ministrorum negligentiam cum literis, tum pænis vindicet ut in curandis fisci rationibus, sic in religione tuenda. Ministrum propterea cum auctoritate mittendum, qui dignam Deo vectigalium partem in salutem animarum expendat. Centena milia ante annum convertenda; Ceilani Regem favore in Christianos abuti. Quamplurimos petit e Societate; Cosmam Agneziùm, Fratremque Vincentium mirificè laudat.* Pag. 169

## EPISTOLA II.

R. P. Ignatio Lojolæ, Præposito Gen. Soc. Jesu. Urget quæ biennio ante postulavit. De Sociis in Indiam perutilibus. Universæ Societatis precibus se commendat, petitque nuntios de rebus Societatis, ac de veteri amico.

177

## EPISTOLA III.

M. Simoni Roderico e Societate Jesu.

*Socios quamplures, in quibus Simonem ipsum, desiderat; sed injussu Ignatii nihil molendum.*

Jacc-

346 PRIMI VOLUMINIS EPISTOLÆ.

*Jacobum Ferdinandium laudat. Pro se et Mansilla preces Sociorum postulat; de Sociis omnibus doceri se desiderat, memor ipse singulorum. Indulgentias a Sede Apostolica obtinendas: amicos in Indiam ad curandas fisci rationes non mittendos, nisi confirmatos scilicet in gratia. Michaelem Vazium laudibus cumulat. Pag. 181*

EPISTOLA IV.

Societati Romam.

*De germana amicitia, de ratione fidei propagandæ, & Manariæ Martyribus, ac de Ceilani morte Principis mirandæ signo crucis nobilitatâ. De Sacerdotibus in Macazariam missis, ac de aliis aliò mittendis. 187*

EPISTOLA V.

P. Francisco Mansillæ.

*Tenelli gregis custodiæ invigilandum: incertus ipse quò se vertat, quovis paratus solum Dei nutum expectat. Duram gentem constanter excolendam, Ecclesiasque omnes continuè obeundas. De Manaparos templo, Scholarum magistris, ac de Malabarum Sacerdotibus, si quid peccaverint, castigandis. Cosmum de Paiva violati officii seriò monendum: tum de Arteaga, et Vasco Fernandez. 193*

EPISTOLA VI.

M. Jacobo Borbano, & P. Paulo Camerti.

*Impeditâ in Jafanapataniam expeditione, apud S. Thomam Macazariam petere constituit, de divi-*

PRI

*divina  
De So  
ventur*

*De duob  
Thoma  
cazari  
tendis*

*Eadem,  
Malac  
reddi*

*Socios p*

PI

*Relictâ  
Crimi  
merti  
inculc  
mendu*

*Animab  
ac Sa*

TOLÆ.

se et Man-  
Sociis omni-  
singulorum.  
nendas: ami-  
rationes non  
in gratia.  
Pag. 181

propagan  
de Ceilani  
nobilitatâ.  
ssis, ac de  
187

incertus  
solum Dei  
stanter ex-  
obeundas.  
magistris,  
quid pecca-  
iiva violati  
Arteaga, et  
193

Camerti.  
one, apud  
stituit, de  
divi-

PRIMI VOLUMINIS EPISTOLÆ. 347

*divina voluntate atque auxilio planè certus.  
De Sociis Comorinensibus, aliisque e Lusitania  
venturis.* Pag. 201

EPISTOLA VII.

Societati in Lusitaniam.

*De duobus Regibus neophytis, & corpore Sancti  
Thomæ Apostoli, de Joanne Duro, de Ma-  
cazariensium sacris, Sociisque in Indiam mit-  
tendis.* 204

EPISTOLA VIII.

Eidem.

*Eadem, quæ superiori, uberius; deinde quid agat  
Malacæ, ubi jucundissimæ Sociorum literæ sibi  
redditæ.* 206

EPISTOLA IX.

P. Simoni Roderico.

*Socios petit virtute et doctrina præstantes.* 209

EPISTOLA X.

PP. Paulo Camerti, Joanni Beiræ,  
Antonio Criminali.

*Relictâ Macazariâ cogitat Amboinum. Beiram et  
Criminalem in Comorinum evocat: Paulo Ca-  
merti curam domus Goanæ et obedientiæ studium  
inculcat: accedit singularis Simonis Botelli com-  
mendatio.* 210

EPISTOLA XI.

*Animabus salutis æternæ cupidis. Vitæ Christianæ  
ac Sanctæ transigendæ formula.* 213

EPI-

348 PRIMI VOLUMINIS EPISTOLÆ.

EPISTOLA XII.

Catechistis è Soc. Jesu per Indiam.  
*Rudes catechizandi methodus.* Pag. 228

EPISTOLA XIII.

Catechetica ad Molucenses.  
*Uberrima Symboli declaratio.* 233

EPISTOLA XIV.

Societati Goam.  
*Amboino & classe Hispanica lustratis, Mauricam  
mirà in Deum fiducià contendit.* 262

EPISTOLA XV.

P. Paulo Camerti.  
*De obedientiæ studio, de Sociis Comorinensibus  
ad se mittendis, aliisque eorundem comitibus;  
denique de Augustinianis officiosè & honorificè  
tractandis.* 264

EPISTOLA XVI.

Sociis Comorinensibus Antonio Criminali  
et Joanni Beiræ.  
*Aliàs a se scripta, & gesta in Amboino recen-  
set: jubet eos, aliis in Comorinum destinatis,  
in Molucum sacra cum suppellectili novisque  
Sociis proficisci.* 266

EPISTOLA XVII.

Societati Romam.  
*De sua e Comorino Macazariam versus profectio-  
ne: de gestis Malacæ & Amboini. De Mauri-  
ca,*

PRIM

ca, eju  
pericula  
superat  
De Soc  
cilio So  
racenis  
illius t  
Doctrin  
perpetu

Regi Soc  
impensè  
statum  
consiliu  
dei Soci  
Episcop  
re laud

Petit vir  
rarios,  
Japonia  
ficiendi  
juvetur

Egregios  
rios :  
ratioque

STOLÆ.

I I.  
Indiam.  
Pag. 228

II I.  
ses.  
233

V.  
is, Mauricam  
262

V.  
Comorinensibus  
em comitibus;  
& honorificè  
264

VI I.  
Criminali  
amboino recen-  
m destinatis,  
tili novisque  
266

II I.  
rsus profectio-  
. De Mauri-  
ca,

PRIMI VOLUMINIS EPISTOLÆ. 349

ca, ejusque periculis ab ipso contemptis: summa pericula in Molucensi itinere singulari Dei ope superata. Religionis divinæ apud Sinas indicia. De Sociis denuò Goam appulsis, ac de Domicilio Societatis apud Molucum figendo: de Saracenis ethnicisque Amboinensibus, de insularum illius tractus natura, incolarumque moribus & Doctrina; tum de capro hædos lactante. Sociorum perpetuò memor preces eorum exposcit. Pag. 270

EPISTOLA XVIII.

Joanni III. Regi Lusitanæ.

Regi Societatis Patrono Joannem de Villacondea impensè commendat: Apostolicà libertate Indiæ statum exponit, suumque de propaganda fide consilium, enumeratis periculis. Propagandæ fidei Socios efflagitat, labores suos recenset, Indiæ Episcopum, & Cocinensem Proepiscopum magnopere laudat. 283

EPISTOLA XIX.

R. P. Ignatio Lojolæ.

Petit virum, a quo excitetur; idoneos item operarios, & jam pridem postulata. De consilio Japoniam adeundi, Superiores Sociis ubique præficiendi, precumque desiderio, quibus ipse juvetur. 295

EPISTOLA XX.

M. Simoni Roderico.

Egregios concionatores postulat, probatosque operarios: saluberrimum consilium Regi dandum, ratioque fidei ab eodem propagandæ. 297

EPI-

350 PRIMI VOLUMINIS EPISTOLÆ.

EPISTOLA XXI.

Societati Romam.

*De rebus a se gestis in Amboino, Moluco, et Maurica; iterum in Moluco, Amboino, et Malacæ: ubi multa de illarum gentium moribus, et naturâ cæli; de Moluci Rege, et Saracenis. Socii e Malaca in Molucum missi, Malacensiumque in Xaverium studium. Optimi de Japonia nuntii, mercator Lusitanus et Anger Japon. In summis periculis Petrum Fabrum nominatim implorat, Societatis Jesu continue memor: tardum ac difficile literarium commercium.* Pag. 302

EPISTOLA XXII.

PP. Societatis J. oram Travancoris excolentibus.

*De baptizandis infantibus, & erudiendis pueris: tum de viris ac mulieribus instituendis, castigandis, conciliandis. De Symboli declaratione, & eleemosynarum distributione: de visitatione infirmorum, atque sepeliendi ratione; tum de pueris ægrotantibus, de litigantium concordia, pœnisque delinquentium. Tuendos indigenas, Malabares Sacerdotes curandos, Præfectum Lusitanosque omnes demerendos: familiaris sermonis & literarum argumenta, nec non in Superiores observantia.* 319

EPISTOLA XXIII.

Jacobo Pereriæ.

*De studio bonæ conscientiæ, ac de duobus Sociis Malacam missis.*

329  
EPI-



STOLÆ.

XI.

, Moluco, et  
boino, et Ma-  
tium moribus,  
Saracenis. So-  
Malacensiumque  
Japonia nun-  
er Japon. In  
nominatim im-  
mor: tardum ac  
Pag. 302

XII.

vancoris

uendis pueris:  
uendis, casti-  
declaratione,  
de visitatione  
e; tum de pue-  
m concordia,  
ndigenas, Ma-  
fectum Lusita-  
aris sermonis  
in Superiores  
319

XIII.

duobus Sociis  
329  
EPI-

PRIMI VOLUMINIS EPISTOLÆ. 351

EPISTOLA XXIV.

P. Francisco Henrico.

Consolatur magnis laboribus parum proficientem;  
Dæmonisque fraudes aperit aliò migrare sua-  
dentis.

Pag. 331

EPISTOLA XXV.

P. Ignatio Martino Soc. Jesu.

De Collegio Villæ-vitosæ ac de fratre Rocho Mar-  
tinio febribus laborante.

333



VIDIT

*Don Josephus de Bonis Clericus Regularis Sancti Pauli, & in Ecclesia Metropolitana Bononiæ Pœnitentiarius pro Eminentissimo ac Reverendissimo Domino D. Andrea Cardinali Joannetto Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Camaldulensis, Archiepiscopo Bononiæ, & Sacri Romani Imperii Principe.*

*Die 2. Augusti 1795.*

IMPRIMATUR.

*Fr. Aloysius Maria Ceruti Sacræ Theologiæ Magister, Vicarius Generalis Sancti Officii Bononiæ.*

